a *Et de plenitudi.* Expoſito teſtimonio præcurſoris, redit euan-
E gelista ad teſtimoniũ ſuæ aſſertionis. Q.d. verbũ caro factũ ē: vidimus gloriam eius ple. gratia & verita. & de plenitudine
In euãg. Io. trac. 3. c. 1. tom. 9. eius nos omnes accepimus. Gratiam, vt ipſum credamus & veritatem, qua illum intelligimus.
Gal. 5.b Abac. 2.a b *Accepimus.* Aug. Nõ ſolũ grãm, quę plane gratis datur, non pro merito vt fidē, quæ p dilectionē operatur, ex qua iuſtus viuit, ſed p iſta grãm. i. beatitudinē ęternã, q̃ & merces iuſticiæ dicitur & etiam grã, quia meritum ex grã.

c *Gra. pro gra.* Gratia in conceptione boni per gratiam datur. Gratia ſimpliciter, quæ non eſt meriti ſi poſtea cum illa operamur, in bonis conſueſcimus & tunc datur gratia pro gratia priori.

d *Per Moy.* Per Moyſen ſeruũ pnunciatio, per dñm Ieſum ſalutis impletio.

e *Deum nemo uidit un.* i. nullus purus hõ viuēs in hoc corpe vidit Deum vt eſt,
Exod. 33.d vñ dcm̃ eſt Moyſi: Nõ videbit me hõ & viuet. i. nemo viuēs ĩ corpe, videbit diuinitatē meã. Vñ iſta adiecit Deus
Ibidem. Moyſi, Sta in foramine petræ, & cũ ptrãſiero, videbis poſteriora mea. Petra i. Christus, foramē, crucis patibulũ: per trãſiero. i. trãſiero de mundo ad prem. Poſteriora, ortus eius paſſio, reſurrectio, aſcenſio, per quæ credita ad eius beatitudi-
Infra. 5.e nē & viſionem peruenimus. Quod legitur Deum apparuiſſe hominibus, ſiue viſibiliter carnalibus oculis, ſiue inuiſibiliter propheticis viſionibus per ſubiectam creaturam intelligendum eſt. viſiones enim prophetarum quadam ſpirituali creatura factæ ſunt, quibus Deum vidiſſe perhibentur.

f *Vnigenitus filius &c.* Quæ ſit ſumma gratie & veritatis, breuiter ſubdit. ſ. cognitio ipſius trinitatis. vnde, Hæc eſt vita ætter-
Infr. 17.a na, vt cognoſcant te vnum verum Deum, & quē mi. Ie. Chriſtum. Quæ in hac vita non plene eſt, quia nemo in carne vidit Deum, vt eſt. Vnde nec ipſe Moyſes nedum per eum data ſit gratia, ſicut etiam ipſe poſt omnia uiſa in typo Dei dixit
Exo. 33.d Oſtende mihi teipſum, ſed filius qui eſt in ſecreto patris nar-
Luc. 10.d rauit, quia nemo nouit patrem niſi filius, & cui voluerit filius
F reuelare. Ipſe narrat ſuis quid de trinitate deitatis ſentiendũ ſit, quomodo ad eam perueniendum, & ad ipſam introducit.

g *Et hoc.* Et hæc & cætera ſequentia teſtimonia Iohannis, exhibita ſunt poſt baptizatum Chriſtum, cum iam Ieſus veniret inuitare diſcipulos, quos Iohannes ſuis teſtimoniis mittit ad eũ. Teſtimoniũ cõtra hoc, qđ occultus Chriſtus, occultus qa humĩ, humĩ vt poſſit ſpni & occidi, vt redimeret mundũ.

*Tu*

a ¶Quia illis ſpiritus eſt datus non ad menſuram, nobis ab eo ſecundum menſuram.

a me erat. Et de plenitudine eius nos a

a ¶Vt ipſum credamus & veritatem, qua illum intelligamus. b ¶Pro bono bonum.

b omnes accepimus. Et grãtiam pro- b

a ¶Vere ab eo accepimus, quia lex quæ mala non tollit ſed oſtendit, & reos conuincit, vt humilient ſe medico.

c gratia. quia lex per Moyſen data eſt: c

a ¶Quæ ſit ſalus homini vt erat promiſſa. b ¶Qui eſt dominus liberans.

d ſed gratiã & ueritas per Ieſum Chri- d

a ¶Quæ. ¶Nec Moyſes. b ¶Hæc gratia per Chriſtum omnibus eſt data. i. videre Deum qui nunquam viſus eſt. c ¶Nullus homo.

e ſtum factã eſt. Deum nemo uidit e

¶Sed. a ¶In ſecreto & eum nouit.

f unquã. Vnigenitus filius q̃ ē ĩ ſinũ f

a ¶Id eſt per manifeſtationem ſuæ incarnationis Deũ inuiſibilem demonſtrauit. ¶Fidelibus. ¶Iterum.

g patris, ipſe enãrrauit. Et hoc eſt te g h

b Et gratiam pro gratia. *Prima enim gratia datur ſine meritis: quia ante gratiam nõ põt homo mereri, ſed habita prima gratia poteſt homo mereri de condigno augmentum gratiæ. Et ideo ſecũda gratia datur quodammodo pro prima, quia datur pro meritorio opere præcedente ex ipſa. Aliter poteſt hoc exponi & magis proprie ad literam de lege noua & ueteri, ita quod lex uetus dicitur gratia prima. magna enim gratia fuit dare legem ſpecialem populo duræ ceruicis, & alia beneficia illi populo collata. propter quod dicitur in Pſalmo: Non fecit taliter omni nationi* Pſal. 147. *&c. Quia tamen iſta lex erat imperfecta, loco illius data eſt lex noua quæ eſt perfecta & maior gratia. Et ſic exponitur illud:* Et g. pro gratia. *q.d. Non ſolum accepimus de plenitudine Chriſti in receptione ſpirituſſancti, ſed cum hoc accepimus gratiam pro gratia. i. legem nouam loco veteris. propter quod ſubditur quaſi exponendo:* G

c Quia lex per Moyſen data eſt, gratia & ueritas &c. *Dicitur autem lex noua reſpectu veteris veritas: quia illa fuit figura & vmbra illius. Dicitur etiam gratia reſpectu eius, quia quamuis lex vetus ex liberalitate diuina fuerit illi populo data, propter qđ pt dici gratia large, eo modo loquendi quo quodlibet donum gratis datum dicitur gratia, non tamen conferebat gratiam iuſtificantem ſicut facit lex noua.*

e Deum ne. uidit un. *Hic declarat Iohannes, qualiter cognouerunt Chriſtum fuiſſe plenum veritate, uidelicet per doctrinam Chriſti, qui docuit eos de ſecretis diuinitatis, quæ comprehendi non poteſt niſi ab eo in quo eſt plenitudo ueritatis, Et hoc eſt quod dicitur:* Deum ne. uidit un. *Non accipitur hic nemo pro vllo homine, quia ſicut in ſacra ſcriptura aliquando accipitur homo pro omni creatura, eo q̃ habet aliquam conuenientiam cum omni creatura, propter quod dicitur: Prædicate euangelium omni creaturæ: ita nemo aliquando accipitur pro nulla creatura. Eſt igitur ſenſus,* Deum nemo uidit un. *i. nulla creatura pt viſione comprehenſionis videre diuinã eſſentiã. Et ſubdit a quo cõprehendatur.* Mar. vlt.

f Vnigenitus filius qui eſt in ſi. pa. *i. in intrinſecis diuinitatis, ipſe cõprehendit eam, qui habet eandem noticiam cum patre. & ideo poteſt de hoc alios plenius inſtruere. Ideo ſequitur:*

g Ipſe enarrauit. *Sicut patet ex decurſu euangelij, quod apoſtolos de ſecretis diuinitatis docuit vt de myſterio Trinitatis, & de multis alijs quæ non fuerunt ita explicite tradita in lege & prophetis, ſicut Chriſtus explicauit.* H

h Et hoc eſt teſtimonium. *Poſtquam euangeliſta declarauit modum quo habuerũt noticiam de plenitudine Chriſti per viſum, hic conſequenter declarat aliũ modũ, quo idē cognouerũt p auditũ, videlicet p Iohãnis teſtimoniũ Et diuiditur ĩ duas ptes: qa prĩo manifeſtat teſtimoniũ Iohãnis factũ in Chriſti abſentia. Scđo teſtimoniũ Iohãnis de Chriſto in eius præſentia, ibi: Altera die. Primo teſtimoniũ dedit Iohãnes interrogatus. Et diuiditur in duas: quia primo fuit interrogatus de perſona. Secundo de officio ibi: Et qui miſſi fuerant. Prima adhuc in duas, quia primo ponitur teſtimonium Iohannis per modum negationis. Secundo per modum affirmationis, ibi: Dixerunt ergo ei. Prima adhuc in tres ſecundum tres* Diuiſio *quæſtiones factas ipſi Iohanni: & tres reſponſiones correſpondentes. Secunda ibi: Et interrogauerunt. Tertia ibi: Propheta. Circa primum aduertendum, quod tempore prædicationis Iohannis erat famoſa opinio, & maxime in Ieruſalem vbi vigebat ſtudium legis & prophetarum, q̃ tempus aduentus Meſſiæ eſſet de proximo. Primo, quia videbant ab eis ablatum eſſe regnum, vt declaraui ſuper Matthæum & Danielem, & hoc fuerat eis datum pro ſigno aduentus Meſſiæ. Geneſ. xlix. b. Non auferetur ſceptrum de Iuda &c. Secundo, quia videbant completas hebdomadas dictas a Daniele de aduentu ſanctiſanctorum: quæ completa*

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ *ad natiuitatem. Chriſtus autem ab inſtanti conceptionis habuit corpus omnibus lineamentis diſtinctum & aĩam oĩbus virtutibus & ſciẽtijs pfectã, quamuis nondum habuerit perfectam corporis quantitatē.*
Iere. 31.d *Et hoc fuerat prædictum: Nouum faciet dominus ſuper terram: mulier circundabit virũ. qa Chriſtus ab inſtanti conceptionis fuit uir pfectus mõ dicto. Cõſtat ãt, q̃ Chriſtus fuit ante cõceptus q̃ Iohãnes fuerit natus vt patet Luc. 1. d. Et ideo hoc mõ litera pdicta põt exponi.* Ante me factus eſt: *vt p factũ eſſe, intelligatur pfectio, qa hoc deſignat talis locutio, ſicut fieri impfectionē deſignat, qa Chriſtus etiam ſecundum humanam naturam ante perfectus fuit quã Iohannes, ut patet per prædicta.*

a Et de plenitudine &c. *Poſitis duobus modis, quibus uerbum incarnatum eis innotuit, hic conſequenter utrũq; modũ manifeſtat. Et primo manifeſtat primum, qui eſt per viſum, vt dictum eſt. Secundo ſcđm, qui eſt per auditum, ibi: Et hoc eſt teſtimonium. Ad intellectum primi ſciendum q̃ hæc uerba quæ ſequuntur, non ſunt uerba Ioannis baptiſtæ licet hoc dicat Origenes, ſed ſunt verba Ioannis euangeliſtæ declarãtis modũ*
Vbi ſupra. In euãg. Io. homi. 13. ex c. 1. to. 3. Diuiſio *quo cognouerunt uerbum incarnatũ per uiſum, ſecundum Aug. & Chryſoſto. Dixerat enim ſupra.* Vidimus eum plenum gratiæ & ueritatis, *poſſet aliquis quærere, qualiter hoc vidiſtis? ideo declarat qualiter hoc cognouerunt quaſi reſpõdens tacitæ quæſtioni. Et diuiditur in duas: quia primò declarat qualiter cognouerunt eum plenum gratiæ. Scđo qualiter cognouerũt eum plenũ veritatis, ibi. Deũ nemo vidit: Dicit igitur primo, Bene dixi q̃ vidimus eũ plenũ gratię, quia de plenitudine eius nos oẽs accepimus. Hoc potiſſime apparuit in ſpirituſſancti miſſione ſuper apoſtolos in die Pentecoſtes, ex cuius plenitudine linguis omnium loquebantur, vt dicitur Act. ij. a. & ideo experientia quodammodo cognoſcebãt ipſum Chriſtum eſſe plenum gratiæ. Et hoc eſt quod dicitur,* Et de plenitudine eius nos, omnes accepimus, *Iſta dictio copulatiua & non continuatur literæ immediate præcedenti, quæ continet verba Iohannis baptiſtæ, ſed verba Iohannis euangeliſtæ, quãdo ſupra dixerat: Et vidimus eum quaſi unigenitum a patre plenum gratiæ & veritatis. quia hic declarat modum, per quem hoc cognouerunt, vt dictum eſt. ſ. per acceptionem ſpirituſſancti de eius plenitudine, Ideo ſequitur:*

Et gratiam

## MORALITER.

* a *Et de pleni. &c.* Ex nobis nihil habentes.

b *Et gratiam pro gratia.* i. nobis dedit gratiam, vt per eam gloriam conſequamur, quæ eſt gratia conſummata.

c *Quia lex per Mo. &c.* a peccatis cohibens, ſed non gratiam iuſtificantem præbens: nam hoc Chriſto reſeruabatur. Ideo ſubdit.

d *Gratia & ueri. per Ieſum Chriſtum fa. &c. Deum nemo uidit un.* comprehenſiue.

f *Vnig. q. eſt in ſi. p.* i. ſibi cõſubſtãtialis, ipſe vidit iſto mõ. Iõ ſubdit.

g *Ipſe enarrauit.* ſ. myſteria in lege & pphetis ſub velaminib. pnũciata. Et hoc fuit ſignũ, q̃ nos deduceret ad clarã viſionē diuinorũ.

h *Et hoc eſt teſtimonium Iohannis.* quod perhibuit coram legiſperitis, in quo teſtimonio negauit ſe eſſe Chriſtum: & hoc veraciter q̃tum ad interrogantium intentionem. Et de duobus primis patet, quia Iohannes nõ erat Chriſtus, nec Elias in pſona. Similiter de tertio, nã intẽdebãt q̃rere ſi Iohãnes erat de numero prophetarũ antiquorũ, aliter. n. r̃ndere fuiſſet falſũ: ſed aſſeruit ſe eſſe vocē. i. verbi diuini nunciatorē: quod erat verũ & humile reſponſum, Et in hoc docuit doctores catholicos veraciter & humiliter reſpondere,

* *Quid ergo bap.*



a *Tu quis es.* Putabant Iudæi Ioannem eſſe Chrm̃, qui in lege
A promittebatur. Alij putabant eum eſſe Eliam, pp nimiã abſtinētiã & caſtitatē, & ſolitariã uitã, & aſperrimã delictorũ reprehēſionē, & duriſſimum futuræ uindictæ terrorem. Alij dicebãt eum eſſe unũ de prophetis reſuſcitatũ, pp pphetiæ grãm.

b *Confeſſus eſt.* Confeſſus eſt ut poſtea dicit, nõ qđ erat Chriſtus. Non negauit quod erat. i. q̃ eſſet præcurſor, ut poſt interrogatus dicit; *Ego uox cla.* Ordo uerborum, & confeſſus eſt & non negauit quando miſerunt.

c *Elias es tu.* Cum oẽs ſcirent nomen Chriſti, ſciebant ẽt quod Elias præceſſurus ſit eum, Sed ipſe Elias præceſſurus, in ptãte iudicaturũ: Ioannes figuraliter Elias eundem iudicandum, ut ſint duo præcones ſicut duo aduentus eiuſdem. unde.

d *Non ſum.* Elias. i. non præco, potentiam indicans, ſed in quam offenditis oſtẽdo humilitatē. q. d. ſeruite humili antequã excelſus iudicet. Ecce nec ego Chrs, nec apertæ potẽtiæ index.

e *Ego vox.* Non dicit, Ego ſum homo, uel Ioannes. uel filius Zachariæ. Non conſiderat humanam ſubſiſtentiam uel generationē, ſed ultra hæc omnia exaltatus pręcurſor uerbi, deſerit omnia quæ intra mundum continentur. Aſcendit in altum, factus uox uerbi, nullam in ſe ſubſtantiam fatetur præter abundantiam gratię, qua excedit omnem creaturam, ut ſit uox uerbi. Vox eſt interpres animi, Animus autem. i. intellectus oĩum eſt filius Dei. Ioannes ergo uox eſt & interpres huius animi, quia primo mundo eum demonſtrauit, Ecce agnus Dei.

f *Eſaias.* hoc de Ioanne prophetauit, Ego uox clamantis in deſerto, in qua uerbum ſonat. i. prophetia, & oſten-
B ſio & lucerna uerbi pręſentis.

g *Ex pha.* i ex principibus Iudęorum, qui doctrinam non quęrunt, ſed inuident, qui tamen ad Ioannem ideo ueniunt, quia audiunt eũ pręedicaſſe cõmunem omnium reſurrectionē, quã & ipſi credebant. unde & ipſi in multis Chriſto conſentiunt. Paulum quoque apoſtolum in multis audierunt.

h *Quid ergo bap.* Audiebant Phariſęi in pphetis Chrm̃ uenturũ & baptizaturũ ſciẽtes Iordanē fi-
4. Reg. 2.b guram baptiſmi geſſiſſe, eumq; Eliam & Eliſęum ſiccis pedibus tranſiſſe,

a ¶Per Moyſen non gratia, nec per ipſum Iohannem & hoc eſt quod teſtatur ſe non eſſe Chriſtum. b ¶Vt lucernæ. c ¶Cum eius excellentia mouerentur, quia auſus eſt baptizare.

ſtimonium Iohannis. quando miſē- a

¶Sapientes in lege.

runt Iudæi ab Ieroſolymis ſacerdo- b c

a ¶Vt confeſſione ipſius Iohannis ſcirent quis eſſet.

tes & Leuitas ad eum, ut interroga- d

¶Quid? a ¶Ecce humilitas Ioannis, qua nihil maius eſt, cum poſſet credi Chriſtus. ¶Quod non eſt Chriſtus.

a rent eum: Tu quis es? Et cõfeſſus e

a ¶Quod erat præcurſor. b ¶Quid?

b eſt, & non negãuit. Et cõfeſſus eſt, f g

¶Remota priori opinione.

quia non ſum ego Chriſtus. Et inter- h

¶Scilicet es?

c rogauerunt eum, quid ergo? Elias

a ¶Elias, quia non ſolum propheta ſicut ille, ſed etiam præcurſor. ¶Corpore, quia ipſe Dominus ſpiritualiter de eo dicit. Elias in ſpiritu & virtute.

¶Eliſæus.

d es tu? Et dixit: Nõn ſum. Propheta i k

a ¶Quia non pronuncio, ſed oſtendo. ¶Non ſum propheta, quia pluſquam propheta, Non ſum vnus de illis prophetis de quibus me eſſe putatis.

es tu? Et reſpondit: Nõn. Dixerunt l m

a ¶Dic quis es, ne abſq; reſponſo redeamus ad illos qui nos miſerunt. b ¶Audiuimus de Chriſto te prædicare, ſed de teipſo nihil manifeſtum aſſeris.

ergo ei: Quis es? ut reſpõnſum demas his qui miſerunt nos. Quid di-

a ¶Sum. b ¶Verbi incarnati. c In me.

e cis de teipſo? Ait: † Egõ võx clãman- n

a ¶Deſerta Iudææ ſolatium annuncians. ¶Quid? ¶Parate in vobis. b ¶Per fidem, per opera, per quæ Dominus ingreditur.

tis in dẽſerto, Dirigite viãm Domini

f ſicut dixit Iſaias propheta. Et qui o

g miſſi fuerant, erant ex Phariſæis.

¶Ex inuidia quærebant.

Et interrogauerunt eum, & dixe-

a ¶Quæ audaciæ eſt. ¶Hic plane inuidia patet.

h runt. Quĩd ergo baptizas, ſi tu p

a ¶Qui habet autoritatem baptiſmi.

non es Chriſtũs, neque Elias, neque

¶Eliſæus. a ¶Etiam inuidis ex bonitate veritatem dicit.

propheta? Rẽſpondit eis Iohannes q

*ſet Chriſtus, uel non.* C

h Et int. *Hic conſequenter ponitur ſecunda quæſtio. Sicut. n. aduentus Chriſti fuerat promiſſus Iudæis, ita et aduẽtus Eliæ, ut habetur Malach. ult. b. Ecce ego mittam uobis Eliam prophetam & cæ. & ideo audientes quod non eſſet Chriſtus, interrogauerunt conſequenter, ſi ipſe eſſet Elias. Et ſubditur Iohannis reſponſio cum dicitur:*

i Et dixit: Non ſum. *Sed uidetur eſſe contra illud, quod dicit Saluator de Ioanne. Ipſe eſt Elias.* Matt. 11.b *Dicendum, quod ipſi quærebant de perſona Eliæ: & ideo ad eorum quæſtionem reſpondit, quod non erat Elias in perſona: licet eſſet Elias in ſpiritu: propter ſimilitudinem uitæ in auſteritate, & doctrinæ ueritate, & in officio: quia erat præcurſor primi aduentus Redemptoris, ſicut Elias erit præcurſor ſecundi. Et hoc modo Saluator uocat Ioannem Eliam, & ſic non eſt contradictio.*

k Propheta. *Hic ponitur tertia quæſtio. Erat. n. famoſa opinio tunc temporis apud aliquos Iudæos, quod ante Chriſtum ueniret unus magnus propheta, pro eo quod ſcriptum eſt. Prophetam ſuſcitabit Dominus* Deut. 18.d *Deus de fratribus ueſtris &c. Quæ quidem autoritas ſecundum ueritatem intelligenda eſt de Chriſto ad literam, licet Iudæi intelligerent eam de alio propheta. Et ideo interrogauerunt eum ſi eſſet ille propheta de quo dicta eſt ſcriptura prædicta. unde in Græco hic non ponitur propheta abſolute: ſed cum articulari dictione, quæ denotat prophetam dictum antonomaſice. Subditur Iohannis reſponſio.*

l Et reſpondit: Non. *Non enim negauit ſe eſſe prophetam abſolute, nec prophetam miſſum ante Chriſtum, quia negaſſet ueritatem: ſed negauit ſe eſſe illum prophetã* Lib. hom. in euang. hom. 7. tom. 2 *de quo loquitur illa ſcriptura præallegata: quæ ad literam eſt de Chriſto intelligenda, ut dictum eſt. Aliter exponit hoc Grego. di-* † Eſa. 40. a *cens, q̃ negauit ſe eſſe prophetam tantum,* Matt. 3. a *quia erat pluſquam propheta. Sed prima ex-* Marc. 1. a *poſitio uidetur melior & literę propinquior:* Luc. 3. a *qa minus includitur in maiori. Si. n. fuit plus* D *quàm propheta, ſequitur q̃ fuit propheta.*

m Dixerunt. *Hic ponitur teſtimonium Iohannis per modũ affirmationis, quia audientes nuncij Iudæorum, quod de oĩbus reſponderet negatiue, uoluerunt aliquid affirmatiue dictum ab eo reportare, & hoc eſt q̃ dicitur.* Dixerunt ergo ei: quis es tu. Quid di. de teipſo? *Affirmatiue ſubditur Ioannis reſponſio, in qua dat teſtimoniũ Chriſto, aſſerẽs ſe eſſe eius præcurſorem di.*

n Ego vox cla. &c. *i. ego ſum ille de quo ſcriptura dicit Eſa. xl. a. ut allegatum eſt, quod debet clamare in deſerto Iudææ ut homines ſe præpararent ad aduentum Chriſti in mundum. Et bene deſignatur Ioannes in pprietate uocis, quia erat annunciator uerbi diuini. i. Chriſti, qui eſt uerbum patris ſecundum diuinitatem, ut ſup. dictum eſt. Vox. n. humana eſt uerbi mentalis expreſſiua.*

o Et qui miſ. *Hic declaratur teſtimonium Ioannis factum ad interrogationem eius de officio. Et diuiditur in tres partes: quia primò ponitur nunciorum interrogatio. ſecundo Ioannis reſponſio, ibi: Reſpondit eis. tertiò, quædam reſpectu præcedentium concluſio ibi. Hæc in Bethania. Circa* Diuiſio *primum conſiderandum, quod, ſicut dictum eſt, Phariſæi inter alios Iudæos uidebantur magis religioſi: propter quod dicebantur phariſæi a phares, quòd eſt diuiſio, quia in habitu, in geſtu, & uictu erant ab alijs quodammodo diſtincti in ſignum maioris religionis, ppter quod oſtendebant ſe magis zelare pro ritu legis. propter quod audiẽtes à Ioanne, q̃ non erat aliquis trium prædictorum, quos expectabant tanquam perſonas ſolennes, quæſierunt ab eo, quare baptizabat inducendo nouum ritum. & hoc eſt quod dicitur.* Et qui miſ. &c. *& patet litera ex dictis.*

q Reſpondit. *Hic ponitur reſponſio Iohannis, in qua prohibet teſtimonium de Chriſto dicens, q̃ ſicut præcurrebat prædicationem Chriſti ſua prædicatione & denunciatione, ita baptiſmum Chriſti præcurrebat ſuo baptiſmate, ſicut & prophetæ antiquitus aliquando denunciabant futura non ſolum verbis, ſed etiam factis, ut ſupra dictum eſt. & hoc quòd dicitur hic.* Reſpondit eis Iohannes dicens: *Ego baptizo in aqua* ¶ *lauando*

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ *rum: quæ completæ fuerunt in natiuitate Chriſti, ut declaraui ſuper Danie. ix. uel ſecundum alios (qui dicunt eas fuiſſe completas. xviij. anno Tyberij Cæſaris, in paſſione Chriſti) viderunt eas cito complendas: propter quod meſſiam de proximo expectabant: Ex altera parte Iohannis Baptiſtæ mirabilem natiuitatem, & eius excellentem ſanctitatem. & iõ*
Vbi ſupra Iuxta deſertur ex quarum *fuerunt moti ad opinandum ipſum eſſe Chriſtum. propter quòd miſerunt ſolennes nuncios ad Iohannem, volentes ſuper hoc ſcire veritatem. Veruntamen Chriſoſt. dicit, quod malicioſe venerunt. Sed Orige. dicit, ſimplici animo venerunt ad quærendum ueritatem. Et hoc uidetur uerius: quia in modo quærendi exhibuerunt Ioanni maximam reuerentiam: Et hoc ex quatuor, ut patet in litera: Primò, ex perſonis mittentibus ad ipſum nuncios: & hoc notatur cum dicitur:*

a Quando miſe. *id eſt illi de tribu Iuda, qui erant nobiliores in populo. Secundo, ex loco miſſionis, cum dicitur;*

b Ab Iero. *quæ erat ciuitas ſacerdotalis & regia. & quia ſtudium legis & prophetarum & cultus diuinus uigebant: ibi ſimiliter ipſa erat caput regni. Tertio, ex parte nunciorum cum ſubditur:*

c Sacerdo. & le. *quæ erant ſolennes perſonæ: & maxime quia illi ſacerdotes & leuitæ qui fuerunt miſſi, erant de ſecta phariſæorum, ut dicitur infra. eo. c. & iſti erant magis religioſi & famoſi in toto populo illo. Quarto, ex modo interrogandi, cum ſubditur:*

d Vt inter. eum. Tu quis es? *quaſi uolentes in hoc acquieſcere dictis eius. Et ſubditur Iohannis reſponſio.*

hom. 14. e Et con. *ſcilicet ueritatem.*

f Et non. *uſurpando ſibi diuinum officium: Hoc. n. eſſet negare ipſum Chriſtum: qui eſt ipſa ueritas. unde ſequitur:*

g Et confeſſus eſt: quia non ſum ego Chriſtus. *Et in hoc reſpondit intentioni eorum. Ad hoc. n. quærebant:* Tu quis es? *ut reſponderet eis ſi eſſet*

## MORALITER.

* p *Quid ergo baptiz. &c.* q.d. tu tibi uſurpas officium alienum.

q *Reſpondit.* non reddendo iniuriam pro iniuria, ſed humiliter & uere di.

* *Ego bap-*

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL

E bus tranſiſſe, figuramq; baptiſmi in Elia & Eliſæo non dubitabāt pceſſiſſe. vnde & nunc eos ſurrexiſſe putabant & baptizaſſe, vnde nec interrogant es tu vnus pphetarū: ſed ſolūmodo es tu propheta, ille videlicet, qui præfigurauit baptiſmum.

*a Ego bap. in aqua.* Non imputetur audacię quod ago: quia corpora abluo aqua, non aufero peccata, vt ſicut naſcendo & prædicando præcurſor ſum, ſic & baptizando. ſed iſte medius inter vos eſt q peccata tollit.

*b Cuius ego non ſum di.* Non ait nō ſoluam. Soluit. n. quoniam ipſum manifeſtauit & de diuinitate & humanitate ipſius multa aperuit, ſed non ſum dignus: quia indignum ad hoc agendum ſe reputat, in quo ſimpliciter indicatur humilitas. Myſtice. Ligaturā myſterij incarnati verbi non ſum dignus penetrare, vel nomen ſponſi mihi vſurpare. *[Myſtice]*

*c Hæc in Be.* Duæ ſunt Bethaniæ: vna trans Iordanem, altera citra non longe a Ieruſalem, vbi Lazarus ſuſcitatus eſt. Illa quæ trans Iordanem eſt, ſignificat humanam naturam ſub lege naturali ante fluenta gratiæ, qua gratia poſt incarnationem Chriſti abundās fuit, quæ natura ad hoc creata erat, ut lege naturæ obediret. in qua Ioannes baptizat: quia a peccato non liberat. Baptizat ultra fluenta diuinorum donorum, quæ nondum in Chriſto inchoauerant in humanam naturā deſcendere. Illa, quæ eſt citra Iordanē, ſignificat eandem humanam naturam obedientē ſub lege gratiæ, quę eſt proxima Ieruſalē. i. viſioni pacis per charitatem, in qua Chriſtus mortuum ſuſcitat, quia a peccato liberat. *[† peccatū]*

*d Altera die* Typice. Ioannes. i. populus gratiæ altera die. i. poſt legem cognoſcit agnum, quo redimitur. *[Typicè]*

*e Venientem.* Non ſolum greſſibus corporis, ſed etiam interioris ſuæ contemplationis acceſſibus: quia dignatus eſt a Iohanne cognoſci ſecundum diuinitatem & humanitatem. F

*f Ecce agnus Dei &c* Tria miniſtrat agnus poſſidentibus ſe, lac ſimplicis doctrinæ, quo paruuli nutriūtur, lanam. i. incrementa virtutum, Eſum carnis ſuæ. *[Agnus poſſeſſori tria miniſtrat.]*

*g Peccata mundi.* Peccatum mundi dicitur originale peccatū, quod eſt commune totius mundi, quo tota humana natura ſimul & ſemel cōdita leges diuinas per iobediētiā trāſgreſſa eſt in paradiſo, qđ originale ſingulaq; ſuper addita gr̃a relaxat.

*h Poſt me ue. vir.* Chriſtus eſt uir, in quo nobis congruit & pro nobis ſoluit, & filius Dei, in quo patri congruit & peccata dimittendo reconciliat nos ei.

*i Vt ma.* Hic eſt agnus q tollit peccata, quod nō ego, quē etiā melius modo noui, ſed ppterea baptizo vt manifeſtet̄ Iſraeli. Ne. n. pp inſolentiā minus baptizarentur a Chriſto in ſpiritu, vſu baptizādi ei viā parauit. vnde poſtquam ad ipſum qui via eſt. uentum eſt, baptiſmus eius ceſſat. In baptiſmo etiam Ioannis manifeſtatur humilitas Chriſti, quæ eſt impletio totius iuſticiæ. ſicut. n. opus eſt Chriſtum naſci & mori, ſic & baptizari. Si. n. ipſe, qui non eget a ſeruo baptizatur, non dedignentur quantumcunq; ſapientes & ſancti a domino baptizari, ſine quo permanent in peccatis. *[Ioan. 14. a]*

¶ *Baptizans*

¶Id eſt lauo.
a dicens: Ego baptizo in aqua: medi- a
a ¶Id eſt preſens vocis apparet. b ¶Corpore.
ūs autem veſtrum ſtetit, quem vos b
a ¶Quia humilis: & ideo ego lucerna præaccendor.
b ¶ Ante tempora diffinitum eſt quod poſt me veniret.
c ¶Sicut naſcendo ita prædicando.
neſcitis. Ipſe eſt qui poſt me ventu- c
a ¶Mihi prępoſitus eſt dignitate.
b rus eſt, qui ante me factus eſt, cuius d
ego non ſum dignus, vt ſoluam eius
¶Id eſt in domo obedientiæ baptizat, vt ſignificet obedientiam connenire baptizatis.
c corrigiam calciaméti. Hæc in Betha- e
nia facta ſunt trans Iordanem, vbi f
¶Altera cognitione.
d erat Iohannes baptizans. † Altera die g
¶Intuitu mentis & corporis.
e uidit Iohannes Ieſum venientem ad h i
a ¶Innocens immolandus, præ figuratus in agno paſchali.
b ¶Quid confert. c ¶Non de loco ad locum, ſed ut omnino non ſint. ¶Quia non cum traduce carnis natus.
f ſe, & ait: Ecce agnus Dei: ecce qui tol k l
a ¶Hic determinat, quis ille medius de quo ſupra dixit, ſi.
g lit † peccata mundi. Hic eſt de quo m
¶Illud. a ¶Poſt præconem iudex. ¶Natiuitate & cæteris
h dixi: Poſt me venit vir, qui ante n
¶Dignitate. ¶Deitate.
me factus eſt, quia prior me erat: &
a ¶Vſu baptizandi, & oſtenſione humilitatis Chriſti.
i ego neſciebam eum. Sed vt manife- o p

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ *lauando tantum corpus, ad deſignandum illum qui ſuo baptiſmate lauabit animas. vnde ſubditur:*

a Medius autem ve. ſte. *i. communiter viuens inter homines. Chriſtus enim uitam cōmunem inter omnes duxit, vt patet ex decurſu euangelij.*

b Quē vos neſ. *ſ. quantum ad diuinitatem imo ipſum ſimpliciter negauerunt coram Pilato.*

c Ipſe eſt qui poſt &c. *hoc exponatur ſicut ſupra expoſitum eſt.*

d Cuius nō ſum di. vt ſol. &c. *cū Xp̄s calciamēta nō portauerit. qđ patet ex hoc q dicitur Luca. x. a portare calciamēta apoſtolis inhibuit, ipſe fecit qđ docuit, vt hētur Act. 1. a. ideo patet hic q hæc erat Metaphorica locutio:* Cuius nō ſum di. &c. *qa Ioānes I hoc dicit ſe nō eſſe dignū exhibere Xp̄o ēt minimū obſequiū. hoc exprimēs ſcđm cōem modū loquēdi. Cū. n. aliqs paruitatē ſuā & alterius excellētiam vult exprimere, ſolet cōiter dicere, nō ſum dignus tāgere ſotulares eius, vel aliud hmōi. Nec mirū, ſi hoc Ioānes dixit, qa hō q̄tūcūq; magnus Deo cōparatus, nihil eſt niſi puluis & cinis. p hoc ēt oſtēdit Ioānes ipſis Phariſæis, q officium alienum nō vſurpabat, ſed tantum ſuū pprīū officiū. ſ. precurſoris exercebat.* *[Chriſtus calciamētis vſus non eſt.]*

e Hæc in Be. *Hic ponitur quadā cōcluſio ad maiorē expreſſionē pdictorum, videlicet determinatio loci. forte. n. adhuc viuebāt aliqui, qui interfuerāt teſtimonio Ioānis: & ideo ex conditione loci uoluit eos euāgeliſta reducere ad memoriā facti, dicens:* Hæc in Bet. fa. ſunt. *Aduertēdum tamē, q hæc Bethania non eſt illa q̄ eſt ppe Ieruſalē ſita, ut Lazarus fuit ſuſcitatus: ſed eſt alia uilla eodē nōie uocata, ſita ſupra Iordanē: ex altera tamē parte fluminis. ſ. in ſorte duarū tribuū et dimidiæ. & iō ad hoc deſignādū ſubditur.* G

f Trans Ior. *Origenes tamē dicit, q ibi dicitur eſſe Bethabara, q̄ erat uilla ultra Iordanem: ſed uitio ſcriptorum fuerit corruptum.*

g Altera die. *Hic conſequenter explicat teſtimonium Ioannis de Chriſto in eius præſentia. & hoc dupliciter. primo generaliter coram turb. ſecūdo, ſpecialiter coram aliquibus diſcipulis Ioannis, ibi: Altera die ſtabat. Prima in tres: quia primo ponitur Ioannis teſtificatio. ſecundo excluditur teſtificantis ſuſpicio, ibi: Hic eſt de quo dixi. tertiò ſubiungitur teſtimonij confirmatio, ibi: Et teſtimoniū phibuit. In prima parte dicitur ſic:* Alte. die. *Ex hoc patet q Ioānes pluries teſtimoniū ferebat ipſi Chriſto ēt qualibet die, qa ad hoc totū officiū eius et p̄dicatio ordinabatur.* *[Diuiſio]*

h Vi. Io. Ie. *præſentialiter: quia teſtimoniū quod eſt per uiſum, eſt efficaciſſimum.* *[† Poſtea]*

i Venientem ad ſe. *Hoc non eſt intelligendum de aduentu Chriſti ad baptiſmum, ſed poſt, quod patet ex hoc, quod ſequitur infra: q Ioannes ante iam uiderat ſpiritum deſcendentem ſuper eum. quod factum fuit in baptiſmo. & ideo patet q Chriſtus poſt baptiſmū uenit ad Ioannē, ut teſtimonium Ioannis pluries latū & præſētialiter eſſet efficacius. Subditur autem teſtimonium Ioānis de Chriſto dupliciter. Primò quantum ad eius ueram humanitatem, in qua pro nobis immolatus eſt, cum dicitur:*

k Ecce agnus Dei. *i. à Deo miſſus, immolandus, ut hoſtia acceptiſſima. Circa quod cōſiderandum, q licet alia animalia immolarentur in lege, ut bos, vitulus, capra & hmōi: tamē Chriſtus magis uocatur agnus, q̄ cætera immolaticia, duplici de cauſa. Prima eſt: quia inter omnes figuras uete. teſt. agnus paſchalis expreſſius figurabat paſſionem Chriſti. quia ille agnus erat ſine macula, & per eius immolationem filii Iſrael liberati ſunt a ſeruitute Aegiptiaca, ſicut per paſſionem Chriſti, qui peccatū nō fecit, ſumus liberati a ſeruitute diaboli. Secunda cauſa eſt, quia iuge ſacrificium quod figurabat perpetuitatē beatitudinis, fiebat de agno, ſicut & Chriſtus eſt noſtra beatitudo. Secūdo fert teſtimonium Ioannes de Chriſto quātum ad eius diuinitatē, cū ſubditur:* *[Chriſtus magis cæteris agnus propter duo]* H *[1. Petr. 2. d]*

l Qui tol. pec. mun. *Quia tollere peccatū eſt pprīū ipſius Dei. Dicitur aūt hic peccatū ponēdo ſingulare p plurali, ſcđm modū Idiomatis Hebrai, ut patet Exo. viij. f. Venit muſca grauiſſima. i. multitudo muſcarū. Vel aliter dicitur peccatum in ſingulari, licet ille agnus tulerit omnia peccata, tamen ſpeciali modo pro peccato originali occiſus eſt.*

m Hic eſt de quo di. *Hic conſequenter tollitur ſuſpicio teſtis. Ieſus. n. erat cognatus Ioannis ex parte matris: & ideo ſi hoc teſtimonium dixiſſet tantum poſtquàm Ieſus fuit ei notus, poſſent aliqui habere teſtimonium eius ſuſpectum: & ideo teſtimonium Ioannis de Chriſto fuit aliquo modo antequam noticiam determinatam hēret de ipſo. quia primò in generali fuit reuelatus aduentus Chriſti propinquus de futuro ipſi Ioanni: & fuit ſibi præceptum à domino, vt baptizaret in nomine uenturi: & prædicaret eius aduentum & præpararet populum. & tunc incepit ferre teſtimonium de Chriſto in generali, dicens q cito eſſet uenturus: tamē neſciebat quis eſſet determinate: ſed tūc datū fuit ſibi ſignum cognoſcendi ipſum. ſ. per apparitionem ſpirituſſancti ſuper eum. & hoc eſt quod dicitur:* Hic eſt de quo dixi. *q. d. non modo incipio ferre teſtimonium de ipſo, ſed antequam cognoſcerem ipſum.*

n Poſt me &c. *Exponatur ſicut ſupra.*

o Et ego neſcie. eum. *quantum ad perſonam determinatam.*

p Sed vt ma. in Iſrael. *Ideſt ipſi Iſraeli.*

¶ Propterea

## M O R A L I T E R.

✻ *a Ego bap. in aqua.* corpora tantum lauando. ad ſignificandum illius baptiſmum, qui lauat animas in ſpirituſancto.

*e Hæc in Bet. fa. ſunt.* quæ interpretatur domus obedientiæ. ideo per hoc ſignificatur, q Ioannes ex obedientia Dei venerat Chriſtū nunciare immolandum pro redemptione mundi.

*o Et ego neſcie. eum.* ante reuelationem mihi factam anno quintodecimo Tyberij Cæſaris, vt habetur Luc. iij. a. quæ quidem reuelatio facta fuit Ioanni in deſerto, vt habetur ibidem. & per hoc ſignificatur, quòd reuelationes diuinæ fiunt habitantibus in deſerto pœnitentiæ, Pſalmus. lxij. a. in terra deſerta & inuia & inaquoſa: ſic in ſancto apparui tibi, vt uiderem uirtutem tuam & gloriam tuam.

✻ *Altera*



¶ *a Baptizans.* Chriſtus a Ioanne baptizatur, vt indiceretur omnis humilitas, quæ eſt oīs iuſticia. Sed non ſolus, ne baptiſma Iohānis ſanctius & maius, in quo Deus homo baptizatus eſt, videret̄ baptiſmo Xp̄i, in quo hoīes baptizātur. Baptizant̄ aūt alii a Iohāne, vt vſus baptizandi pparet viā baptiſmo Chriſti. A

*b Et teſt.* Sicut dixit ſe veniſſe, vt manifeſtaret Chr̄m: ita perhibuit teſtimoniū. ſ. *vidi ſpi.* In quo didicit, qđ prius neſciuit. venerat ēt p̄dicare pniam. i. facere pparationē p̄dicationis Chriſti, ſed tm̄ de præparatione baptiſmi ponit ſingulariter. qa baptiſmus Xp̄i eſt ſummum ſacramentum inter alia.

*c Spiri. deſ.* Non q modo primū deſcēderit, ſed vt per hoc deſcēdere oſtendatur, & manere in baptizatis aqua, & non aliter. & vt Ioannes per eum de Chriſto excellentius intelligeret.

*d Et ego ne.* Viſa colūba dicit p eā didiciſſe, qđ prius neſciebat. Sciebat qdem, q erat dn̄s, q agnus tollens peccata, q ab eo deberet baptizari, ſicut & confeſſus erat: ſed neſciebat q ſibi eſſet retēturus & nulli traditurus ptātem baptiſmi, & miniſteriū, p qđ conſtat vnitas eccleſiæ, ne ſint tot baptiſmi quot Baptiſtæ. Potuit aūt dn̄s poteſtatē baptiſmi alicui ſeruo vice ſua tradere, vt tanta eſſet vis in ſerui baptiſmo, quāta in dn̄i: ſed voluit vt ſpes baptizatorū tm̄ ſit in dn̄o, nō in hoīe & vniant̄ in eo: vt ſit una colūba & nō diuidat̄ p hoīes. Vnde nihil differt baptiſma dn̄i, ſiue p bonū ſiue p malū tradet̄ miniſtrū. nec iterat̄, qa ſemp eſt baptiſmus dn̄i. Baptiſmus Iohānis iterat̄, quia nō dn̄i eſt, ſed hoīs, & ſi ex Deo. Baptiſmus Iudę, nō Iudę, ſed dn̄i eſt, nec iteratur: Vt autē vnitas & fraternitatis pax ſine laniatiōe in oībus baptizatis ſeruaretur, quaſi in vna colūba quæ gemit in erumnis mūdi, & ramū qui extra eſt, ſi fructū habet fert ad arcā: ideo ſpiritus, in quo baptizatur per columbā oſtenditur. Vt aūt habita vnitate & pace in ſe ferueāt contra mala, poſt in igne datus eſt ap̄ſis, & in linguis diuerſis ſm̄ diuerſitatē gentiū: q̄ modo vniunt̄, olim de vna diuiſæ in tumidis ædificatoribus. Nota q in ſacramento baptiſmatis ſicut & in alijs, ſolus Chriſtus operatur. Alij uero ſunt miniſtri. Vnde Apoſtolus: In labore & mente ſunt differentes, in operatione indifferentes. Hiero. Oſtendit Ioannem non ſcire per baptiſmum Chriſti. i. mundum eſſe redemptum nam ſciebat eum filium Dei eſſe, & natum in carne. Aug. dicit Ioannem ignoraſſe hoc tantum, vtrum ſibi retineat vim baptizandi, an alicui ſuorum tribuat. *[Non noueram]* B *[Gen. 8. b]* *[Act. 2. a]* *[Gen. 11. a]* *[Rom. 12. b]*

*e Et ma.* Aug. Specialiter dicitur ſpiritum manere in Chriſto, a quo nunquam per peccatū receſſit, in quo ſemper mirabiliter uixit & mirabiliter operatus eſt. In ſanctos uenit, & p peccata recedit: Manet tamen ſemper in eis ad aliquid, ut Chriſtus eis promiſit. ſ. vt bonis ſemp inſiſtant: Ad aliquid non manet. ſ. ut ex eo prophetent, uel miracula faciant: & ideo hoc quod dicit, eſt primum ſignum agnoſcendi Chriſtum.

*f Qui bapti.* Baptizat Chriſtus in ſpiritu, non ſolum remittendo peccata in aqua, ſed & poſt purgando, & amorem accendendo, & donis implendo.

*g Hic eſt fi. Dei.* Hic teſtatur filium Dei, quem ſuperius uirum uocabat: ut ab eo habeatur teſtimonium utriuſque naturæ.

*h Altera die ite. ſta.* Typice. Stat Ioannes, ceſſat lex, tamen teſtimonium pehibens Chriſto. Ambulat Ieſus, id eſt gratia hincinde colligens. *[Typicè.]*

¶ *Sequnti*

ſtetur in Iſrael, propterea veni ego a
¶Non in ſpiritu peccata tollens.
a b in aqua baptizans. Et teſtimonium b
perhibuit Iohannes, dicens: † Quia c
a ¶Corporali ſpecie columbæ.
c uidi ſpiritum deſcendétem quaſi co-
a ¶Vt Iohannes per eum excellentius de Chriſto intelligeret.
lumbam de cęlo, & manſit ſuper eū:
a ¶Comparatione huius cognitionis. nam ex viſu & auditu (licet corporali) multum proficiebat in cognitione maieſtatis & poteſtatis, reuelatis oculis.
d & ego † neſciebam eum. Sed qui mi- d e
ſit me baptizare in aqua, ille mihi di- f g
xit: Super quem videris ſpiritum de-
e ſcēdentem & manentem ſuper eum,
a ¶Non alius. ¶Quid? b ¶Ecce quid didicit. c ¶In quo eſt remiſſio. Quod non eſt Iohannes.
f hic eſt, qui baptizat in ſpirituſancto. h
a ¶Illum ſpiritum.
Et ego uidi, & teſtimonium perhi- i k
a ¶Vnicus, vnde poteſt baptizare.
g h bui, qa hic eſt filius Dei. † Altera die l
a ¶Immobilis in culmine perfectionis.
iterum ſtabat Ioánes: & ex diſcipulis m
a ¶Firmiter eius adhærentes magiſterio. b ¶Ex dilectione.
c ¶In cœne ad nos venientem.
eius duo, et reſpiciés Ieſum ambulāté n o
a ¶Diſcipulis oſtendendo. b ¶Q Quid me ſequimini? illum ſequimini, qui eſt agnus Dei, precium mundi.
c ¶Intellexerunt.
dixit: Ecce agnus Dei. Et audierūt eū p

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ a Propterea veni ego in aqua ba. *quia totum officium Ioannis baptizando & prędicando erat ordinatum ad manifeſtationem Chriſti. Sed contra illud quod dicitur hic:* Et ego neſ. eum: *videtur eſſe illud, quod habetur Matt. iij. d. q Ioannes prohibebat Ieſum uenientem ad baptiſmum, dicens: Ego à te debeo baptizari. ergo vt videtur ante baptiſmum ipſum cognouit. Dicendum, q in baptiſmo cognouit eum dupliciter. Primo per reuelationem diuinam quando venit ad baptiſmum Ioannis. & tunc dixit ei Ioannes illud Mat. iij. d. Ego à te debeo baptizari. Secundo cognouit eum, quādo ſpirituſſanctus deſcēdit ſuper eum in ſigno viſibili à Deo prius ſibi dato, vt dictum eſt. Et ideo cum dicitur hic:* Et ego neſ. eum: *refertur ad tempus præcedens baptiſmum, quo Ioannes non cognoſcebat Ieſum quantum ad perſonam determinatam.*

b Et teſt. perh. Ioan. di. *Hic ponitur teſtimonij Ioannis confirmatio per ſignum ſibi diuinitus datum de Chriſto à principio, quod poſtea vidit in ipſo, & hoc eſt quod dicitur:* Et teſtimo. perhi. Iohannes. dicens. C

c Quia vidi ſpi. &c. man. ſu. *Hoc fuit quando Ioannes baptizauit Ieſum, vt habetur Matth. iij.*

d Et ego neſ. eum: *Iſtud refertur ad tempus præcedens baptiſmum, vt dictum eſt. Aug. autem refert neſciebam, ad poteſtatem excellentiæ in baptiſmo, quam ſibi Chriſtus retinuit. Quæ cōſiſtit in quatuor. Primum eſt, q ipſe ſolus baptiſmum inſtitueret. Secundum eſt, q effectum baptiſmi ſine baptiſmo conferre poſſet. Tertium eſt, q meritum paſſionis eius in baptiſmo efficaciā haberet. Quartò, quod ab aliquo tēpore baptiſmus conferretur in nomine ipſius, ſicut habetur Act. xix. a. q. d. ego neſciebam, q hanc excellentiam prædictam in baptizando ſibi retineret. vnde ſubditur poſtea:* Hic eſt qui ba. *ſolus quantum ad iſtam excellētiam. Prima tamen expoſitio magis videtur conſonare literę. ita q illud, neſciebam eum, referatur ad tempus præcedens baptiſmum Chriſti: quando Ioannes non cognoſcebat Chriſtū adhuc in perſona determinata, vt prædictū eſt: ſed tantum in generali. & cum hoc fuit ſibi datum ſignum cognoſcendi eum determinate in futuro per apparitionem ſpirituſſancti in ſigno viſibili. Ideo ſubditur:* *[Excellentia baptiſmi in quibus conſiſtit.]* *[† Matt. 3. d Marc. 1. b Luc. 3. d]*

e Sed qui miſit me: *Id eſt Deus per expreſſam miſſionem & apparitionem, vt ſupra dictum eſt.* *[† Poſtera]*

f Baptizare in aqua. *Quia baptiſmus Ioānis gratiam non conferebat, ſed baptiſmū Chriſti ſignificabat, & ad ipſum diſponebat.*

g Ille mihi dixit: Super quem videris ſpiritum deſcend. & manen. ſuper eum. *In ſigno viſibili columbæ.*

h Hic eſt qui baptizat in ſpirituſan. *q eſt proprium ipſius Dei. ſ. ſaluare animas per gratiam ſpirituſſancti.*

i Et ego vi. *Spiritumſanctum prædicto modo deſcendentē ſuper Ieſum.*

k Et teſtimo. perhibui: quia hic eſt filius Dei. *Scilicet naturalis, & per conſequens habens eandem virtutem cum patre.*

l Altera die. *Hic explicat teſtimonium Ioannis de Chriſto factum coram diſcipulis Ioannis ſpecialiter. Et diuiditur in duas: quia primo ponit huius teſtimonium. Secundo teſtimonij fructum, ibi: Et audierunt. In prima parte dicitur ſic:* Altera die iterum ſtabat Ioannes, & ex diſcipulis eius duo. *Dicit altera die, ad denotandum q Ioannes pluries & frequenter ferebat teſtimonium de Chriſto, vt ſupra dictum eſt. Per hoc quòd ſubditur:* D *[Diuiſio]*

m Stabat. *Oſtenditur, quòd ipſe paratus erat ad exercendum ſuum officium, teſtificando de Chriſto, baptizando, & docendo. Vnde ſubditur:*

n Et reſpi. Ieſum ambulan. *ſ. prope locum vbi ſtabat Iohannes: quia Chriſtus poſtquam baptizatus eſt à Ioanne, ad tempus moratus eſt prope locum: & factus eſt Ioanni familiaris, vt ſic Ioannes frequenter diceret teſtimonium de Chriſto in ſua præſentia, & ſic ab alijs cognoſceretur. vnde ſubditur:*

o Ecce agnus Dei. *Breuiter repetit euangeliſta teſtimonium quod fuerat ſuperius dictum: ideo omittit illud, quod ſupra dictum eſt: Qui tollit peccata mundi. Et exponatur ſicut ſupra expoſitum fuit.*

p Et audierunt. *Hic ponitur fructus prædicti teſtimonij. Et diuiditur in tres: quia primò ponitur fructus ſequens ex Ioannis teſtificatione. Secundo ex diſcipuli conuerſi prædicatione, ibi: Erat autem Andreas. Tertiò*

¶ *ex Chriſti*

## M O R A L I T E R.

✻ *a Altera die iterum ſtabat Iohannes &c.* Sicut dictum eſt, per Ioannem prædicator euangelij deſignatur: & ideo per hoc, quod dicitur hic, ſtabat, ſignificatur, quod prædicator euangelii debet eſſe conſtans in prædicatione verbi diuini.

*n Et reſpiciens Ieſum ambulantem dixit.* Per quod ſignificatur, quod prædicator euangelii debet diligenter conſiderare proceſſum vitæ Chriſti, & non ſolum conſiderare, ſed etiam prædicare. Ideo ſubditur:

*o Dixit: Ecce agnus Dei.* Eius innocentiam prædicando, & obedientiam vſque ad mortem. & audientes debēt deuote recipere talem prædicationem: quòd ſignificatur per hoc quòd ſubditur:

*p Et aud. eum duo diſ. Io. & ſequuti ſunt Ieſum.* Et dominus Ieſus ad tales conuertitur per clementiam, & recipit per gratiam, & inſtruit eos de neceſſariis ad ſalutem. Per Andream uero & Philippum qui à Chriſto edocti fuerunt de ſalute fratrum ſuorum ſolliciti, ſignificantur illi, qui proximos ſuos quantum bono modo poſſunt inducunt ad ſequelam Chriſti: contra multos, qui non ſolum non inducunt, ſed pro ſuo poſſe auertunt.

✻ *Am:a*

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

a *Sequuti ſunt Ieſ.* Sequuti ſunt.vt cum iam potius q̃ Ioannem audirent: non tamen adhuc ei penitus adhærentes: ſed vt videant vbi habitat,ut aſſidue ad eum veniant,& ab eo erudiãtur.& poſtea pfecte ſunt ſequuti,qñ eos de naui vocauit. Duo
Matt.4.d ſequuntur:q̃a q ſequuntur,gemina charitate debent accendi.

b *Conuerſus.* quaſi a tergo viderāt: ſed quaſi faciē præbuit illis,dū de maieſtate deſcēdit vt poſſet videri, dum pro vmbra legis euangelij lucē exhibuit.

c *Quid quæ.* Interrogat nõ ignorãs, ſed vt mercedē habeant reſpondētes, q̃d rem, non perſonã.quid nõ quem, ne ſe videatur oñdere, illi pſonã rñdent.

Myſticè. d *Vbi ha.* Myſtice. volunt oſtendi ſibi in quibus Chriſtus habitet, vt ſe illis aſſimilent: vel incarnationem vident: pie quęrunt oſtēdi ſibi æternam manſionem quomodo ſit apud patrem.

e *Venite* quaſi ſermone nõ poteſt explicari,ſed opere demonſtratur. venite credendo & operando & intelligetis. venite teſtimonio Ioannis & a lege recedite & gratiam recipietis.

f *Die illo.* Oſtendit nouum teſtamentum,ſiue præſentem vitam.

g *Hora au.erat.* quia ex lege venerant, decalogus ad Chriſtũ miſit.hora decima quærunt ab eo doceri, quia non alius docet legem,niſi qui dedit eam. Docet autem cum miſericordia & implentur quæ implere nõ poterant. vel hora decima veſperam mũdi indicat.

h *Fra.Si.* Frater iunior natu prior credit.non.n.eſt ordo fidei inanis. Forte ad dignitatē Andreas dicitur eſſe frater Petri, ſuper quem.i. ſuper cuius fidem fundanda erat eccleſia.

i *Inue.hic pri.* Vera pietas ſtatim inuentũ theſaurũ nunciat fratri, vt ſicut eſt ſanguine,ſit & germanus in fide.

k *Inuenimus Meſſiam &c.* Chriſtus græce, Meſſias Hebraice, vnctus Latine. vere.n. vnctus eſt a ſpirituſancto ſpecialiter, a qua unctione Chriſtiani appellantur. Quod Iacob erexit lapidē poſt viſionem in titulum,quem olei ſuperfuſio vnxit, iam di-
Gen.35.d uinitus per illam Petram,futuram Petram.ſ.Chriſtum ſpiritu ſancto vngendum figuraliter intellexit. in qua Petra ſic linita fundari eccleſiam præfigurabat &c.

l *Tu es Si.fi.* prius dicit nomen,quod hēt a parentibus,vt ſignificetur mutatio,dum de Simone Petrũ facit.In mutatione autem notatur viuacitas myſterij.ſed nec prius nomen caret virtute.Eſt.n. Simon obediens filius gratiæ uel columbæ, dum venit ad Ieſum,ſequens fratrem.vnde a Petra Chriſto dicitur Petrus,firmus in illo,in figura eccleſię,quę in Petra fundatur

m *Filius Ioanna &c.* Iona dicitur & Ioanna indifferenter. Iona columba: Ioanna gratia interpretatur.

¶Sequentes euangelium legem amiſerunt,utentes eius teſtimonio imperio magiſtri.
duo diſcipuli loquentem, & ſequuti ſunt Ieſum. Conuerſus autem Ieſus & uidens eos ſequentes ſe, dicit
¶Dat fiduciam interrogandi. ¶Magiſtrum. ¶Quæcumq; uellent.
eis: Quid quæritis? Qui dixerunt ei:
¶Hoc nomine fidem ſuam. indicant iam ſequuntur ut magiſtrum. ¶Latine.
Rabbi, q̃d dicitur interpretatum ma
¶Nolunt eo tranſitorie uti,ſed ſcire locum,quo frequenter ueniat,& ſecreto inſtrui.
giſter, ubi habitas? dicit eis: Venite, & uidete. Venerunt, & uiderunt
¶Non eſt nox vbi eſt lumen Chriſtus,ad quem poſtquam peruenitur,ibi eſt manendum.
ubi maneret, & apud eum manſerũt die illo. Hora autem erat quaſi deci-
¶Virilis,quia conſtans & fortis.
ma. Erat autem Andreas frater Si-
¶Obedientis.
monis Petri, vnus ex duobus, qui audierant à Iohanne, & ſequuti fuerant eum. Inuenit hic primum fratrem ſuum Simonem, & dicit ei: Inueni-
¶Hoc uerbo innuit quod diu eum quæſierunt. ¶Hæbraice. ¶Latinè.
mus Meſſiam, quod interpretatũ eſt
¶Non dedignatur maior ſequi minorem.
Chriſtus. Et adduxit eum ad Ieſum.
¶Secreto cordis,ex quo cognito mutat nomen.
Intuitus autem eum Ieſus dixit: Tu
¶Per ſpiritum obedientiæ. ¶Id eſt columbæ .ſ. ſanctiſpiritus, ex quo humilis dum maior ſequitur minorem.
es Simon filius Iohanna. Tu vo-
¶Nondum ponit nomen.ſed præſignat.
caberis Cephas, quod interpre-

*In Galilæam*

## NICOL. DE LYRA.

¶ *ex Chriſti uocatione,ibi:In craſtinum.Fructus autem primus fuit conuerſio diſcipulorum Ioãnis ad Chriſtũ:quæ fuit inchoata per Ioãnē inquãtum diſcipuli teſtimoniũ eius reuerēter audierunt, & tanquã ueriſſimũ executi ſunt in opere.& hoc eſt quod dicitur* : Et au.eum duo di.Io.& ſecu.ſunt Ieſum.*deſiderantes ei adhærere & eius doctrinam audire:ſed iſta conuerſio conſummata eſt per ipſum Chriſtum.Vnde ſubditur:*

a Conuer.autem Ieſus &c. *ex ſua benignitate & miſericordia.*

b Vi.eos ſe.ſe,di.eis:Quid quæ. *q.d,paratus ſum ad uoluntatem ueſtram:nec petit hoc ex ignorantia,ut aliquid addiſcat, ſed ut eorum reſponſione conuenientius eos dirigat,ſicut Gen.iij.b.dixit dominus: Adam ubi es? ut ex ſua reſponſione conuenientius argueret ipſum.Sequitur:*

c Qui di.ei:Rab.quod di.inter ma. *Iſtud, quod dicitur interpretatũ magiſter,nõ eſt de uerbis eorum,ſed eſt uerbũ euangeliſtæ interpretantis nomen Hebr.quod eſt Rabbi.unde dixerunt:Rabbi ubi habitas? quærentes domum eius tanquam ſtudioſi diſcipuli,vt poſſent frequenter cum eo & ab eo inſtrui.*

d Di.eis:Veni.& vi.*liberaliter condeſcendens petitioni eorum.Sed q̃a dictum eſt de domo Chriſti,hic uidetur contradicere ei quod dicitur.Fi-*
Mat.8.c *lius hominis non habet vbi caput ſuum reclinet. Dicendũ,ꝙ in Matthęo dicitur non habuiſſe proprium domicilium,non tamen negatur quin habuerit ſicut hoſpes domum accommodatam pro tempore ad manendum. Sic.n.frequenter fuit in domo Marthæ,& eodē modo ad tps manſit prope Ioãnē,poſt baptiſmũ ſuũ, rõnibus prædictis,tamen in hoſpitio alieno, quod patet ex hoc ꝙ non erat de loco illo, ſed de Nazareth. Sequitur:*

e Venite,& ui.vbi ma.*ſicut hoſpes,vt dictum eſt.*

f Et apud eum man.&c.*audientes verba vitæ ab eo.*

g Hora aũt erat quaſi de.*i.prope veſperã.Ex quo patet ardor eorũ ad audiendum Chriſtum:quia cum hora veſpertina ſoleant hoĩes reuerti ad propria domicilia, tamen omnibus dimiſſis manſerunt cum ipſo vſq; in craſtinum, deſiderio audiendi ipſum.*

h Erat au.an. *hic conſequenter ponit fructus prouenientes ex diſcipuli conuerſione: quia audita Chriſti doctrina ſtatim iuit ad quærendum fratrem ſuum ad audiendum Ieſum Chriſtum.& hoc eſt ꝙ dicitur:* Erat au.an.&c.ſe.fue.eum.*ſ.Chriſtũ.Nomen aũt alterius diſcipuli hic tacetur,quia modus ſcribentium eſt tacere proprias laudes,vel ſaltē loqui de ſe ſicut de alio,ſicut infra vlt.g.dicit Ioannes euangeliſta de ſeipſo:Hic eſt diſcipulus ille etc.non exprimendo nomen ſuum.Et eodem modo loquitur hic, quia probabiliter creditur,ꝙ ipſemet fuerit cum Andrea:quia circunſtantias loci & tēporis deſcribit quaſi ille,qui præſentialiter vidit.Poteſt etiam aliter dici, ꝙ ſolus Andreas nominatur, eo ꝙ antiquior & principalior erat.vnde & hãc prærogatiuam habuit,ꝙ fuit primus Chriſti diſcipulus:quia de duobus primò adhærentibus Chriſto ipſe fuit principalis & primus, ſicut & Stephanus fuit primus martyr. Sequitur.*

i Inuenit hic pri.fra.ſuum ſi.*Non inuenit eum à caſu,ſed diligenter quæſitum: deſiderans eum habere fratrem in religione fidei, ſicut & in propinquitate carnali, contra illos qui proprios amicos retrahunt ab ingreſſu religionis.unde ſequitur.*

k Et di.ei &c.Chri.*i.vnctus:quia Chriſtus eſt rex & ſacerdos unctus in humana natura plenitudine gratiæ,ſicut reges & ſacerdotes in ueteri teſtamento inungebantur corporali vnctione.Et bene dicit:*Inuenimus:*q̃a ſufficienter erat Inſtructus à Chriſto per teſtimonia legis & prophetarum, quòd ipſe erat uere Chriſtus. Et quia conſummatio boni operis eſt per Chriſtum. ideo ſequitur:*

l Et addu.eum ad Ieſum. *Tum quia non confidebat de ſe,quòd poſſet eum ſufficienter inſtruere.Tum quia libenter ad magiſtrum redibat habita occaſione.*

m Intuitus autem eum Ieſus.*Non ſolum exterius,ſed etiam interius uidens eius deuotionem:quia intuetur cor.*

n Dixit:Tu es Simon.*id eſt vere obediens.q.d.nomen tuum eſt proprietati tuæ conſonum.* 1.Re.16

o Filius Ioan.*Mat.xvi.c.dicitur, Bariona.i.filius Ioanna. Dicendum, quòd idem eſt nomen patris Petri Iona & Ioanna: aliqualiter tamen diuerſificatur,ſicut in Latino,Nicolaus & Colinus.Vel aliter dicēdum,ꝙ pater Petri erat binominus,& ſic Iona & Ioanna ſunt duo nomina.Hoc uidetur ex eorum interpretatione, quia Iona interpretatur columba, Iohanna,in quo gratia. Dicit ergo:filius Iohanna.q.d.hoc cognomen cõſonat tuo nomini,quia ille,qui eſt uere obediens, eſt filius gratiæ ſpiritus ſancti,qui per columbam deſignatur.*

p Tu uo.Cephas.*i.capitaneus. Et idem ſonat hoc nomen Petrus,quia fundamētum habet quodammodo proprietatem capitis. unde Mat.xvi.c.quando dictum eſt ei a Chriſto:Tu es Petrus &c.non fuit nominis noui impoſitio,ſed noĩs prius impoſiti cõmemoratio uel confirmatio: quia hic ſibi fuit impoſitum ſcđm Aug. Aliqui tamen alij dicunt econuerſo, quòd tunc fuit ſibi impoſitum,ſed hic prædictum fuit ſibi imponendum. pter quod dicitur :* Tu vocaberis.*quaſi loquens de futuri noĩs impoſitione. Notandum etiam,ꝙ mutatio nominis facta a Deo ſemper facta eſt ex aliqua gratia ſpãli,quã a Deo cõſecutus eſt ille,cuius nomen mutatur. Sicut Iacob vocatus eſt Iſrael,eò ꝙ uidit dominum. Et Abram vocatus eſt Abraham,quando facta fuit ſibi promiſſio de ſemine, in qua benedicendæ erant omnes gentes terræ illius. Et eodem modo hic Simon uocatus eſt Cephas, ex hoc ꝙ uocatus fuit ad Chriſti fidem, & uocandus de proximo ad apoſtolatum & principatum apoſtolorum. & vocatus eſt Petrus,quòd idem eſt,ut dictum eſt,propter fidelem Chriſti confeſſionē, qua dixit:Tu es Chriſtus filius Dei uiui.Sed contra illud,quod dicitur hic de uocatione Petri & Andreæ, uidetur illud eſſe,quod habetur Matth. iiij.d. Ambulans Ieſus iuxta mare Galileæ,uidit duos fratres, Simonem qui uocatur Petrus, & Andream fratrem eius, mittentes rete in mare,& uocauit eos. Ex quo patet, quòd fuerunt vocati de naui. Dicendum, quòd uocati fuerunt ad fidem & ad Chriſti aliqualem familiaritatem iuxta Iordanem ſecundum modum, qui hic ſcribitur : ſed poſtea ſuper mare Galileę fuerunt uocati ad apoſtolatum, & ideo tunc relictis retibus & naui ſequuti ſunt eum non amplius ad propria reuerſuri.*

¶ In craſtinum



a *In Galil.* Galilæa dicitur tranſmigratio, vel reuelatio.Tranſmigrat.n.homo de uitiis ad uirtutes,et poſt de virtute in virtu-
Pſal.83.b tem:& ſic fit ei reuelatio,vt videatur Deus deorũ in Sion. Vocaturus ergo diſcipulum ad ſequendum.i.ad imitandum;exit in Galilæam,ipſo loco innuens,vt ſicut ipſe proficiebat ſapiētia, & ſicut per paſſiones intrauit in gloriam,ſic & ſequaces.

b *A Bethſ.ci.* Non fruſtra nominatur ciuitas,nec fruſtra dicitur Philippi,Petri,& Andreæ,Sonat.n.domus venatorum,in quo notatur animus & officium iſtorum:Sunt.n.venatores in capiendis animabus:vnde Philippus antequam fiat apoſtolus, ſponte vocat Nathanaelem.

c *Inuenit Phili.&c.* Nathanael peritiſſimus ſcripturarum intelligit quod nõ alij.ſ.a Nazareth exire ſingularē Nazarenum. Quia autem doctiſſimus, non eſt in apoſtolum electus.Omnes .n.apoſtoli primum de idiotis,ut confundantur ſapientes.

d *Quem ſcripſit Mo.* Vt cautus venator multis rõnibus veritatē fratri aſtruit. ſ.ꝙ Ieſus eſt,qui prænunciatur in lege & prophetis. Filius Ioſeph,qui eſt de domo Dauid, ut per eũ(non ꝙ de eo natus)cum Maria matre eius(quã ſciebat ex prophetis uirginem peperiſſe) notetur eſſe ex Dauid.

e *Et dixit ei Na.* Vel dubitando interrogat uel affirmat vt legiſperitus,a ciuitate tanti nominis poſſe eſſe aliquē bonum uel eximium doctorem, vel ſummum ſaluatorem. Dicitur.n.Nazaret, flos uel germen mundiciæ, vel ſanctitas. Vtriq; autem pronunciationi congrue ſubditur, *Veni & vi.&c.*

f *Ecce uere Iſraelita.* Dolus.i.ſimulatio.Si.n.habet peccata,confitetᷓ. Nõ ergo negat peccatorē, ſed in eo laudat confeſſionē. Phariſæi aũt ſunt doloſi,qui ſe bonos prædicant,cũ ſint mali.

g *Vnde me no.* Cognoſcens dominum loqui de ſua conſcientia,non ex indignatione quærit, ſed admirando : unde,& ex qua virtute.

¶i.poſt reſurrectionem ad gentes.
tatur Petrus. In craſtinum voluit
¶A Iudæa,ubi erat Iohannes baptizans. ¶Os lampadis.
*exire in Galilæam, & inuenit Philippum. Et dicit ei Ieſus: Sequere
¶Venationis domus.
me. Erat autem Philipus à Bethſaida ciuitate Andreæ & Petri. Inue-
¶Fratrem ſuum.
nit Philippus Nathanael, & dicit ei: Quem ſcripſit Moyſes in lege & prophetæ, inuenimus Ieſum filium
¶Et hoc nomen a prophetis.vt & Maria quæ non ignorans ſe uirginem,dicit Ego & pater tuus. ¶i.de ſemine Dauid. ¶Patriam ponit,ut notet eum de quo propheta,Nazaræus vocabitur. ¶Virgultum.
Ioſeph à Nazareth. Et dixit ei Nathanael: A Nazaret poteſt aliquid boni eſſe? Dicit ei Philippus: ueni & uide. Vidit Ieſus Nathanael uenientem ad ſe, & dicit de eo: Ecce uere Iſraelita, in quo dolus non eſt. Dicit ei Nathanael: Vnde me noſti? Reſpondit Ieſus & dixit ei: Prius quàm te Philippus vocaret, cũ eſſes

*Sub ficu*

## NICOLAVS DE LYRA.

Diuiſio ¶ a In craſtinum.*Hic conſequenter ponitur fructus proueniēs ex Chriſti vocatione.Et diuiditur in duas,quia primò deſcribitur ipſius Philippi uocatio.Secundo,ex hoc ſequens Nathanaelis conuerſio,ibi:Inuenit Philippus.Circa primum ſciendum,ꝙ Chriſtus uenit ad baptiſmum Ioannis, ut uirtutem regenerandi tribueret aquis:& ut baptiſmum Iohannis,& eius doctrinam approbaret:& ut de Chriſto,per Ioannis teſtimonium latum in Chriſti præſentia,populus ipſum cognoſceret : propter quæ Chriſtus ad tēpus moratus eſt prope locum illum,ut ſupra dictum eſt: & ideo hoc peracto voluit redire in Galilæam,vbi fuerat nutritus,& in illo reditu vocatus eſt Philippus.& hoc eſt quòd dicitur hic.*In craſtinum autem.*ſcilicet poſt vocationem Petri.*

b Voluit exire in Ga. *Si.n.manſiſſet prope Iordanem,poſtquam fuit cognitus a populo,omnes cucurriſſent ad eum,& dimiſiſſent Ioannem.Q̃d patet ex effectu : quia duo ex principalioribus diſcipulis Ioannis ſecuti ſunt iam eum ut dictum eſt:& ideo volens deferre Ioanni, & dare nobis exemplum fugiendi applauſum populi,inde receſſit.Sequitur:*

c Et in.Phi.*Nõ a caſu,vel ignotum,ſed ex ſua præordinatione,vt eum vocaret ad fidem,& illuminaret.vnde ſequitur:*

d Et dicit ei Ie.ſeq.me. *Quod autem Philippus ſecutus eſt eum, ſtatim credens,non eſt mirum:quia uox Chriſti non ſolum habebat uim mouendi auditum,ſed etiam animum.Poteſt etiam probabiliter dici,ꝙ Philippus erat iam edoctus de Chriſto ab Andrea & Petro.unde ſubditur:* Erat autem Phi.a Betſaida ci.An.& Petri. *quaſi reddatur ratio quare ſtatim ſecutus eſt Chriſtum,ex hoc ꝙ erat de uilla Andreæ & Petri:ex quo probabile eſt,quòd docuerant ipſum.*

e Inuenit Philippus. *Hic ponitur conſequenter Nathanaelis conuerſio,quæ oſtenditur primo inchoata per Philippum, & ſecundo conſummata per Chriſtum,ibi: Vidit Ieſus.Circa primum conſiderandum,quòd Philippus à Chriſto inſtructus, iuit ad quærendum Nathanaelem fratrē ſuum,deſiderans eum habere fratrem in fide,ſicut in carne.& hoc eſt q̃d dicitur hic:*Inuenit Philippus Nathanaelem. *Non a caſu inuenit eum ſed diligenter quæſitum,vt dictum eſt.Iſte autem Nathanael erat homo literatus,& edoctus in lege & prophetis:& ideo Philippus quamuis eſſet parum literatus a principio, tamen iam erat inſtructus a Chriſto in ſcripturis legis & prophetarum loquentibus de ipſo : ideo annunciando Chriſtum fratri ſuo, quem ſciebat literatum, incepit a teſtimonio legis & Prophetarum dicens:*

f Quem ſcripſit Moyſes in lege.*Hoc habetur Gen.penulti.b.Non auferetur ſceptrum de Iuda &c.Et Deut.xviij.c.Prophetam ſuſcitabit vobis Deus de fratribus ueſtris &c.quæ ad literam de Chriſto ſunt intelligenda,vt patet per prædicta.*

g Et pro.*Omnes enim prophetę de Chriſto loquuntur, quia ad Chriſtum omnes eorum prophetiæ principaliter ordinabantur.*

h Inuenimus Ie.*q.d.Hoc nomen congruũ eſt prophetis,quia promittunt Meſſiam Saluatorem. Hoc etiam nomen ponitur expreſſe de Chriſto, Habacuk vlt.d.ego autem in Domino gaudebo, & exultabo in Deo Ieſu meo. Et in apocryphis Eſdræ. Et erit poſt annos hos, & morietur Ieſus filius meus, & conuertetur ſeculum.*

i Filium Ioſeph. *Philippus hic loquitur ſecundum communem modum loquendi, quia putabatur eius filius, ut habetur Lucæ.iij.Hoc etiam conſonat ſcripturæ, quæ clamat ubique Chriſtum deſcendere de ſtirpe Dauid,de cuius tribu erat Ioſeph:propter quod & Chriſti genealogia per ipſum computatur, ut patet Matt.1.& Luc.iij.e. Quamuis.n.non fuerit pater Chriſti,fuit tamen in matrimonio coniunctus matri eius, quæ erat eiuſdem tribus,prout diffuſius declaraui ſuper Matth.*

k A Nazareth. *Locus etiam iſte conſonat ſcripturæ loquenti de Chriſto Eſa. xi.a. ubi dicitur ſic ſecũdum Hebraicam ueritatem: Egredietur uirga de radice Ieſſe & Nazaræus de radice eius aſcendet. Et ideo Nathanael uidens hanc conſonantiam ſtatim reſpondit:*

l A Nazareth poteſt aliquid boni eſſe. *Affirmatiue ſecundum Auguſtinum. Aliter exponitur hoc ſecundum Chryſoſ.negatiue & dubitatiuè. Quia(ſicut dictum eſt) iſte Nathanael erat legiſperitus : & ideo vidit quòd duo prima non habebant calumniam,ſcilicet nomen proprium quod eſt Ieſus,& genus ſcilicet Dauid. Sed de loco uidebatur eſſe contra ſcripturam Micheæ.v. a. vbi expreſſe dicitur Chriſtũ naſciturũ in Bethleē. Et tu Bethleem Ephrata paruulus es in milibus Iuda. Ex te mihi egredietur qui ſit dominator in Iſrael:& egreſſus eius ab initio à diebus æternitatis. Propter quod legis ſcribæ reſponderunt Herodi quærenti ubi Chriſtus naſceretur, quòd Bethleem erat natiuitatis ſuæ locus, vt habetur Matth.ij.a.Et dictum ſuum confirmauerunt per ſcripturam prædictam Michæ.v. Et propter hoc Nathanael conceſſis duobus primis tanquam manifeſte veris, quærit dubitatiuè de tertio dicens :* A Nazareth poteſt aliquid boni eſſe. *Et quia Philippus non erat perfecte inſtructus,ideo duxit eum ad Ieſum,vt ab illo plenius audiret.propter quod ſequitur:*

m Dicit ei Philippus: ueni & uide. *id eſt addiſce ab eo. Notandum hic, quòd ſecundum ueritatem euangelij Chriſtus natus fuit in Bethleem, vt habetur Matthæ.ſecundo a. & Luc. ſecundo a.ſicut fuerat prædictum per prophetam:ſed conceptus fuit & nutritus in Nazareth, vt habetur Luc.ſecundo.f.& iiij. d. & propter hoc vocatur a prophetis Nazaręus. & ſic patet concordia prophetarum.* Nota.

n Vidit Ieſus. *Hic deſcribitur conuerſio Nathanaelis, conſummata per Chriſtum, vbi Chriſtus oſtendit ſe verum eſſe Meſſiam promiſſum ex tribus ſignis:quia legiſperiti ſigna quærebant,vt dicitur.1.Cori.1.d.Iudęi ſigna petunt. Et in pluribus locis in euangelio petierunt ſigna à Chriſto.Secundum ponitur ibi:Reſpondit Ieſus. Tertium ibi:Reſpondit Nathanael. Primum ſignum fuit manifeſtatio occulti, præſentis ſcilicet intentionis cordis, & puritatis conſcientiæ ipſius Nathanaelis, quæ non poterant eſſe nota niſi uirtute diuina. & hoc eſt quod dicitur hic :* Vidit Ieſus Nathanael uenientem ad ſe. *Non ſolum vidit exterius, ſed etiam uidit cor ipſius interius, unde ſequitur:*

o Et dicit de eo: Ecce uere Iſraelita, in quo dolus non eſt. *Quia ſine intentione doli & falſitatis ueniebat : ut ueritatem cognoſceret.*

p Dicit ei Nathanael. *Hic ponitur ſecundum ſignum, quod eſt reuelatio occulti præteriti. Videns autem Nathanael, quòd conditionem ſuæ mentis expreſſerat, quæſiuit, unde ipſam ſciebat, dicens:*

q Vnde me noſti? Reſpondit Ieſus & dixit ei: *per reuelationem alterius occulti.*

r Prius quàm Philippus te vocaret cum eſſes ſub ficu,uidi te.*ideſt cognoui propoſitum cordis tui, Ad literam : prius locuti fuerant adinuicem de Chriſto ipſe & Philippus ſub ficu, in tali diſtantia,quòd Chriſtus eos non poterat uidere oculo corporali:nec aliquis alius erat præſens qui potuiſſet ei referre: & ideo propter hoc ſignum & præcedens, Nathanael ſtatim confeſſus eſt ipſum eſſe Chriſtum. vnde ſequitur:*

¶ Reſpondit

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

a *Sub ficu vi.* Myſti, Nathanael.i.donũ Dei, eſt verus populus Iſrael donum Dei. qui erat ſub ficu abditus.i ſubditus ſub cõſuetudine peccandi & umbra mortis, vt primi parentes ſub fici folijs ſe texerunt. vbi prius viſus eſſet a domino & quæſitus, q̃ dñm videret & quęreret. & ante ẽt q̃ per apoſtolos uocaret.

*Myſtice. Gen. 3.b*

b *Rabbi tu es.* Quia cognouit Nathanael Chriſtum abſentem vidiſſe, quæ ipſe in alio loco geſſerat .i. quomodo & ubi vocatus ſit a Philippo, quod eſt indicium deitatis, fatetur non ſolum magiſtrum, ſed & Dei filium, & regẽ Iſrael.i. Chriſtum, in quo probatur eſſe Iſraelita, vt dicitur.i. uidẽs Deum.

c *Videbitis cę.* Nathanael Iſraelita, dicitur uiſurus apertum cœlum, & angelos Dei deſcend. & aſcen. vt olim patriarcha Iacob vidit ſcalam, & angelos aſcen. & deſcẽ. qui per benedictionem uocatus eſt Iſrael. Augu. Quod dictum eſt Nathanaeli, modo impletur in Chriſtianis quia poſtquam homo Deus aſcendit, credentibus in eũ aperitur aditus cęli. Et vidẽt angelos .i. prædicatores ſuper eum aſcendentes, dum arcana deitatis conſiderant & prędicant, & deſcendentes, dum infimis ſe contemperant, & humana de eo prædicant. Et maius eſt eis cęlum aperiri, & vtranq; in eo cognoſcere naturam per angelos, quam uiſos.i. præſcitos eſſe, dum eſſent ſub vmbra mortis. Si enim ibi manerent, quid profuiſſent ibi uideri?

*Ibid. 28.c*
† Maiora
* Poſthac
*In euan. Io. trac. 7. c. 1. tom. 9.*

d *Angelos d.* Sæpe hoc miraculum apparuit, q̃ angeli aſcendebant & deſcendebant ſuper Chriſtum.

e *Super fil. ho.* Chriſtus dicit ſe filium hominis, affirmans quod minus eſt. ſ. humanitatem, Nathanael & Petrus filium Dei, quòd maius eſt, affirmantes diuinitatem. Ecce confirmatio utriuſq; naturæ in Chriſto. Iſti confitentes deitatem, merentur aſcendere: ille aſſerens humanitatem, teſtatur ſe ad redimendum ueniſſe. *Super fil. ho.* Confirmat ſe eſſe hominem, ne aliqui errarent, credentes ipſum tantum eſſe Deum: vt etiam Petrus, cum dixit: Abſit a te Domine.

*Mat. 16.d*

a ¶ i. ſub arbore fici. ¶ i. ſub legis litera. ¶ Elegi.

a Sub ficu, uidi te. Reſpondit ei Natha-
a ¶ Ecce eadem vox Nathanaelis & Petri, vnde & Petrus meruit vocari. b ¶ Cuius ego miles.
b nael, & ait. Rabbi, tu es filius Dei, tu es rex Iſrael. Reſpondit Ieſus, & di- b
a ¶ Q. ſub arbore fici uenisti ad fidem.
xit ei: Quia dixi tibi, uidi te ſub fi-
a ¶ Quia per iſtud paruum uenisti ad fidem, venies ad maiora.
cu, credis: † maius his uidebis. Et c d
dicit ei: Amen amen dico uobis: *vi- e f
¶ Hoc maius.
c d debitis cœlum apertum, & angelos
e Dei deſcendentes & aſcendentes ſuper filium hominis.

dicũtur aſcendere ſuper filiũ hois, qñ prædicant Chriſti deitatẽ: & deſcẽdere, qñ ꝓ eius amore quærũt releuare proximi neceſſitatẽ. G

In ca. j. Ioannis ubi dicitur in poſtil. Et hoc patet in Ari. qui inter alios phi. videtur uerius ſcripſiſſe &c.

### ADDITIO I.

*Licet Ariſt. non demonſtrauerit mũdi nouitatem, non tamen concludit contrarium, ſed ſecundum mentem eius hoc tanquã problema neutrum reliquit, ut patet per rationes eius in de cęlo & mũdo intuenti: in quo non uidetur a ueritate deuiaſſe. Nam cum philoſophica inueſtigatio ſolum rationi naturali innitatur, ſecundum quam mundum incępiſſe non eſt ſcibile, nec demonſtrabile, prout Sãctus Tho. plene tradit in prima parte q. xlvi. art. ij. in corpore. q. idcirco non demonſtrando mundi nouitatem non deuiat a ratione. Similiter circa intelligentias ſeparatas conatus eſt adinuenire numerũ correſpondentem numero cęleſtium motuum, per hoc non excludens, quin plures poſſint eſſe ſubſtantiæ intellectuales ſeparatæ, orbes nõ mouentes, vt patet proceſſum ſuum in hac materia bene aduertenti. Similiter circa felicitatem nõ uidetur a veritate deuiaſſe. Nã in. 1. & vlt. ethicorum, vbi de felicitate tractat, non loquitur niſi de felicitate politica, ſeu de felicitate ſpeculatiua, quæ in hac uita per naturã haberi põt: nõ autẽ de felicitate ſupernaturali, de quibus Apoſtolus ait. Qđ oculus nõ vi. &c. Talis .n. felicitas ſpeculationẽ naturalẽ trãſcendit.* *1. Cor. 2.b*

In eo. ca. vbi dicitur in poſtil. Plenum enim opponitur vacuo.

### ADDITIO II.

*Hæc diſtinctio poſtilla. de pleno & vacuo non bene uidetur conſonare rationi, nec propoſito adaptari. Primum patet: nam licet uacuum opponatur pleno, non tamen tot modis dicitur vacuum ſicut dicitur plenũ, nam vacuum opponitur pleno per modum priuationis: priuatio autem ſicut cæcitas non dicitur tot modis ſicut uiſus. Secundum patet. Nam ſecundum illam diſtinctionem non eſſet diſtinguendum inter plenitudinem gratiæ unius ſancti, et aliam. De quolibet .n. ſanctorum uerũ eſt dicere, q̃ non patitur virtutis defectum: cum omnes virtutes ſint connexæ. Nec dicendum videtur, q̃ in ſanctis ſic vacuitas gratiæ, eo q̃ eorum gratia non redundat ad corpus, ſit vt ſupernaturaliter concipiat. Sed ad declarationem huius attendendum eſt, q̃ licet in ſacra ſcriptura multis & diuerſis attribuatur plenitudo gratiæ ſeu ſpiritus: non tamen vniformiter ſeu æqualiter in ſingulis intelligenda eſt huiuſmodi plenitudo ſed in quolibet eorum exprimitur, uel ſaltem innuitur illud reſpectu cuius talis plenitudo gratiæ attribuatur. verbi gratia: cum legitur de Beſeleel. Repleui eum ſpiritu Domini &c. Ibidem ſubiungitur: In omni opere ad excogitandum. In quo declaratur, q̃ talis plenitudo refertur ad omnia artificialia perfecte diſponenda ſeu exercenda. Cum autem legitur de Stephano. Plenus gratia & fortitudine. Ibidem declaratur ad quid referenda eſt hæc plenitudo. ſ. ad facienda ſigna & prodigia: & ad fortitudinem martyrij exercendam. Similiter cum dicitur de beata virgine: Plena gratia. referenda eſt illa plenitudo ſeu extendenda ad tantam plenitudinẽ, vt decebat genitricem filij Dei. Decebat .n. fęcundam eſſe gratijs, quæ autorem gratiæ non ſolum in mente, ſed in uentre amplectebatur. Vnde in glo. ſuper illud uerbum: gratia plena. q. di. quædam arra & dos ſponſi oſtenditur, quòd fęcunda ſit gratijs. Cum autem de apoſtolis dicitur: Repleti ſunt omnes ſpirituſancto, talis plenitudo ſeu repletio extendenda eſt ad hoc, quòd eſſent ſufficientes ad fundandum fidem Chriſti uniuerſaliter in orbe per plenitudinem fidei & charitatis, & donum linguarum, & huiuſmodi, prout ibidem declaratur, per ſigna uiſibilia hanc inuiſibilem plenitudinem demonſtrantia. Cum autem de Chriſto diceretur: Plenum gratia & veritatis: extendenda eſt talis plenitudo prout decet filio Dei naturali vnigenito: quæ quidem extenſio etiam ſecundum humanitatem ineffabilis eſt quodammodo infinita: tanquam non ad menſuram data, vt infra iij. d. Quam quidem extenſionem plenitudinis gratiæ Chriſti euangeliſta ſatis innuit cum dicit: Quaſi vnigeniti a patre. Super quod verbum Augu. dicit: Super omnem naturam & conſeruorum noſtrorum claritatem euangeliſta mentem erigens, ad ipſum nos honorũ produxit uerticem. q. d. euangeliſta, non ut propheta aut alterius hominis uel angeli alicuius ſuperiorum uirtutum, ſed quaſi ipſius dominatoris, ipſius regis, ipſius naturalis filij vnigeniti. Hæc Aug.*

*Plenitudo gratiæ ſpiritusſancti diuerſa.* H
*Exod. 31.a*
*Act. 6.b*
*Luc. 1.c*
*Act. 2.a*

In eod. cap. vbi dicitur in poſtilla: Cuius non ſum dignus ut ſoluam eius corrigiam calciamenti.

### ADDITIO III.

*De hac materia, ſcilicet de calciamentis Chriſti, vide ſupra in addi. Mar. 1. ubi de hoc large tractatur.*

### REPLICA.

Ioannis. j. ca. ubi dicitur: Mũdus per ipſum factus eſt. Poſtillator dicit Ariſtotelem erraſſe de mundi æternitate, intelligentiarum numero, & felicitate &c. Burg. Aſſumit Ariſto. in ſui defenſionem, aſſerens eum non erraſſe, quia innitebatur rationi naturali ſecundum quam mundum incępiſſe non eſt ſcibile. Relinquit igitur tanquam problema neutrum. Sed mirum de Burgenſ. quòd ſe opponit ſcho-

## NICOLAVS DE LYRA.

F

a Reſpondit ei Na. & ait: Rabbi tu es rex Iſ. *i. ille q expectatur, ut ſit rex Iſrael. Expectant .n. omnes Iudæi Meſſiam temporalem regem futurum. Et hoc modo uidetur loqui iſte Nathanael, quia non habebat adhuc cognitionem perfectam de Chriſto. Non .n. uidetur intellexiſſe tunc ipſius diuinitatem, quia non dixiſſet: Tu es rex Iſrael, ſed potius, mundi. Et per hoc quod dicit:* Tu es f. *non fuit confeſſus eius diuinitatem, ſicut poſtea confeſſus eſt eam Petrus dicens: Tu es Chriſtus filius Dei viui. Et propter hãc confeſſionem dictus eſt beatus a Chriſto. ſed intellexit hanc filiationem per quandam excellentiam gratiæ.*

*Matt. 16.c*

b Reſpondit Ie. *Hic ponitur tertium ſignum, quod eſt reuelatio occulti futuri. Modus .n. cognitionis humanæ eſt, vt ab imperfecto ad perfectionẽ ducatur ordinate, ut patet. 1. Phyſicorum. Et quia gratia perficit naturam, ideo conſimilis ordo eſt in cognitione gratiæ. quia primò eſt imperfectior, & poſtea ad perfectionem deducitur: propter quod Chriſtus ipſum Nathanaelem iam Chriſtum cognoſcentem quantum ad gratiæ excellentiam, ulterius deducit eum ad cognoſcendum ſuam diuinitatem per obſequium angelorum ſibi exhibendum tanquam ſuperiori. Nulla .n. natura eſt ſuper angelicam niſi diuina. & hoc eſt quod dicitur:* Reſpondit Ie. *Credis. ſ. me eſſe Chriſtum, quantum ad excellentiam gratiæ.*

c Mai*us* his ui. *cognoſcendo uirtutem diuinæ ſubſtantiæ.*

d Et di. eis *ſcilicet Philippo & Nathanaeli.*

e Amen amen di. uo. *Amen, idem eſt quod fideliter, & ideo ubi duplicatur, eſt ſignum maximæ certitudinis & firmitatis.*

f Videbitis cæ. ap. *i. obſequium diuinitatis in humana natura latentis. Si .n. quæratur, ubi hoc uiderunt? Poteſt dici, in aſcenſione Chriſti, ut habetur Act. 1. b. Cumq; intuerentur in cælum euntem illum, ecce duo uiri aſti. &c. i. duo angeli in ſpecie uirorũ. Similiter in reſurrectione uiderũt apoſtoli angelos ſtantes ſupra ſepulchrum Chriſti: & in paſſione apparuit angelus de cælo confortans eum. Quæritur etiam hic: quare Nathanael non fuit uocatus ad apoſtolatũ, cum a Chriſto ſuper alios fuerit commendatus, ut patet ex prædictis. Dicendum, q̃ Chriſtus uoluit primos fundatores eccleſię ſimplices homines eligere, ne prima conuerſio hominum ad fidem humanæ ſapientiæ aſcriberetur, ſed diuinæ, & propter hoc iſte Nathanael & Nicodemus, de quo habetur infra iij. a. non ſunt inſtituti apoſtoli. quia erant homines literati: fuerunt tamen a principio ad fidem uocati, ne ſi a principio omnes fuiſſent ſimplices, crederẽtur per oppoſitũ per ignorantiã decepti. Poſtquam uero fides catholica fuit radicata, Paulus uocatus eſt ad apoſtolatũ, quãuis literatus eſſet. Vnde dicitur. 1. Cori. 1. d. Videte uocationem ueſtram fratres: quia non multi ſapientes &c.*

*Nathanael quare non fuerit vocatus ad apoſtolatum. Luc. 22. e*

### MORALITER.

* e *Amen amen di. &c.* per quos ſignificantur prædicatores, qui dicuntur



A nit ſcholæ Pariſienſi ſine neceſſitate & ſine ratione. Venerabilis .n. Guilelmus epiſcopus Pariſienſis cum ſchola ibidem, prohibent catholicos cum Ariſt. in his erroribus & alijs in ſuis libris repertis ſentire, & præſertim, quia ſm Ariſt. omne verũ verò conſonat. Suũ autem problema, quod dicit neutrum, nõ conſonat ei quod catholice, eſt verum, igitur problema ſuum falſum. Item ipſe idẽ Ariſtoteles in multis locis probat & putat demõſtrare ſtatũ in cauſis, Standum igitur erit in oĩ gñe cauſarum in aliqua prima cã in gñe cauſarum finalis & efficientis. Apud Ariſtot. aſſignatur vnus princeps in. xij. Metaph. quẽ in octauo phyſicorũ noiat primũ motorẽ. Ab hoc quidẽ ante dicit deriuatũ cunctis eſſe, & cœlũ & totã naturã depẽdere. Vnum igitur ſolum ab Ariſt. ponitur in depẽdẽs. & q̃uis ſm B. Aug. j. de trini. difficile ſit plene intelligere creationẽ ſm viam naturalis cognitionis: non eſt tñ impoſſibile ſuppoſitis principiis & dictis philoſophorum, & alijs ſimilibus. Nec per rationes abducor a uirtute, vt ſentiam cum Ariſt. mundi creationem fore ꝓblema neutrum ſine errore: quia omnes rationes poſſibiles fieri cõtra veritatẽ fidei ſunt ſophiſticæ. Dicit .n. Beatus Hildinus. xiiij. de trini. Reſpuit captioſas & inutiles quæſtiones philoſophiæ fides cõſtans, nec humanarum ineptiarũ fallacijs ſuccumbens, ſpolium ſe præbet veritas falſitati. Mirum igitur de Bur. qui Ariſtotelem ueritatem dubitantem; pp tales rationes captioſas dicit nõ erraſſe. Quãuis enim per demonſtrationẽ ueritas aliqua non ſit ſcibilis pp ſophiſma, tñ ſine errore non dicitur dubitabilis & neutra. In eo. ca. ubi dicitur. Plenum gratiæ & veritatis. Poſtil. volens declarare differentiam plenitudinis gratiæ Chriſti & aliorum, dicit, plenum opponitur uacuo: Idcirco quot modis dicitur vnũ, tot & reliquũ &c. Burg. dicit illam diſtinctionem non conſonare rationi. Secundo dicit eam propoſito non bene adaptari. Primum oſtendit ex eo q̃ plenum & vacuum opponuntur priuatiue. Priuatio vero non dicitur tot modis quot habitus. Hic dico primum, q̃ antecedẽs eſt falſum, & conſequentia non valet. Nam ſm modum gradualis habitus accipiuntur modi graduales priuationis. Habitui .n. ſimpliciter perfecto opponitur priuatio ſimpliciter, habitui autem partiali opponitur partialis priuatio. Nam ſicut vnus eſt magis vidẽs quàm alius, & ſicut unus eſt magis ſciens q̃ alius, ita vnus eſt magis ignarus alio &c. Patet igitur, quia dato q̃ plenum & vacuum opponerẽtur priuatiue: adhuc quot modis dicitur vnum, tot modis dicitur & reliquum. Antecedens autem eſt contra Ariſto. iiij. Phyſicorũ qui vult vacuum potius eſſe ens prohibitum quàm priuatiuum. Nam ſi eſſet priuatiuum: eſſet locus carens contento cum aptitudine habendi, prout dixerunt antiqui, quos reprobat Ariſto. vbi ſupra. Quo ad ſecundum Burg. vult oſtendere q̃ poſtil. diſtinctionem talem non bene applicat, ex eo quia videtur (vt dicit Bur.) ſecundum illam applicationem nõ eſſe diſtinguendum inter plenitudinem vnius ſancti & alterius, quia nullus ſanctus virtutis patitur defectum, cum virtutes ſint connexæ. Burg. ſic replicat quaſi poſtillator non intellexerit uel intelligere noluerit. Nam poſtillator loquens de defectu virtutis, non loquitur de habitu, ſed de gradu. Omnibus enim virtutibus ſimul concurrentibus in vno ſecundum naturam habituum, ſtat defectus in omnibus ſecundum gradum: & hoc oportet Burgen. concedere, niſi velit incidere cum Begar. in clemen. ad noſtrum. de hære. dando gradum virtutum, vltra quem quis nõ poſſit proficere. cum tamen ipſe Burgen. dicat Chriſtum experimentaliter profeciſſe. Carens igitur aliquo gradu, quem tamen poſſet habere, ſecundum illam carentiam & priuationem poteſt dici uacuus, ſi ſaltem vacuum & plenum ſint priuatiue oppoſita, prout Burgen. vult. C

*Tex. cõ. 44.*
*Luc. 2. g*

## GLOS. ORD. CAP. II.

E die t. Aug. Poſt oſtenſionem Chriſti per teſtimonia Iohannis, ipſe ſe miraculo oſtendit.

*In mag. Io. tract. 8. c. 2 tom. 9.*

a *Et die.* Significat tertia die. i. tpe gratiæ, poſt tempus. i. ante legem & ſub lege Chriſtum ad nuptias eccleſiæ per carnem veniſſe.

b *Vocatus eſt.* In quo oſtendit non deſpiciendas nuptias quas fecit, & ſacramentum nuptiarum inſinuat.

c *Deficiente.* Vinum deficit, vt mirabiliter vino de aqua facto, virtus latẽtis deitatis appareat. Augu. Maior virtus eſt in creatione & gubernatione cœli & terræ, & q̃ quotidie aqua pluuiæ per vites in vinum vertitur, & q̃ ex paruo ſeminario fruges creantur. Sed quia hæc naturaliter fiunt, iam ex vſu viluerunt, & ideo quædam & ſi minora pręter ſolitum naturę ſibi Deus ſeruauit, per quæ virtus quæ in maioribus etiã operatur, ad memoriam reducitur.

B *Ibidem.*

d *Quid m.* Aug. In his non negat matrem, vt hæretici dicunt: nec in honorat eam, qui parentes honorare præcepit. Sed illa exigente, miraculũ facturus non agnoſcit eam q. d. Ex eo q̃ genuiſti, non operor hoc, agnoſcam autem te pendens in cruce, cũ vt filius curam tui diſcipulo committam, ſed nondũ venit hora mea. i. oportunitas, quia non debet eſſe paſſio niſi prædicato euangelio, niſi virtute deitatis oſtenſa mundo: tunc erit hora, non neceſſitatis vt hæretici calumniantur, ſed volũtatis. vnde: Poteſtatem habeo ponẽdi animã meã: & ite. ſu. eam Non .n. autor tpm fato tpis regit. Chana Galileæ. i. zelus trãſmigratiõis ibi nuptiæ, qa hi ſunt digni Chrõ, q feruore deuotionis de vitijs ad

*Ibidem.*
*Ioh. 10. d*

### CAP. II.

a ET die tertia nuptiæ a b factæ ſunt in Chana Galilææ, & erat c
a ¶ Mater eſt figura ſynagogæ.
b mater Ieſu ibi. Vocatus eſt autem Ieſus & diſcipuli eius ad nuptias. Et d
c deficiente uino, dicit mater Ieſus ad eum: Vinum non habent. Et di- e
a ¶ Augu. Quid eſt commune deitati meæ & tibi matri ſecũdum carnem?
d cit ei Ieſus: Quid mihi & tibi eſt f

*ſic notatur tempus.*

b Nuptiæ fa. ſunt in Chana Ga. *& ſic patet locus. Chana .n. quædam villa eſt ſita in Galilæa.*

c Et erat ma. ie. ibi. Vocatus eſt au. ie. & di. eius ad. *Licet autem alij plures fuerint in iſtis nuptijs, tamen Ieſus, mater eius & diſcipuli eius expreſſius nominantur: quia non ſit hic mentio de nuptijs niſi ratione miraculi ibidẽ ppetrati, quod fuit factum per matris interpellationem, & per ipſius Ieſu operationem, & ad diſcipulorum cõfirmationem. Et per hoc etiam excluditur error eorum, qui dicunt nuptias eſſe peccatum, quia ſi nuptiæ eſſent illicitæ, Ieſus & mater eius non fuiſſent in illa ſocietate. Dicitur etiam communiter, q̃ iſtæ nuptiæ fuerunt Iohannes euangeliſtæ: a quibus eum Chriſtus vocauit ante conſummationem matrimonij per copulam carnis. Ex hoc in eccleſia obſeruatur, q̃ ante carnalem copulam poteſt licite alter coniugum intrare religionem. Hoc autem videtur per dictum Hiero. in prologo, vbi dicitur q̃ Chriſtus vocauit eum de nuptijs nubere volentem. Ex quo videtur, q̃ nuptiæ fuerunt ſuæ, quia Chriſtus non legitur in alijs nuptijs fuiſſe. Hoc etiam videtur per hoc, q̃ mater Ieſu erat ibi tanquam in nuptijs nepotis ſui. Non .n. eſt veriſimile, q̃ ipſa veniſſet, niſi multũ attinuiſſet ſibi: ſicut iuit ad Elizabet cognatã ſuam feſtinanter tamen, vt habetur Luc. 1. d. quia ſecundum q̃ dicit Amb. non libenter ſtabat in publico, ſed magis in orationis ſecreto.*

D
*Nuptiæ licita.*

d Et defi. vi. *Hic tangitur occaſio miraculi.*

e Dicit ma. ie. ad eum: vi. n. *ad ſufficiẽtiam. Ex corde .n. piiſſimo voluit præuenire totalem defectum, ne appareret confuſio: ideo inuitauit filiũ quem ſciebat ad hoc potentem, ſicut a principio edocta fuerat per angelum & per ſpiritumſanctum. non tamen ipſum inuitauerat ad miracula ante ætatem perfectam: quia non decebat vt videbitur.*

*Supr. Luc. li. 2. c. 1. tit 6. tom. 5.*

f Et di. ei ie. q. *Cum Chriſtus maximam reuerentiam matri ſuæ detulerit, mirum*

## NIC. DE LYRA. CAP. II.

ET die ter. *Quoniam ad eſſe ſequitur operari, cum omnia ſint determinata proprio opere, vt dicitur. iiij. metaphy. ideo poſtquã euangeliſta oſtendit diuinitatem Chriſti per æternam emanationem à patre, hic conſequenter declarat eam in opere. ſ. per opera miraculoſa, quæ ſunt diuinæ virtutis manifeſtatiua, quia tranſcendunt virtutem totius naturæ creatæ. Et diuiditur in tres: quia primò ponuntur opera quæ fecit Chriſtus inter homines conuerſando. Secundo quæ fecit moriendo. xij. ca. Tertio, quæ fecit reſurgẽdo xx. ca. Prima in duas: quia primo ponitur opus diuinum quantum ad mutationem naturæ. ſecundo quãtum ad effectum gratię, ſequen. ca. ibi. Erat homo. Prima adhuc in duas. quia primò ponitur opus miraculoſum coram diſcipulis vt in fide firmentur. ſecundo, coram turbis, vt conuertantur, ibi: Poſt hoc deſcendit. Prima in tres: quia primo ponitur miraculi occaſio. ſecũdo, eius perpetratio, ibi: Erat autẽ. tertio, ipſius probatio, ibi: Et dixit eis Ieſus. Circa primũ ſciendum, q̃ occaſio huius miraculi fuit defectus vini in nuptijs: & ideo euangeliſta deſcribit ipſas nuptias quantum ad earum circunſtantias di.*

*Diuiſio*

a Et die tertia. *ſ. à vocatione Philippi & Nathanaelis fratris eius. & ſic*

### MORALITER.

* a *Et die tertia. n.* Myſtice. Nuptiæ tunc celebrantur, quando ſponſus eccleſiæ. ſ. epiſcopus conſecratur.

*Myſtice*

b *In Cha.* Chana zelus, Galilæa trãſmigratio interpretatur. Per hoc ſignificatur, q̃ epiſcopi conſecratio ſit propter Zelum animarũ, & propter tranſmigrationem ipſius ad culmen virtutum. Hæc .n. duo inſeparabiliter concomitari debent epiſcopalem ſtatum.

c *Et er. ma.* nã ex conſecratione talis epĩ honoratur Ieſus & mater ipſius. Sed ibi deficit vinum conſolationis humanæ, & hic pp ſollicitudinẽ impoſitæ ſibi curæ, de qua dicitur. Quis infirmatur & ego nõ infirmor? q̃s ſcãdalizatur & ego nõ vror? Sed tali ꝓlato ſic cõpatiẽti populo ſuo impetratur per uirginẽ melius vinũ. i. cõſolatio melior. ſ. diuina, q̃ tãtæ uirtutis eſt, q̃ facit materiã conſolationis illud quod eſt alijs materia deſolationis. Act. v. g. Ibant apoſtoli gaudẽtes à conſpectu concilij, qm̃ digni habiti ſunt pro noĩe Ieſu contumeliam pati. Epĩ uerò, ſucceſſores ſunt apoſtolorum, vt dr̃ in decretis. * diſt. xxj. in nouo

*2. Cor. 11.g*

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

tijs ad virtutes, de terra ad cęlos tranſmigrant. Mater ibi, cuius vterus thalamus fuit, de quo ſponſus proceſſit. Vocatus eſt autem Ieſus deſiderio præcedentium patrũ, & diſcipuli & miniſtri. In nuptiis vinum defecit: quia ſenſus legis per carnalẽ expoſitionẽ Phariſæorum à ſua priſca virtute cęperat deficere: ſed Chrs aquã in vinũ cõuertit, dũ q̃ carnalia videbanr, ſpũalia oſtendit: & ſuperficiẽ lrę, plenã virtute cęleſti videri fecit. Chrs.n. in propheris nondũ manifeſtatus, quaſi vinum in aqua latuit: ſed cũ aperuit eis ſenſum, vt intelligerẽt ſcripturas, ipſos vino inebriauit, & mentes a carne alienauit. Scripturæ ſunt lex & prophetæ & pſalmi: Hæ oẽs ſm literam aqua inſipida, ſm ſpiritũ vinũ ſunt. *Sex hydriæ ſex ætates.* Sex hydriæ, ſex ętates, quarum nulli defuit ꝓphetia. Incipit. n. ab exordio mũdi. Et eſt prima ętas ab Adam vſq; ad Noe. Scđa vſq; ad Abraham. Tertia vſq; ad Dauid. Quarta vſq; ad trãſmigrationẽ Babylonis. Quinta vſq; ad Ioãnẽ Baptiſtã. Sexta vſq; ad finẽ mundi. In his ergo ętatibus erant hydriæ .i. corda hoĩm receptiua ſcripturarũ Dei parata, ꝓpoſita in exẽplo viuẽdi & credẽdi. Lapideæ .i. fortia in Xp̃o lapide, ſm purificationẽ Iudæorũ .i. quia illi populo Iudæorũ lex data eſt, gr̃a p Xp̃m oĩbus facta eſt. Videamus q̃ in ſingulis ętatibus quaſi hydrijs aqua fuerit, & q̃uo in vinũ mutaſ. In prima Abel à fratre occidiſ: & hic pęnã, ille laudẽ accipit. In hoc ſi quis innocentiã Abel ſequiſ, & maliciã Cain fugit, aquã abluentẽ & reficientẽ bibit. Si vero in eodẽ Xp̃m a Iudæis occiſum intelligit, de aqua vinum bibit. ſic in al ijs oĩbus huius ætatis. In ſcđa, Noe in arca ꝑ iuſticiã ſaluatur, mũdus diluuio perit. Si qs hoc exẽplo a uitijs ſe corrigit, aquã ſalutarẽ bibit. Sed ſi in arca eccleſiã, q̃ cũcta aĩalia .i. oẽs gentes recipit in aqua baptiſmum intelligit, &c. hmõi: vinum bibit. In tertia Abrahã obediẽs ꝓ filio offert arietẽ. q hic diſcit obediẽtiã, bibit de tertia hydria aquã. Siqs in Iſaac deitatem, in ariete Xp̃i carnẽ intelligit, vinum bibit. In quarta, Dauid humilis regnat. Saul ſuperbus abijcitur. In hoc ſi qs diſcit humiliari, aquam bibit, ſi regnũ Xp̃i intelligit, vinũ bibit. In quinta peccãs popul⁹ captiuaſ, poſt reducitur. hinc ſi quis diſcit pnĩa corrigi, aquã bibit. Si quis de captiuitate peccati populũ Dei per Ieſum liberari intelligit, vinũ bibit. In ſexta Chriſtus circunciditur, offertur. In quo ſi quis diſcit ſuis ſacramẽtis ſubijci, ſicut Chriſtus, ille aquam bibit. Si in uera octaua depoſitionem totius mortalitatis & ad intrationem Deum intelligit, uinum bibit.

*a Binas vel.* Aug. Aeſtimantis eſt hoc dicere, ut ipſas diceret binas quas & ternas. Sunt ergo duæ menſuræ in ſcripturis, dum pater filius nominatur: ſpiritus, qui neceſſario eſt communis patri & filio intelligitur. ut, Omnia in ſapientia feciſti dñe .i. in filio. &: Ego & pater unũ ſumus. Ternę, dum nominato ſpiritu trinitas manifeſtius intelligitur. ut; Verbo dñi cæli firmati ſunt, & ſpũ oris eius &c. Et, baptizantes eos noĩe patris & filij & ſpũſſancti. Aliter. Binę uel ternæ menſuræ ſunt oẽs gentes ad quas pertinẽt ſcripturæ. Binæ propter præputiũ & circunciſionem. Ipſæ etiam trinæ, a tribus filiis Noe diſſeminatæ.

*b Et im.* Quòd iuſſu eius impletæ ſunt hydriæ, ſignificat ꝙ & illa ſcriptura a Domino eſt: ſed dum in ea ſub uelamine .i. ad opertione literæ latet Chriſtus, ſapit aquam inſipidam. Cũ aũt auferetur uelamen, eſt uinũ inebrians. Potuit quidẽ vacuas implere uino, qui cũcta creat ex nihilo: ſed maluit de aqua vinum facere, ut doceret ſe non ſoluere legem, ſed implere, nec in euangelio alia facere uel docere q̃ quæ prophetia prædixit.

*c Vt au.g.* Triclinium .i. tres ordines diſcumbentium, altitudine diſtãtes inter ſe .i. doctores, continentes, coniugati. Architriclinus aliquis legiſperitus, qui bibit ſpiritualem ſenſum legis. Vnde ſpiritualem ſenſum ſcripturis aperire diſcipulis, eſt aquam in uinum conuertere. ut quando poſt reſurrectionem aperuit illis ſenſum, ut intelligerent ſcripturas.

*d Aquam vi.fa.* Per aquam baptiſmus Ioannis, per uinum paſſio Chriſti. unde & uinum prius fertur architriclino .i. Ioanni, qui ante bibit paſſionem, quam Chriſtus.

*Hoc fecit.*

a ¶Eſt nomen ſexus. b ¶Id eſt opportunitas oſtendendi naturam quam ex te habeo, ſed oſtenſa diuina per miracula oſtendetur & humana natura per paſſionem.

mulier? Nondum venit hora mea.

¶Etſi videtur negare filius, ſcit mater pietatem eius: & ideo fiducialiter imperat miniſtris:

Dicit mater eius miniſtris: Quodcunque dixerit uobis, facite. Erant

¶Vaſa aquaria, ab hydor.

autem ibi lapideæ hydriæ ſex poſitæ ſecundum purificationẽ Iudęorũ,

¶Metron Græcè, Latinè menſura dicitur.

capientes ſingulæ metretas binas vel ternas. Dicit eis Ieſus: Implete hy-

a ¶Quia nullum tempus fuit à ſalutari doctrina vacuum.

drias aqua. Et impleuerunt eas vſque ad ſummum. Et dicit eis Ieſus: Haurite nunc, & ferte architriclino:

a ¶Princeps triclinij. Eſt enim in medium ſpacium domus à parietibus vbi ſedebant conuiuantes.

et tulerunt. Vt autẽ guſtauit Architri

a ¶Vt Paulus prius neſciuit ſpiritum in litera.

clinus aquam uinũ † factã, et nõn ſcie

¶Vt Iſaias & cæteri.

bat vnde eſſet: miniſtri autẽ ſciebant

*luit ꝙ in hoc non tenebatur ei obedire: quia in natura diuina nihil habuit à matre: nec per conſequens cum ea aliquod eſſe commune. ideo dicit.* Quid mihi & tibi eſt mulier? *q.d. virtutem faciendi miracula à te non habeo. Sed quia humanitatem in qua paſſus eſt, traxit à matre, ideo addidit.*

a Nondũ uenit hora mea. *i. tempus patiẽdi in natura, quam habeo a te, & tunc te recognoſcam, & tibi condeſcendam. vnde & tunc eam te commendauit Ioanni, vt habetur, infr. xix. e. Secundum Chryſ. aliter exponitur, quia ſecundum ipſum beata virgo ex pietate mota voluit præoccupare tempus debitum faciendi miraculum. Illud. n. miraculum inter miracula Chriſti erat primum, & ad confirmationem diſcipulorum, vt dicitur infra eo. b. & ideo debuit eſſe notum ibidem exiſtentibus, & gratum ipſis conuiuantibus. Hoc autem maius fuit eo ꝙ factum eſt poſt vini totalem defectũ, quàm ſi anteà fuiſſet factum. Et quia mater Ieſu voluit præuenire totalem defectum, vt prædictum eſt: ideo dixit illi Ieſus:* Quid mi. & ti. eſt. *q.d. ſcire tempus aptum ad miracula facienda non eſt mihi & tibi commune, ſed mihi ſoli conuenit. propter quod ſubdit:* Nõdũ ve. ho. mea. *i. tempus conueniens ad faciẽdum miraculum mihi ſoli notum. Ex hoc autem ꝙ dicitur, hora mea, dicunt quidam hæretici dicti Priſcillianiſtæ, ꝙ facta Chriſti & aliorum hominum ſubiacent fato ſiderum. Sed hoc eſt falſum, non ſolum de Chriſto, ſed etiam de omni homine. quia virtus intellectualis non eſt alligata organo corporali: & ideo nõ eſt ſubiecta cuicumq; actioni corporali. propter quod influxus ſiderum non pertingit directe ad ipſum ſed tantummodo indirecte: inquantum impreſſio facta in appetitu ſenſitiuo redundat quodammodo ad appetitum intellectiuum, vt dicitur iij. de anima. Sed hoc non eſt per modum neceſſitatis: quia homo per appetitum intellectiuum poteſt moueri ad contrarium. propter quod Ptolemęus qui fuit maximus aſtrologus, dicit in centiloquio: Sapiens dominabitur aſtr. quia non ſequitur appetitum ſenſualitatis, ſed dictamen rectæ rationis. & ideo exponendum eſt:* Nondum ue. ho. *i. hora conueniens faciendi miracula a me ſolo cognita. Et huic conſonat litera ſequens: quia mater Ieſu ex eius reſponſione non oſtendit petitionem ſuam repulſam, ſed conuenienter dilatam. vnde ſequitur,*

b Dicit mater eius, *qui ſeruiebant in nuptijs.*

c Quodcumq; di. *expectans hora conuenienti à filio ſuo cognita, impletionem petitionis ſuæ.*

d Erant au. *Hic conſequente ponitur miraculi perpetratio. Et deſcribitur veritas miraculi ex pluribus conditionibus. Primò ex parte vaſorũ, cum dicitur:* Erant au. ibi la. hy. *Ex traditione enim ſeniorum Iudæi vaſa frequenter lauabant & purificabant, ſecundum ꝙ dicitur Mar. vij. a. Et ideo ad hoc faciendum erant ibi poſitæ illæ hydriæ: quia erant vaſa ad reponendum aquam pro huiuſmodi purificatione facienda. Et ex hoc miraculum fuit euidentius, quia ſi fuiſſet aqua conuerſa in vinum in vaſis vinarijs, poſſet credi quòd illud vinum præextitiſſet ibidem.*

e Capientes ſing. *Metreta quædam menſura eſt, cõtinens decem ſextarios, vt dicit Iſid. Sed cuius quantitatis erat ſextarius, non eſt certum: qa non eſt eiuſdem quantitatis in diuerſis terris. In eadem etiam terra variatur in diuerſis villis. Iſido. tamen dicit, quòd ſextarius continet duas libras tantum. & ſecundum hoc eſt valde paruus.*

f Dicit eis. *id eſt miniſtris.*

g Implete &c. *quia aliquid de aqua ibi prius poſita aſſumpſerant ad purificationem vaſorum: ideo iuſſit Ieſus ſuppleri quod fuerat amotum. vnde ſubditur:*

h Et imple. *Per hoc etiam fuit miraculum euidentius, ꝙ aqua appoſita fuit de nouo, & per miniſtros, qui ſciebant totalem defectum vini: quia cum impletæ fuiſſent, aqua conuerſa eſt in vinum virtute diuina.*

i Et di. *Hic conſequenter ponitur miraculi facti approbatio. Voluit. n. Chriſtus, quòd ille qui principalior erat inter conuiuas, primò de vino illo guſtaret, vt ex commendatione illius miraculum notius fieret. propter quod dicitur:*

k Et fer. ar. *Dicitur enim architriclinus, ab archos, quod eſt princeps, et triclinium, quod eſt locus ubi homines ſedent in conuiuio: quia antiquitus comedebant ſedentes in lectis. propter hoc in ſcriptura dicuntur comedentes accumbere vel recumbere. Locus. n. vbi ſiebant ordines lectorum ad ſedendum, vocatur hic triclinium: & ideo architriclinus non eſt nomen proprium, ſed ſignificat illum, qui principaliter inter conuiuas ſedebat. Et probabile eſt, ꝙ fuerit aliquis ſacerdos illius temporis, qui ſtabat in nuptijs ad benedicendum, & ad oſtendendum qualiter debebat procedere ſecundum legem & ſtatuta ſeniorum. Sequitur:*

l Vt autem guſtauit &c. *u. f. id eſt mutatam in vinum.*

m Et non ſciebat &c. *id eſt per virtutem Chriſti.*

n Miniſtri autem ſciebant qui hauſerant: *ad ſupplendum vini defectum ex præcepto Chriſti.*

¶ Vocat

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ *rit, mirum videtur ꝙ ſic extraneè matri ſuæ reſpõdit. ideo dicit Aug. ꝙ facere miracula ei competebat ſecundum diuinam naturam, quam à matre non habuit: ideo prædicto modo reſpondendo matri oſtendere voluit*



a *Hoc fecit.* Hiero. In initio ſignorum, quæ mortalis mortalibus erat daturus, aquam vertit in uinum, ſicut iam immortalis diſcipulis aperuit ſenſum, vt in lege & prophetis intelligerent Chriſtum, ita carnales mentes prius ſapore ſapientię imbuit, poſtea reſuſcitatos maiori gloria completurus,

*b Poſt hæc.* Poſt initium ſignorum de vino, ſubdit aliud iudicium diuinæ maieſtatis in eiectione vendentium de templo Typice: Filius Dei ut humilis, deſcendit Capharnaum .i. in mundum, ſecundum quod habet matrem & fratres.

*c Et prope erat Paſcha.* Paſcha agimus dum a uitijs ad virtutes trãſimus. Ad hoc Ieſus venit, dum eccleſiam quotidie viſitat, & actus cuiuſq; conſiderat, & eos eijcit, qui inter ſanctos, uel ficte bona, uel aperte mala faciunt. Per boues qui arant, prædicatores doctrinæ cæleſtis ſignificantur, hos vendunt qui non amore Dei, ſed pro quęſitu temporali prædicant. Oues innocentes ſua uellera ueſtiendi præbent. per has ſignantur opera mũdiciæ & pietatis, quæ venduntur, dum pro humana laude geruntur. Spiritus ut columba apparuit, unde per columbam ſpũs accipiſ, quã vendũt Symoniaci. Nũmos dãt mutuo ĩ eccleſia, q nõ ſimulate cæleſtib. ſed apte terrenis ſeruiunt. Hi oẽs eiiciuntur de parte ſortis ſctõrũ, q vel ficte bona, vel aperte mala faciunt, & funiculis pctõrũ mõ flagellantur ad correctionẽ, qui ſi incorrecti ꝑmanſerint, in fine ligabũt. Oues quoq; & boues eiicit, qa taliũ vitam & doctrinam oſtendit reprobam. Et mẽſas ſubuertit, quia in fine ipſæ res quas dilexerunt, deſtruuntur

*d Et aſc.* Si ipſe qui dedit decreta Dei cuſtodit, docet quanta cura hominibus debet eſſe, vacare orationibus & Dei ſolẽnitatib. Bis legiſ ad paſcha aſcẽdiſſe. Semel prio anno p̃dicatiõis, nõdũ ĩcarcerato Iohãne, vñ hic agiſ. Scđo cũ ad paſſionẽ iret, & ĩ utroq; vẽdẽtes eiecit de templo

*e Et in.intẽ.* Sic in figurali templo quod eſt domus orõnis, ꝓhibet negotiationẽ q̃ honeſta putat, cũ ſit de his q̃ in templo offerũſ, q̃to magis prohibet portationes & cætera grauiora?

*f De funicu.* Funiculi quibus eiiciũtur ſunt incremẽta actionũ malarũ. vñ Iſa. Væ q trahitis iniquitatẽ in funiculis vanitatis. Et Salomon, Funiculis pctõrũ ſuorum quiſq; conſtringitur,

*Qui columbas*

a ¶Carnalis a veris ad falſ deſcendit.

qui hauſerant aquam, uocat ſponſum Arhitriclinus, & dicit ei: Omnis homo † primum bonum uinum po

a ¶Mundane prudentia prius docet homines blanda, deinde ſubdit inutilia & inhoneſta.

nit: & cum inebriati fuerint, tunc id, quod deterius eſt: Tu autem ſer-

a ¶Quia & olim bonum, & ſi in figuris quaſi in aqua occultum, nunc vero in euangelio manifeſtum.

uaſti bonum uinum uſque † adhuc. Hoc fecit initium ſignorum Ieſus in Chana Galilęæ, & manifeſtauit

¶Latentem deitatem.

glóriã ſuã: & crediderũt in eum diſci-

a ¶Villa pulcherrima, vel ager conſolationis.

puli eius. † Poſt hæc deſcẽdit Căpharnaũ ipſe & mater eius & frãtres eius

a ¶Cognati, magis fratres quam diſcipuli.

a ¶Qui non fratres.

& diſcipuli eius, & ibi manſerunt non multis diebus. Et prope erat

a ¶Docet nos ſeruare inſtituta illius eccleſiæ ad quam venimus, ſi non fuerit contra fidem.

Paſcha Iudæorum, & aſcẽdit Ieſus Ieroſolymã, † & inuenit in tem-

a ¶Vt in ſacrificiis offerentur. & erat auaricia ſacerdotum.

plo uendentes bóues & oues & co-

a ¶Ne deeſſent precia emptoribus.

lumbas, & nummularios ſedẽtes. Et

a ¶Qui peccata peccatis addit quaſi funem connectit quo flagelletur & ligetur.

cum feciſſet quaſi flágellum de funiculis, omnes eiecit de templo: o-

¶Eiecit.

ues quoque, & boues, & nummula-

*tinuando ad præcedentia.* Poſt h. *i. poſt mutationem aquæ in uinum prædictam.*

l Deſcendit C. *Illa enim ciuitas erat metropolis Galilææ: & illuc noluit venire, quia inceperat iam gloriam ſuam manifeſtare.*

m Ipſe & m. *quoniam Ioſeph mortuo Chriſtus comitabatur matrem ſuam ad impendendum ei debitum obſequium.*

n Et fra. e. *quia non eſſent filij Mariæ matris eius, vt dicit Heluidius Hæreticus, qui dicit eã fuiſſe cognitam a Ioſeph poſt Chriſti natiuitatem, & de ea filios genuiſſe, qui dicuntur hic fratres, quia ex eadem matre, licet nõ ex eodem patre. Sed hoc fuit improbatum Mat. 1. Propter quod alij dixerunt, quod fuerunt filij Ioſeph de alia vxore. Dicuntur tamen hic fratres Chriſti, eo quod Ioſeph putabatur pater eius. Sed hoc eſt falſum, quia cum Chriſtus matrem ſuam in cruce non commendauerit, niſi virgini, etiam cum iam in ætate proceſſerat, non eſt uerisimile, quod Ioſeph qui fuit aſſignatus a Deo præcipuus cuſtos eius, & in iuuentute virginis, non fuerit conſimiliter uirgo. imo cum ea uotum virginitatis emiſit, quia erat in cõſimili ꝓpoſito ſicut ipſa, prout diffuſius tractatur in iiij. ſententiarum, vbi agitur de cõiugio Mariæ & Ioſeph. De hoc etiã plenius dixi ſuper Lucam i. ca. Dicuntur igitur hic fratres Chriſti cognati eius, qa illi qui ſunt de eadem cognatione, in ſacra ſcriptura nominantur frequenter fratres. vnde Dixit Abraham ad Loth: Ne ſit iurgium inter me & te, fratres enim ſumus. tamen Loth erat nepos ipſius. & ſequitur.*

o Et ibi m. n. m. d. *quia imminebat tẽpus eundi in Ieruſalẽ, vt patebit parte ſequenti.*

p Et pro. e. *Poſita continuatione Hiſtoriæ, hic conſequenter ponitur occaſio prænunciãdi ſuã reſurrectionem futurã, quia aſcẽdens Ieruſalẽ eiecit de templo vendentes & emẽtes, quod uidebatur pertinere ad perſonã ſuꝑ populũ autoritatẽ habentẽ. & ideo huius autoritatis petierunt Iudæi ſignum, & hoc occaſio fuit prædicendi ſignum ſuæ reſurrectionis. & hoc eſt quod dicitur:* Et pro. er. p. Iu. *In tribus enim ſolennitatibus in anno tenebantur conuenire in Ieruſalem. ſ. in ſolemnitate Paſchæ, Pentecoſtes & tabernaculorum, vt habetur Exo. xxiij. b. Veruntamen de feſto tabernaculorum & Pentecoſtes aliquando diſpenſabatur cum illis, qui erant a remotis, non tamen de ſolennitate Paſchali. Chriſtus autem uſque ad paſſionem ſuam voluit legem obſeruare: & per conſequens in ſolemnitate Paſchali Ieruſalem aſcendere. & hoc eſt quod ſubditur:*

q Et aſc. Ie. Iero. *Ex hoc confutatur error Manichæi, qui dicit vetus Teſtamentum a diabolo eſſe datum, quia Chriſtus nullo modo obſeruaſſet ipſum.*

r Et inue. in tem. *Nomine templi non accipitur hic ipſa domus domini, in qua erat altare thymiamatis & candelabrum, nec atrium ſacerdotum, in quo erat altare holocauſtorum, ſed quoddam atrium, ubi homines orabant & doctores etiam docebant ibidem, & etiam ibi vendebantur ea, quæ in templo offerebantur: & hoc eſt quod dicitur:*

s Vendentes oues & bo. & co. *Et quia talia non poterant de longinquo adduci, ideo ſacerdotes cupiditate ducti ſtatuerant homines talia ibi vendentes, ut uenientes de longinquo non haberent excuſationem de oblationibus dimittendis. Aliqui etiam eorum non habebant pecuniam ideo ſacerdotes ſtatuerant ibi campſores, qui ſub cautione tradebant pecuniam, & cum hoc vltra ſortem aliqua munuſcula recipiebant, non tamen pecuniam, ne arguerentur manifeſte facere contra legem, Deute. xxiij. d. vbi dicitur: Non dabis fratri tuo ad vſuram pecuniam & cæ. & hoc eſt quod dicitur:*

t Et nummularios ſedentes, *quia hoc erat illicitum propter cupiditatem ſacerdotum, qui diuerſis adinuentionibus depauperabant populum, vt patet ex prædictis. Et quia fraus & tumultus ſolent annecti mercationi, quæ contrariantur orationi: ideo ſequitur:*

v Et cum feciſſet quaſi fla. &c. *Et patet litera vſque ibi:*

§ Recordati vero

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ a Vocat ſp. *quaſi ad arguendum eum. unde ſubditur,*

b Et dicit ei omnis homo: *prudenter agens;*

c Primum. *i. in principio.*

d Bonum ui. *i. apponit ipſis conuiuantibus, quia tunc ſenſus eſt uiuax, & poteſt diſcernere uini bonitatem & acceptare. non ſic autem poſt ebrietatem. ideo ſubditur,*

e Et cum ine. fue. tunc id quod de. *apponit ipſis conuiuantibus, quia tunc neſciunt diſcernere inter bonum & malum.*

f Tu au. ſer. bo. ui. uſque. *q.d. imprudenter feciſti contrarium. Iſte tamen ignoranter loquebatur, vt prædictum eſt.*

g Hoc fac. *Hic ponitur miraculi perpetrati concluſio, quia hoc miraculum primo a Chriſto factum eſt ad manifeſtandum ueritatem diuinitatis in eo latentem, & ad fidem aliorum confirmandum. & hoc eſt quod dicitur,* Hoc fecit initi. *quia iſtud fuit primum miraculum ab ipſo factum, vt plenius videbitur in fine huius ca.*

h Et mani. glo. ſu. *i. diuinitatis potentiam.*

i Et crediderunt in eum di. e. *quia aliqui de nouo crediderunt in eũ. & illi, qui prius crediderant, vt Andreas & alij, ut dictum eſt, per hoc in fide ſolidati fuerunt.*

k Poſt h. d. *Poſita immutatione naturæ coram diſcipulis, hic idem oſtẽditur coram turbis, non pro tunc facta, ſed quia prædicitur in poſterum fienda, ut uidebitur. Et diuiditur in duas, quia primo oſtẽditur propoſitũ ſcđo ex hoc ſequens fructus declaratur, ibi: Cũ aũt eſſet Ieroſolymis. Iſta immutatio naturæ eſt ſuſcitatio corporis ſui, quã hic prænunciat ſe facturũ in ſua reſurrectione. Et diuiditur in tres, quia primo ponitur huius denunciationis occaſio. ſecundo, ſubiungitur ipſa p̃nunciatio, ibi, Reſponderunt ergo. tertio, p̃nunciationis interp̃tatio, ibi. Dixerunt ergo. Prima in duas, quia primo continuat Hiſtoriam. ſecundo deſcendit ad propriam materiam, ibi: Et prope erat paſcha. In prima parte dicit ſic continuando*

## MORALITER.

※ diſt. xxi. in nouo. Et ideo ſi gaudent de apoſtolico honore, debent eis eſſe ſimiles in labore.

*p Et pro. er. pa.* Sequitur,

*r Et inue. in tẽ. uen. ou.* Per oues intelliguntur Hypocritæ, qui mentem lupinam habent ſub ouina pelle. Per boues qui ſunt laborioſi ſignificantur illi q̃ magnos labores ſuſtinẽt ꝓ principib. & prelatis, ut p hoc ꝓmoueanſ in eccleſia, licet iſufficiẽtes ſint, & indigni.



VNiVERSiDAD DE SALAMANCA GREDOS USAL.ES

*¶ i. omnem materiam uenditionis.*
riorum effudit † ęs, & menſas ſub-
*a ¶ Specialiter ſimoniaca damnatur hæreſis.*
uertit. Et his, qui columbas uendebant, dixit: Auferte iſta hinc, &
*a ¶ Gratiam ſpiritus prohibet vendi, quia gratia eſt. ¶ Hic aperte ſe filium Dei dicit.*
nōlite facere domum patris mei do-
*¶ Hoc uiſo.*
mum † negociationis. Recordati a
uero ſunt diſcipuli eius, quia ſcri-
*a ¶ Quia zelo domus Dei eiecit impios.*
b ptum eſt: † Zelus domus tuæ comedit me. b
*a ¶ Non audentes ſibi reſiſtere, quia uiderunt diuinum quid in facie eius irradiare.*
Reſponderunt ergo Iu- c
c dæi & dixerunt ei. † Quod ſignum d
oſtendis nobis, quia hæc facis? Re- e
*a ¶ Non imperat, ſed quaſi diceret: Vos ſoluetis.*
d ſpondit Ieſus, & dixit eis: † Soluite f
*¶ Scilicet in uirtute trinitatis.*
templum hoc, & in tribus diebus ex- g
*a ¶ Ego vt Deus cum patre.*
e citābo illud. Dixerunt ergo Iudæi: h
f Quadraginta & ſex annis ædifica-
g tum eſt templum hoc, & tu in tribus
diebus excitabis illud, Ille autem i
dicebat de templo corporis ſui.
Cum ergo † reſurrexiſſet a mortuis, k
recordati ſunt diſcipuli eius, quia

E a *Qui columbas.* Non ſolum vendentes columbas, ſed etiam alij domum Dei faciunt domum negotiationis. i. omnes, qui quærunt quæ ſua ſunt, non quæ Ieſu Chriſti.

1. Cor. 10. e — b *Zelus domus.* Bonus zelus eſt feruor animi, quo mens abiecto humano timore pro defenſione veritatis accenditur. Ab eo comeditur, qui quęlibet praua quæ viderit, corrigere ſatagit: ſi nequit, tolerat & gemit.

† Pecuniā minutulā. — c *Quod ſi. oſtendis nobis, quia hæc facis? Re* Quia ſignum quærunt, quare ſolita commercia de templo eiicit? & ait, Soluite Q hoc templum, ſignificat templum corporis, in quo nulla eſt macula, & merito hoc figurale purgo, qui illud ab hominibus morte ſolutum diuina potentia ſuſcitare queo.

† emporij, mercatus.

† Pſa. 68. b — d *Soluite tem.* Quod de proprio corpore, quod eſt templum Dei, dicit Ieſus, *Excitabo*, Iudæi non intellexerunt, licet ignorantes diuinitus reſpondent dicentes: *Quadraginta ſex an* quia non conuenit lapidi, ſed homini ſuſcitatio. Nam. lxvi. diebus corpus Chriſti, ut cuiuſlibet hominis in ventre matris organizatur, ſed deſtructum a Iudæis, a morte die tertio ſuſcitatur. Quod etiam dictum nec apoſtoli intellexerunt, donec die tertio ſuſcitatus eis apparuit. Sed quod intelligere nō poterant, patienter tolerabant quouſq; ſpirituſancto reuelante, reſurrexiſſe eum viderunt. Vnde exemplum accipimus, ut quod intelligimus, ſuperbiēdo ne amittamus: quodque intelligere ſubito non ualemus, vilipendentes ne deſpiciamus, ſed humiliter expectemus orantes ac exercentes mētes noſtras, donec intelligamus. Nā is ſermonum Dei & prophetarum

† Mat. 16. a, Marc. 8. b — † excitatus fuiſſet.

F mos eſt, vt quæ videntur in eis nobis aperta, clauſa latent, ne cito intellecta iactantiam generarent, & exercitio acquiſita, corrigendo delectarent. Nam carnali ſenſui clauduntur, ſpiritualiter autem laboranti & diligenter attendenti dantur, vt non margaritæ proijciendæ ſint ante porcos, ne conculcentur.

Matt. 7. a

e *Dixerunt er.* Carnales carnaliter ſapiebant, ille ſpiritualiter loquebatur. Quod euangeliſta nobis aperit, Ille autem dicebat de templo corporis ſui.

ἀνατολὴ δύσμη ἄρκτος μεσημβρία — f *Quadrag.* Anatoli Græce, oriens: dyſmi, occidens: arctos ſeptētrio: meſembria, meridies. Primæ literæ horum. iiij. nominum ideſt alpha, delta, item alpha, mi, continētur in nomine Adā, qui eſt orbis terrarum. & alpha ſignificat vnum, delta quatuor, item alpha, unum, mi xl. & ſunt ſimul. xlvi.

3. Reg. 6. d — g *Aedificatum.* Aug. Aedificatio Salomonis ſeptem annis pfecta eſt. reędificatio ſub Zorobabel impedientibus inimicis. xlvj. annis. Hic numerus cōuenit pfectioni dñici corpis, quia vt dicunt phyſici, tot dieb. forma humani corporis pficit. Hic numerus in literis adæ inuenitur, cuius nomen ex quatuor primis literis climatum conſtat. quæ literæ ſignificant Adam diſperſum per quatuor partes mundi in filijs ſuis. Hoc numero corpus Chriſti (quod eſt ex Adā, de quo dr̄: Soluite tēplū hoc, ſicut & illi dr̄: Terra es & in terrā ibis) in vtero matris ædificatur, vt ſignificet illū Adā, qui diſperſus erat, colligendū eſſe de illis quatuor partibus in vnum corpus Chriſti, quod eſt eccleſia. vñ dr̄ electos eſſe congregandos a quatuor uētis.

Eccl. 3. d, Gen. 3. d, ſecundū aliam literam.

*Cum autem*

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ a Recor. u. &c. q. *ſ. Pſ. lxviij. b. de Chriſto.*

b Zelus d. *Ex facto. n. Chriſti recordati ſunt ſcripturæ illius, et impletionis eius de Chriſto. Quæritur hic, quare non reſiſtebant ei, cum ipſi eſſent multi, & ipſe ſolus & parum adhuc reputatus? Dicendum, quod diuina virtus in illo facto operabatur, quæ apparebat in effectu cum volebat ſicut inferius. xviij. a. ſolo verbo proſtrauit eos, qui volebant eum capere. Corpus enim Chriſti erat inſtrumentum diuinitati coniunctum. & ideo ex oculis quidam fulgor exibat virtute diuina eos deterrens, ita quod reſiſtere non audebant. Sicut in paſſione, vox illa, quæ erat diuinitatis quodammodo inſtrumentum, proſtrauit magnam multitudinem armatorū. Solet etiam quæri ab aliquibus quomodo fecit flagellum de funiculis, quia non vendebantur ibi funiculi: ſed ſolum illa, quæ debebant in templo offerri. Et dicunt aliqui, quod ipſe Chriſtus vtebatur funiculo pro cingulo: & illum funiculum accepit de quo erat præcinctus, & ipſum duplicando fecit quaſi flagellū. Et quis hoc nō habeatur expreſſe in textu, tamen probabiliter pt credi. qa nō oīa ſcripta ſunt, vt dicitur ī fine huius euāgelij.* (Quæſtio. Quæſtio.)

G c Reſponderunt e. *Hic ponitur ſuæ reſurrectionis prænunciatio, quia occaſione huius facti petierunt ab eo ſignum ipſi Iudæi, dicentes:* (Infra. 14)

d Quod ſi. o. &c. q. h. f. *Quamuis enim factum eſſet bonum de ſe, tamen non pertinebat ad quemlibet hoc facere, ſed ſolum ad eum qui haberet autoritatem corrigendi exceſſus ſacerdotum. Quod non conueniebat alicui de communi populo, cum ſacerdotes eſſent in illo populo ſuperiores. Sed prophetæ mittebantur ad hoc ſpecialiter a Deo: & ideo petierunt ſignū miſſionis ſuæ, & ipſe dedit eis ſignum poteſtatis diuinæ in ſuſcitatione ſui corpis ppria virtute. & hoc eſt qd dicitur:*

e Reſpondit I. & di. &c. Sol. *Non eſt verbū inductiuū ad hoc faciēdū, cū fuerit ſimpliciter malū ex parte Iudæorum. ad malū aūt Chriſtus non poterat inducere, ſed eſt verbū denunciatiuū eius, qd erat p ipſos fiendum. q. d.* Soluite. t. h. *idem ſoluetis. quia in paſſione Chriſti anima fuit ſoluta a corpore, et ſanguis a carne, & continuitas membrorum in confixione clauorum & lanceæ.*

g Et in t. die. *Non dicit poſt tres dies, quia Chriſtus non fuit mortuus tribus diebus complete.*

h Dixerunt e. *Hic ponitur ſuæ prænunciationis interpretatio. Et diuiditur in duo quia primo ponitur interpretatio Iudæorū falſa. ſecundo, interpretatio euangeliſtæ ibi: Ille autem. Circa primum ſciēdum, q Iudæi petierant a Chriſto ſignum non ad credendum & venerandum, ſed magis ad deridendū & impugnādum: Quod patet ex hoc, q ſtatim impugnauerūt dictum ſuum. & iō non fuerunt digni, vt prædiceret eis reſurrectionem corporis ſui manifeſte, ſed occulte, vocans corpus ſuū tēplū. & ideo voluerunt arguere dictum ſuum per materiale templū. & hoc eſt quod dicitur:* Dixerunt er. I. Q. & ſex an. æ. &c. & tu in tr. di. ex. il. *Hoc dicunt deridendo: quaſi eſſet ei impoſſibile, multo plus deriſiſſent, ſi reſurrectionem corporis ſui prædixiſſet manifeſte. quia difficilius eſt reſuſcitare mortuum, quam ædificare tale templum. Sciendum etiam, quod non loquuntur hic de templo facto per Salomonem, quia illud fuit ædificatum in ſeptem annis, ut habetur iij. Reg. vi. d. Et præterea, quia fuit per Nabuchodonoſor deſtructum: Sed loquuntur de templo reædificato poſt captiuitatem Babylonicam. A primo enim anno Cyri regis Perſarum, in quo data eſt populo licentia redeundi, & templum reædificandi, uſque ad ſextum annum Darij, ſub quo conſummatum eſt illud templum, fluxerunt. xlvi. anni: quia Iudæi impediebantur a nationibus in circumitu eorum exiſtentibus in ædificatione templi. Iſte numerus patet per hoc q Syrus regnauit. xxx. annis. Cambyſes filius eius poſt eum. x. quia non computatur tempus, quo regnauit cum patre. Poſt eum regnauerūt ſucceſſiue duo magi, ſed tempus eorū dimittitur, quia regnauerunt tantū ſeptem mēſibus. quibus ſucceſſit Darius, in cuius ſexto anno conſummatum eſt templi opus. Et ideo de iſto templo loquebantur, quia illud ſtabat in eorū præſentia: & illud oſtendebatur, ut patet in litera. Hæc aūt xlvi. annorū acceptio accipitur ſcd̄m expoſitores Latinos & Græcos. ſecundum Hebræos oportet aliter accipere, ſicut dixi in principio libri Eſdr. & ix. ca. Dan. Tamen de verificatione huius dicti: Quadraginta & ſex annis ædificatum eſt templum hoc, non eſt multum curandum. quia non eſt verbum Chriſti, nec euangeliſtæ, niſi tantum referendo, ſed eſt verbum Iudæorum deridendo Chriſtum, vt dictum eſt, contra quem multa falſa dixerunt, ut infra refert euangeliſta.* (Diuiſio. Mat. 26. H. 4. Reg. 24.)

i Ille a. *Hic ponitur interpretatio vera, quia loquebatur de corpore ſuo nomine templi. quia humanitas Chriſti erat ſpiritualis habitaculum ipſius Dei. & hoc eſt quod dicit euangeliſta,* Ille au. di. *Hanc autem interpretationem non cognouerunt tunc apoſtoli: Quod patet ex hoc, quod poſtea Petrus audiens ab eo eius paſſionem futuram, voluit eam impedire, Sed poſt reſurrectionem Chriſti hanc intellexerunt interpretationem quando aperuit illis ſenſum, vt intelligerent ſcripturas. Et hoc eſt quod dicitur,* (Mat. 16. Luc. ult.)

k Cum ergo reſurrexiſſet. *ſ. intelligendo de corpore ſuo.*

¶ Et credide-

## MORALITER.

✠ Per vendentes colūbas ſimoniace promoti. Oēs iſtos eiecit de tēplo Chriſtus, ſignās q ſunt excluſi de tēplo gloriæ ſancto Dei.

f *Soluite tē. h.* Quod intelligitur literaliter de ſolutione corporis Chriſti per mortē, vt dicitur in litera. Per quod ſignificatum fuit, quod Iudæi poſt aſcenſionem Chriſti conarentur ſoluere corpus eius myſticum, ſed in tribus diebus fuit ſuſcitatum, Per quos dies ſignificantur doctrinæ, miracula, & exempla vitæ in apoſtolis, aliiſque diſcipulis per hæc eccleſiam illuminantibus, ſicut ſol & luna.

✠ *Ipſe autem*



*a ¶ Corpus ſuum morte ſoluendum & a ſe ſuſcitandum.*
*b ¶ Prophetarum, qui dixerunt Chriſtum tertia die reſurrecturum.*
hōc dicebat, & crediderunt ſcriptu- a
*¶ Hunc ſ Soluite templum hoc.*
a ræ, & ſermoni, quē dixit Ieſus. Cum b c
autem eſſet Ieroſolymis in Paſcha in
die feſto, multi crediderunt in nomi d
*¶ Cui? ¶ propter ſigna.*
ne eius uidētes ſigna eius, quæ facie- e
*a ¶ Non quod eſſent aliquid facturi nolenti, qui habet poteſtatem ponendi animam ſuam &c. ſed quia occulta in eis nouit, & ſciebat eos non firmiter credere.*
bat. Ipſe autem Ieſus non credebat ſe f
*¶ Cui? ¶ Vt Deus.*
metipſum eis: eo quod ipſe noſſet g
*a ¶ Ita poſſet vt a nullo quicquam acciperet, cum ſciret de homine quod non ipſe homo de ſe.*
oēs, & quia ōpus ei nō erat, ut quis te h
ſtimoniū perhiberet de homine. Ipſe i k
enim ſciebat quid eſſet in homine.

A a *Cum autem.* Conuentus adibat, vt verbis & ſignis plures conuerteret. Et quia aliqui ſolis ſignis moti credebant in eū. vere quidem. ſed tamen ita, v poſſent poſtea in paſſione eius ſcandalizari, & quia nondum erant renati ex aqua & ſpiritu, non erant digni, quibus ſe crederet Ieſus & familiariter cohabitaret. Sciebat enim, quid eſſet in illis, melius quā ipſe homo de ſe. Hæc fides cōuenit cathecumenis, qui credunt in eum, ſed quia non ſunt renati, non creditur eis communio corporis & ſanguinis Chriſti. De ta ibus erat Nicodemus, qui credēs dicit eū a Deo veniſſe, propter ſigna, quæ viderat, ſed nondum renatus erat. & ideo nocte venit, non die, quia nondum illuminatus cæleſti umine.

## NIC. DE LYRA.

¶ a Et crediderunt ſcri. *ſ. prophetarum loquentium de Chriſti reſurrectione futura tertia die, Oſeæ. vi. a. Viuificabit nos poſt duos dies, & in die tertia ſuſcitabit nos. hoc dixit propheta, quia reſurrectio Chriſti fuit cauſa reſurrectionis noſtræ. & Ionæ. ij. dicitur, quia Ionas fuit tribus diebus & tribus noctibus in ventre ceti, in figura ipſius Chriſti.*

q Et ſermoni quem &c. *quia tunc perceperunt impletionem verbi illius.*

c Cum autem eſſet. *Hic vltimo ponitur fructus denunciationis & prædicationis Chriſti, quia Chriſtus exiſtens Ieroſolymis in feſto paſchali populum docuit, & multa miracula fecit ad confirmationem ſuæ doctrinæ, ex quibus multi fuerunt moti ad credendum, & hoc eſt quod dicitur,* Cum autem eſſet &c. *Non accipitur hic dies pro vna die naturali uel artificiali tantum. ſed pro toto tempore ſolennitatis Paſchæ, quæ durabat per ſeptem dies continuos.*

d Multi credi. &c. *credentes, quod ipſe eſſet vere Chriſtus:*

e Videntes ſigna. &c. *Sicut enim ſufficienter oſtenditur veritas ſubiacens facultati naturali intellectus, quando reducitur ad prima principia*
B *per ſe nota, ita veritas excedens facultatem intellectus, qualis erat iſta, quando confirmatur per opera diuina, quia certum eſt, quod Deus non poteſt eſſe teſtis falſitatis. Et ideo, quando ad confirmationem alicuius doctrinæ inducitur opus diuinum, ſufficienter oſtenditur, quod dictum eſt in illa eſſe verum. Veruntamen quia in illis credentibus aliqui erant adhuc imperfecti, & aliqui iungebantur eis, qui erant tantummodo ficti, ideo Chriſtus adhuc non reuelabat eis altiora myſteria catholicæ fidei: quia ficti indigni erant audire, & imperfecti adhuc non poterant capere, propter quod etiam ipſis apoſtolis dixit Ieſus: Multa habeo vobis dicere, ſed non poteſtis portare modo. & hoc eſt quod dicitur:* (Infra 16. c)

f Ipſe au. Ie. non. &c. *altiora myſteria ſcilicet fidei reuelando. & ſubditur ca.*

g Eo quod ipſe n. &c. *ſ. iſtorum imperfectionem & illorum fictionem. Modus, per quem cognoſcebat, hic ſubditur:*

h Et quia op. *i. neceſſe.*

i Vt quis te. per. de. h. *i. vt mentem & ſtatum cuiuſlibet hominis cognoſceret per informationem alterius, quia hoc ſciebat perfecte per ſemetipſum. propter hoc ſequitur:*

k Ipſe enim &c. in. h. *i. in mente & ſtatu cuiuſlibet hominis: & ex hoc euangeliſta oſtendit ipſum eſſe Deum, cuius proprium eſt ſcire ſecreta cordium. Ad maiorem euidentiam prædictorum quæritur, utrum conuerſio aquæ in vinum de qua dictum eſt, fuerit Chriſti primum miraculum. Et arguitur primo quod non, quia Chriſtus fecit miracula ad inducendum homines ad fidem, ut iam dictum eſt. ſed ante illas nuptias aliqui ei credebant, & aliqui, ſicut diſcipuli, ei adhærebant, quia ſicut dictum eſt: Vocatus eſt Ieſus & diſcipuli eius ad nuptias, ergo videtur q ab eo aliqua miracula uiderant. Item illud miraculum fecit Chriſtus exiſtens. xxx. annorum, quia poſt baptiſmum ſuum fecit illud, ut patet ex prædictis. Ipſe autem erat incipiens triceſimum annum quando baptizatus eſt, ut habetur Lu. iij. e. Sed in libro de infantia ſaluatoris ſcribuntur multa miracula, quæ fecit in pueritia. ergo &c. Contra hoc eſt illud, quod dictum eſt in litera. Hoc initium ſignorum fecit Ieſus &c. Reſponſio, non eſt quæſtio de Chriſti poteſtate in operibus miraculoſis, quia ſuam poteſtatem a principio habuit, ſed quæritur de tempore, quo uſus eſt poteſtate in natura aſſumpta, quæ erat organum diuinitatis, etiam in miraculis faciendis. unde & ad tactum manus eius ſanabantur infirmi, curabantur leproſi, illuminabantur cæci, & ad vocem eius ſuſcitabantur mortui: ſic patet quod quæſtio eſt de facto. Propter quod ſunt hic duo uidenda. Primo quid ſit circa hoc factum. Secundo quæ circa hoc cōuenientia ſunt. Circa primum dixerunt aliqui, q conuerſio aquæ in vinum, non fuit primum miraculum Chriſti abſolute, quia plura alia ante fecerat: ſed fuerat primum, quantum ad illa miracula, quæ fecit Chriſtus in conſpectu diſcipulorum ſuorum. propter hoc ſignanter non dicit euangelium: Hoc fecit initium ſignorum Ieſus tantum, ſed addidit, in Chana Galilææ. & manifeſtauit gloriam ſuam: & crediderunt in eum diſcipuli eius. quaſi diceret. Alibi alia ſigna fecit. Sed hoc eſt contra veritatem euangelij, quia ſupra dixerat euangeliſta, quod Chriſtus adhuc erat incognitus non ſolum ipſi populo, ſed Iohanni præcurſori eius. unde Iohannes baptiſta de Chriſto loquens dixit: Et ego neſciebam eum. ſ. ante baptiſmum, ut ſupra dictum eſt. Similiter loquens Iudæis dixit, Medius autem veſtrum ſtetit, quem vos neſcitis. Si autem aliqua miracula feciſſet, non fuiſſet ſic incognitus, & maxime ſuo præcurſori, quia ad ipſum manifeſtandum natus erat, vt dicitur Luc. 1. b. imo nec etiam præcurſore indiguiſſet, quia eius miracula ſufficienter manifeſtaſſent eum. & ideo dicere, q fecerat miracula ante baptiſmum, eſt expreſſe contra euangelium. Poſt baptiſmum uero primum fuit prædicta conuerſio aquæ in uinum, & per conſequens fuit miraculum eius ſimpliciter primum. Circa ſecundum ſciendum, quod miracula Chriſti ordinabantur ad duo. ſ. ad manifeſtationem ſuæ diuinitatis, & ad confirmationem ſuæ doctrinæ, per quam homines ad fidem adducebantur, & quantum ad vtrumque fuit cōueniens differre operationem miraculorum vſque poſt baptiſmum. Hoc primo declaratur inquantum miracula erāt doctrinæ ſuæ confirmatiua. Quia confirmatio doctrinæ non præcedit actum docendi, ſed magis ſequitur. Ad prædicationem autem & doctrinam requiritur ætas perfecta, ſaltem de congruitate, de qua agitur, perfecta ætas eſt. xxx. annorum propter quod Ioſeph ſuſcepit regimen Aegypti in ætate tali, vt habetur Gen. xli. ſ. Similiter Dauid erat. xxx. annorum cum regnare cœpit, ut habetur. ij. Reg. v. a. & Ezechiel in xxx. anno incœpit prophetizare, vt habetur Ezech. 1. c. Et ideo conueniens fuit, quod Chriſtus ante. xxx. annum non doceret, & per conſequens nec miracula ſuæ doctrinæ cōfirmatiua faceret. Secundo idem oſtenditur inquantū miracula erāt ſuæ diuinitatis manifeſtatiua. Paris. n. periculi eſt, ſi negetur in Chriſto vera humanitas, ſicut ſi negetur ſua diuinitas, & iō debuit ſic diuinitas manifeſtari, vt uera humanitatis cognitio nō impediretur, & iō nō fuit conueniēs ipſū ante ætatē pfectā miracula facere, ne eius incarnatio phantaſtica crederetur. Ad primum dicendum, quod illi diſcipuli, qui adhæſerunt ei ante miracula, ipſi adhæſerunt ex Iohannis teſtimonio inchoatiue, & doctrina Chriſti conſummatiue, ut patet ex prædictis. vnde & ad laudem diſcipulorum hoc pertinet, quod Chriſtum ſequuti ſunt, antequam audiſſent eum miracula facientem, ſcd̄m quod dicit Gre. homelia v. Ad ſecundum dicendum quod liber de infantia Saluatoris reprobatus eſt tanquam ab hæreticis confictus, vt patet in decreto Gelaſii papæ. & ideo non eſt ei fides adhibenda.* (Quæſtio. C. Supra 1. d. Miracula Chriſti ad duo ſunt ordinata. D)

## MORALITER.

✠ f *Ipſe autem Ie.* i. non reuelabat eis altiora myſteria ſecundum ſenſum literalē, quia aliqui erant imperfecti non potentes ea capere, & aliqui ficti quærentes ea deridere. Et in hoc inſtruxit prædicatores euangelii, vt non prædicent ſimplicibus alta, ſed groſſa & capibilia, quia ſunt nutriendi lacte, & non ſolido cibo, Nec fictis, fidei ſecreta myſteria, ne derideant ipſa, propter quod dicit ſaluator, Nolite ſanctum dare canibus, neque mittatis margaritas ante porcos, ne forte conculcent eas pedibus ſuis. (Matt. 7. a)

In ca. ij. vbi dicitur in poſtil. Tamen probabiliter poteſt concedi, quia non omnia ſcripta ſunt.

### ADDITIO I.

*Probabilius videtur concedendum, quod Chriſtus non funiculo cingebatur, ſicut illi, qui auſteram uitam ducunt, ſed ſimplici cingulo, quo homines vtuntur communiter. Nam vt Chry. dicit ſuper Mat. Nil plus Chriſtus oſtendit præter miſericordiam & iuſticiam. Chriſtus autem a miraculis teſtimonium habebat. dimittens ergo Iohanni ieiunio fulgere, ipſe contraria inceſſit via, ad menſam intrans publicanorum, & māducans & bibens. Hæc ille. Et idem dicendum eſt de his, quæ pertinent ad veſtitum. prout ſanctus Thom. in iij. parte. q. xl. articu. ij. in reſponſione primi ar. Quærere autem quomodo in templo erant funiculi, cum ibi non vendebantur, niſi ea, quæ debebant offerri, eſt valde irrationabile, Tum quia multa inueniuntur in templis, quæ non ibi conſueuerunt vendi, Tum quia veriſimile eſt, quod tauri & animalia magna, quæ ibi offerebantur, portabantur ligata funiculis.*

### REPLICA.

In ca. 2. vbi dicitur, quod Ieſus fecit flagellum quaſi de funiculis. dicit poſtil. quod probabiliter poteſt credi, quod Chriſtus cingebatur funiculo, quem duplicando fecit quaſi flagellum. Burgen. dicit, quod probabilius ſit oppoſitum, videlicet, quod cinctus ſit ſicut homines communiter. Allegat ad id Chry. dicentem, Quod Chriſtus nihil oſtendit præter miſericordiam & iuſticiā, dimittēs Iohanni ieiunio fulgere, ipſe cōtraria inceſſit uia ad mēſam intrās publicanorū manducans & bibens. Et ita dicit Burgen. dicendum eſt de veſtitu Chriſti, quod ſe non habuit ſicut hic auſteram uitam ducentes. Sed ſalua reuerentia Chryſ. Chriſtus in ieiunio tantam



VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

A auſteritatem oſtendit, quod potius fuit in ea admirabilis quã imitabilis etiam a Iohanne, qui nunq̃.xl. continuis dieb. & noctib. ieiunauit vt Chriſtus q̃ ſi aliqñ cũ pctõrib. & publicanis manducauit. non ex hoc viam oppoſitã tenuit, q̃nimmo maiori pfectione hmõi actus exercuit, q̃ Iohannes ieiunauit. Opera enim condeſcenſionis & imperfectionis, quæ patent in fuga & loculis, & huiuſmodi conuerſatione cũ pctõrib. in Chriſto nullã arguũt impfectionẽ. Nõ eſt igitur proprie dictũ, Chriſtũ inceſſiſſe contraria via pfectioni, uel via contraria ad virtutẽ q̃cũque pertinente. Nec videtur proprie dictum, quod Chriſtus nihil oſtendit, niſi miſericordiam & iuſticiam. Si ciam. Si vult excludere opera ſupererogationis & auſteritatis, falſum eſt. Infirmis enim condeſcendere, & opera imperfecta ex maxima perfectione facere pro loco tempore & opportunitate, non eſt via contraria incedere. Nec neceſſarium eſt dicere Chriſtum funiculos de ligatura boum pro flagellis faciendis recepiſſe, ut uult Burg. Sicut enim boues per funes ducuntur, ita per flagella ire cõpelluntur, quapropter ita cito Chriſtus inueniſſet ducẽtium flagella, ſicut funiculos. Tantum uidetur Burg. odium contra poſtil. habuiſſe, quod non potuit pacifice loqui, ſed videtur frequenter occaſiones quæſiſſe ad ſenſum literalem modicum pertinentes. C

## GLOS. ORDIN. CAP. III.

a Erat autem homo &c. Hic erat vnus ex his, qui per ſigna crediderant.

b Nico.n. Nicodemus, victoria populi, uel uictor populi, geſtans figurã oĩm q ex Iudaico populo in Chriſtum credentes p fidẽ vincũt mũdũ Nicodemus, vel eſt figura cathecumenorũ q fidẽ hñt, ſed nondũ baptizati, qui in quadam nocte ſacramẽtorum accedũt. Vel eſt forma eorũ q pfecte credunt, ſed lucem perfectorum operum nõdum habẽt timẽtes carnalium cogitationũ, vel actionum. vel infifideliũ Iudæorum impetũ, fide ſola, colloquio Chriſti feruẽtes, bonorũ operũ fiduciã nõ hñtes.

c Hic ue. &c. Nox ſignificat literã legis, vel ignorantiam cordis, vel timorẽ. Et nocte ideo forſitã uenit, qa magiſter in Iſrael palã diſcere erubeſceret, vel pro metu Iudæorum. Hic qa prudenter aperta ſigna notauit, plenius myſteria fidei reqrit, & iõ meruit doceri de deitate Chriſti & ipſius vtraque natiuitate, de paſſione, de reſurrectione & aſcenſione, de ſecũda generatione, & ingreſſu regni cęlorum, & de aliis pluribus. Reſpondit Ie.

† magiſter nominatiuus eſt.

d Amen amen di. Non interroganti ſecũdã natiuitatem exponit, ne credat

B Nicodemus ſolam fidem, quapropter viſa ſigna crediderat ĩ Ieſum ſufficere ad ſalutẽ abſq; ſpũalis regenerõnis virtute, & abſq; ſacramẽtis. Etiã qa hoĩem purũ ĩtelligebat eũ Nicodemus vt Iohãnẽ baptiſtã, vel quẽlibet ex prophetis, iõ ĩcæpit eũ ĩſtruere Ieſus de ſcđa regeneratione, qua intelligit eũ filiũ Dei, & ſe poſſe filiũ Dei fieri. Aug. Secunda natiuitas de qua docet Ieſus, ſpũalis eſt, quæ eſt ex Deo & eccleſia ad vitã ſed ille ſolã carnalẽ ſapit, quæ eſt ex Adam & Eua ad mortẽ. Sed ſicut carnalẽ dicit iſte nõ poſſe iterari, ſic & ſpiritualis a quocumque facta non poteſt iterari. Ex ſemine.n. veri Abrahæ ſunt nati, ſiue per liberam, ſiue per ancillam.

In euãg. Io. c. 3. tra. 11. ante med. to. 9.

Gal. 4. d.

e Niſi quis. Neceſſarium eſt uiſibile ſacramentum aquæ ad ablutionem viſibilis corporis, ſicut eſt neceſſaria doctrina inuiſibilis fidei, & ad ſanctificationem animæ inuiſibilis.

Ex aqua

## CAP. III.

Erat autem homo ex Phariſæis Nicodemus nomine, princeps Iudæorum. Hic uenit ad Ieſum nocte, & dixit ei: Rabbi ſcimus quia à Deo uenisti † magiſter. Nemo enim poteſt hæc ſigna facere, quæ tu facis, niſi fuerit Deus cum eo. Reſpondit Ieſus, & dixit ei: Amen amen dico tibi: niſi quis † renatus fuerit dẽnuo, nõn poteſt uidere regnum Dei. Dixit ad eum Nicodẽmus, quomodo poteſt homo renaſci, cũ ſit ſenex? Nũquid poteſt in uentrem matris ſuæ † iterum introire, & renaſci? Reſpondit Ieſus:

¶Qui credunt reſurrectionem per hoc ab aliis diuiſi. ¶Q nota nomen. ¶Vnus de principibus. ¶Lucem. ¶Ipſe in tenebris eſt, non lux, quia non renatus. ¶A Deo ad cæleſte magiſterium veniſſe, cum illo Deum eſſe, ſed ipſum Deum eſſe non cognouit. ¶Quæ vidit in Paſcha fieri ab eo. ¶i. ſpiritualem intellectum ſymboli percipiat. ¶Quod eſt ex Græco, deſurſum. ¶i. Non poteſt cognoſcere me, qui ſum regnum patris, qui ſum viſio ueritatis. ¶Qui ſolam carnalem natiuitatem nouit, quæ non poteſt denuo fieri, ideo modum ſecundæ quærit. ¶Modum ſecundæ natiuitatis oſtendit.

† gratia fuerit deſuper.

† rurſ' vel iterum.

## NIC. DE LYRA. CAP. III.

Erat autem homo. Poſtquam euangeliſta declarauit Chriſti diuinitatem per naturæ immutationem, hic idem declarat per gratiæ reformationem: de qua principaliter agit, quia ad hoc euangelium deſcripſit. Et diuiditur in duas: quia primo agit de ſpũali regeneratione baptiſmi, ĩ quo prædicta reformatio inchoatur. ſcđo de collatione multiplis ſpũalis beneficij, in quo reformatio conſummatur. Scđa incipit ca. v. Poſt hæc erat: Prima ĩ duas: qa primo agitur de generatione ſpũali: quo ad Iudæos. ſecundo, prout deriuatur ad extraneos ca. ſe. Vt ergo cognouit. Prima ĩ duas, qa primo deſcribitur ſpũalis generatio. ſecũdo diſtinguitur a Iohannis baptiſmo, ibi, Poſt hæc uenit. Prima ĩ duas: qa primo docet Chriſtus regenerationis ſpiritualis neceſſitatem. ſcđo, eius modũ ſiue qualitatẽ, ibi: Dixit ad eũ Nicodemus. tertio efficacia ipſius cũm ſiue rõnẽ, ibi: Reſpõdit Nicodemus. Et quia docet iſta reſpõdẽdo ad ĩterrogata, iõ prima diuiditur in duas: qa primo ponitur Nicodemi interrogatio. ſecundo, ſubiũgitur Chriſti reſponſio, ibi Reſpondit Ieſus. Circa primũ deſcribitur prima conditio interrogãtis cum dicitur,

Diuiſio

Subdiuiſio

a Erat autem homo &c. Iſte enim fuit vnus illorum, de quibus dictum eſt præce. ca. q. multi crediderunt in Ieſum uidentes ſigna quæ faciebat. Et quia ibidem ſubditur, quod Ieſus non credebat ſemetipſum eis ſecreta fidei reuelando, ideo iſte Nicodemus uenit ad Ieſum in ſecreto, & extra turbam aliorum, ut ab ipſo plenius inſtrueretur. Sequitur:

Ex phari.

b Ex phari. quia erat de ſecta eorum. Ipſi autem confitentur reſurrectionem & ſpirituales creaturas de quibus loquebatur Chriſtus, & ideo ex hoc erat quodammodo diſpoſitus ad audiendum doctrinam eius.

c Nicodemus nomine. Hoc exprimitur ad oſtendẽdum famam ipſius.

d Princeps Iu. In hoc oſtenditur dignitas eius. Tũc.n. populus gubernabatur per doctores & ſacerdotes. Licet .n. Chriſtus primos vocatos ad fidem voluerit eſſe ſimplices, ut in pluribus, ne doctrina fidei ſapiẽtiæ hũanę aſcriberetur, ita ẽt a principio vocauit aliquos literatos, ne ipſa cõtẽpti haberẽt, quaſi a ſolis ſimplicibus recepta.

e Hic ue. ad Ie.n. Non.n. audebat uenire in palã, ne de ſynagoga expelleretur, ſicut dicitur inf. ix. e. de parentibus cæci nati, q propter hoc non audebãt Chriſtum cõfiteri.

f Et dixit ei Rab. ſci. &c. i. certũ eſt mihi, q tua doctrina eſt vera, & a Deo data & non humanitus cõficta. Et ſubdit cauſam di

g Nemo enim &c. Sicut enim certitudo ueritatis habetur in his quæ ſubiacent facultati naturalis rationis per reductionem ad prima principia, ita habetur in his quæ excedunt rationẽ per vera miracula, quæ ſunt ſufficiens teſtimoniũ, q doctrina per talia confirmata procedit a ueritate prima Minus dixit ille Nicodemus, & plus ſignificauit, quia p talẽ confeſſionẽ oſtendit ſe deſiderare ab eo plenius informari.

h Reſpondit. Hic deſcribitur Chriſti reſpõſio, quia uidebat Nicodemum humiliter & vere quærere doctrinam Chriſti quantũ ad ſecreta fidei, & iõ ĩcæpit a primo ſacr̃o. ſ. baptiſmo qui eſt regeneratio ſpiritualis, & p conſequẽs neceſſaria ad ſalutẽ. & hoc eſt qđ dicitur, Reſpõdit Ieſus, & dixit ei, D

i Amen amen di. ti. ni. q̃uis re. fue. denuo. i. iterum per generationem ſpiritualẽ.

k Non po. ui. re. Dei. Viſio enim Dei per eſſentiam ſibi ſoli competit per naturam, hominibus autem competere non poteſt niſi per gratiam, per quam trahuntur homines quodãmodo ad naturã diuinã, ut habetur ij. Pe. 1. a. Magna & pręcioſa promiſſa donauit ut per hoc efficiamini diuinæ naturæ conſortes. Hoc aũt nõ poteſt eſſe per generationem carnalẽ, q̃ ſolum facit filios hominũ, & ideo adhuc reqritur regeneratio ſpiritualis, per quã hoĩes ſunt filij Dei, & p conſequens hæredes uitæ cæleſtis Sed contra hoc uidetur, quia patres vet. Te. ſaluati ſunt, qui tamẽ nõ fuerunt baptizati. Dicẽdũ q tũc nõ erat in pcepto, cõſecuti tamẽ ſunt ſpũalẽ uitã p gratiam in fide Chriſti venturi, & ſic habuerunt rẽ baptiſmi habuerũt etiam ipſum in figura in aliquo correſpondẽte, per quod tollebatur peccatum originale.

l Dixit ad e. &c. hic conſequenter docet Chriſtus modum & qualitatem regenerationis ſpiritualis. & diuiditur in duas, quia primo ponitur Nicodemi obiectio. ſcđo, Chriſti reſponſio, ibi. Reſpondit Ieſus. Chriſtus .n. dixerat eſſe neceſſariũ ad ſalutem regenerari. iõ ut modum huiuſmodi regenerationis melius intelligat, arguit cõtra pdicta dupliciter. Primo modo ex ætate, quia ille, qui naſcitur, eſt puer, a ſenectute uero non pt aliquis redire ad puericiã, ergo regeneratio uidetur impoſſibilis. & hoc eſt qđ, Di. ad e. Ni. q. p. h. n. c. ſit ſe. Erat aũt aſſuetus ſenſui literali, & iõ arguit de generatione carnali. Scđo arguit ex q̃titate naſcentis, quæ eſt parua, ut poſſit includi in utero matris & ideo uidetur impoſſibile, quod ille renaſcatur, qui iam eſt perfectæ quantitatis. & hoc eſt quod dicitur, Diuiſio

m Nunquid po. in uen. q. d. Non, quia quantitas non permittit:

n Reſpon. Ie. Hic ponitur Xp̃i rñſio. Et diuiditur in duas, quia primo ponitur eius reſponſio. ſcđo, ad hoc inducitur exemplũ, ibi, Spiritus ubi vult. In prima Diuiſio

## MORALITER.

a Erat au. ho. ex Phari. Nicode. no. princeps Iu. Per Nicodemũ q̃ venit ad Ieſũ, vt de pertinentib. ad fidẽ plenius erudiretur, ſignificatur diſcipulus humilis, & diligẽs, q venit ad doctorem peritũ, vt ab ipſo de dubiis inſtruatur, qui debet eum dulciter recipere exẽplo Chriſti, qui Nicodemum dulciter recepit, & non ſolum proponentem, ſed etiam replicantem bis audiuit. Primo cum dixit.

l Quomodo po. ho. naſci, cũ ſit ſe. &c. ſecundo, cum ſubiunxit poſtea

Quomodo poſſunt



a Ex aqua. Ex aqua, viſibili ſacr̃o. & ſpiritu, inuiſibili intelle-

A ctu, vt ſimbolũ baptiſmi uiſibiliter accipiat, & ſpũalẽ intellectũ ipſius ſimboli pficiat Vel ex aqua uiſibili & ſpũſancto.

b Quod natum. Hanc ſpiritualem natiuitatem diſtinguit a carnali, dicens: Quod natum eſt.

c Ex carne. i. ex primo homine p carnis ſucceſſionẽ, carnale eſt. Noĩe carnis, non ſolũ carnem, ſed totũ carnalem hominẽ ſignificat. Sic ecõtra totus hõ ſpũalis, aĩa & corpe ſpũs dicitur.

d Et quod &c. Verbo & ſacr̃o ſpũs inuiſibiliter adeſt, quo natus ex Adã ad mortẽ naſcit, filius Dei ad vitã, q non tantum ſpiritualis dicitur, ſed ſpũs, qa ſicut ſubſtantia ſpũs eſt inuiſibilis, ita inuiſibiliter per viſibile ſacramentum efficitur Dei filius.

e Spiritus eſt. Nõ ãt mireris, ſi ſic natũ dico ſpiritũ, qa ſicut ſpiritus vbi uult ſpirat, & neſcis vñ venit, aut quo vadat, ſic eſt omnis qui natus eſt ex ſpũ.

f Spiritus ub. Quia in poteſtate habet cuius cor illuſtret. Vocẽ eius audis in ſcripturis. vel dũ loquitur aliquis plenus ſpũſctõ, quæ & ſi audis, neſcis vnde venit i. qũo cor illius intrauit, vel quomodo redierit, qa natura eius eſt ĩuiſibilis. Sic eſt oĩs q natus eſt ex ſpũ ſctõ, quia ipſe inuiſibiliter agẽte ſpũ incipit eſſe qđ nõ erat, ita ut infidelis neſciat vñ veniat, & quo uadat i. qua gratia venit ĩ adoptionẽ filij. & vadit in regnũ Dei. Quæ qa incognita ſunt carnali, iterum quærit? Qũo pñt hæc fieri. non habẽs ſpũalẽ ĩtellectũ in litera legis impoſſibile putat quod dicitur de natiuitate per ſpiritum. unde redarguitur a dño, Tu es magiſter &c.

† Iſraelis.

g Et uo. &c. Vox ſpiritus eſt uox Chriſti, quam audiuit Nicodemus, ſed qa nondum eſt natus de ſpũ, neſcit vnde

B veniat, aut quo vadat i. qua occaſione velit naſci hoĩem ĩ ſpiritu, aut quo vadat. i. ad quã pfectionẽ ducat ipſũ naſcentẽ ex ſe. Nam qui ex eo naſcitur, unus cũ ipſo ſpiritus per gratiam efficitur, ſicut etiam ipſe ſpũs unus eſt p naturam

h Tu es magiſter &c. Non inſultat ei, ut ſuperior eo habeatur qui omnibus præeſt, ſed quia uult eum naſci ex ſpiritu, quod nequit niſi humilis, tumidum ex magiſterio humiliat Q. Superbes princeps, nil noſti, humiliare ut ille qui ſeipſum exinaniuit, & natus eſt ex ſpiritu, & ſcies quod modo neſcis.

Phil. 2. a

i Quod ſcimus loquimur. Ideſt qa ipſe eſt ſciẽtia, locutio & ſermo patris. & quod. uidi. teſtamur: qa ipſe uiſio, & uerum teſtimoniũ & veritas patris. Quod pluraliter, myſteriũ trinitatis innuit.

In euã. Io. c. 3. tra. 12. in. med. tom. 9.

k Si terreno. Aug. Et qa nõ accipitis terrena, qũo poteſtis capere cæleſtia. i. cæleſtẽ ſpiritus natiuitatẽ? cum nõ ſolũ nõ credatis, ſed nec intelligatis terrena, qđ de templo corporis mei (qđ de terra accepi) dixi a uobis ſoluendo, a me ſuſcitando.

Et nemo aſcen.

Amen amen dico tibi: niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpirituſancto, non poteſt intrõire in regnum Dei. Quod natum eſt ex carne, cãro eſt: & quod natum eſt ex ſpiritu, ſpiritũs eſt. Et nõn mireris, quia dixi tibi, oportet uos naſci dẽnuo. Spiritus ũbi uult ſpirat, & uocem eius audis, ſed neſcis unde ueniat, † aut quo uadat. Sic eſt omnis qui natus eſt ex ſpiritu. Reſpondit Nicodemus, & dixit ei: Quomodo poſſunt hẽc fieri? Reſpondit Ieſus, & dixit ei: Tu es magiſter † in Iſrael, & hæc ignoras? Amen amẽ dico tibi: quia quod ſcimũs loquimur, & quod uidimũs teſtamũr, & teſtimonium noſtrum nõn accipitis. Si terrẽna dixi uo-

¶Idem eſt intrare quod uidere. Qui enim videt intrat, & qui intrat uidet. ¶i. carnale eſt habens naturam generantis, viſibile eſt & inuiſibilibus incrementis per tempora proficit. ¶i. Simile ſpiritui. Non putes impoſſibile. ¶i. ſpiritualiter. ¶Quia. ¶In quibus vult operatur, & quando. ¶Quamuis uocem eius audias. ¶Quod nondum es tu. ¶Quod dicis, Vocem eius audis, & neſcis vnde veniat, aut quo uadat. ¶Litera occidit. ¶Inflatus neſcis humilis ſcies. ¶Nos, ego. i. cum prophetis & apoſtolis. ¶In abſcondito Dei. ¶Foris mundo. ¶i. teſtimonio noſtro vos carnales non creditis. ¶i. ſi terreni corporis ſolutionem & reſurrectionem non credis, quid quæris aperiri myſteria ſpiritualis natiuitatis?

## NICOLAVS DE LYRA.

vult. In prima igitur parte dicit, quod illa regeneratio, de qua loquitur, non eſt carnalis, ſed ſpiritualis, & ideo non valent argumenta, quæ procedunt de generatione carnali. propter quod modum huius regenerationis ſpiritualis Saluator explicat conſequenter di.

a Amen amen di. ti. niſi quis re. &c. q. d. illa generatio, de qua dixi, ſic eſt intelligend, inquantum aqua lauat exterius, & ſpirituſſanctus interius. Et lotio talis bene dicitur generatio, quia per hanc homines efficiuntur conformes verbo incarnato qui eſt filius Dei naturalis, inquantum in hac generatione eſt aliquid ſenſibile correſpondens carni. ſ. aqua & aliquid inuiſibile correſpondens verbo. ſ. gratia. vnde ſequitur:

b Quod na. eſt ex car. ſ. ſecundum virtutem carnalis generationis.

c Caro eſt. i. conſtituitur in uita carnali tantum.

d E quod natum eſt ex ſpi. modo prædicto.

e Spiritus eſt. i. conſtituitur in uita ſpirituali, & ita concluditur.

f Non mireris. i. non debes admirari.

g Quia di. ti. opor. &c. quia non loquor de generatione carnali, de qua tu arguis. ſed de ſpirituali.

h Spiritus &c. Hic Saluator ad prædicta adducit ſenſibile exemplum ſecundum Chryſo. qui hoc exponit de uento materiali, cuius principium ignoratur & ſimiliter finis vbi terminatur, & tamẽ ſonus eius pcipitur Sic mõ eſt in generatione ſpũali, qa ſpũſſctũs, q eſt principiũ huius generationis, & ſimiliter btĩtudo æterna, quę eſt eius finis, a nobis non percipiũtur, ſed creduntur tantũ. Aqua aũt exterior, & forma uerborũ percipiuntur, per ſenſum. & hoc eſt quod dicitur: Spũs. i. ventus. C

i Vbi uult ſpi. i. flat. Si autem arguatur contra hoc ut arguit Augu. q ventus materialis non habet voluntatem, nec a ſe mouetur, propter qđ dic. Aug. q hoc verbũ de ſpirituſancto intelligitur. Poteſt dici ſuſtinendo dictum Chryſ. q voluntas in ſcripturis aliquando accipitur pro inclinatione naturali. & hoc modo accipitur hic.

Vbi ſupra.

In euãg. Io. hom. 25. ex cap. 3. poſt princ. to. 3. Vbi ſupra.

k Et uo. eius au. ſenſibiliter percipiendo.

l Sed ne. &c. Si autem arguatur contra hoc vt arguit Aug. quod omnes nouerunt ventum venire ab auſtro, vel ab aquilone: & ideo vadit in partem oppoſitam. Poteſt dici, quod hoc eſt veruntamen in generali: ſed in qua parte determinate verſus auſtrum talis incipiat ventus, qui flat ab auſtro, uel ubi terminetur, omnino ignoratur.

m Sic eſt oĩs &c. quia ſicut dictum eſt, in tali generatione eſt aliquid occultum, & aliquid patens ad ſenſum. Propter argumẽta prædicta, quæ tamen ſunt ſolubilia vt viſum eſt, dicit Augu. quod prædicta litera de ſpirituſancto intelligenda eſt, qui in prophetis & ſcripturis ſacris loquitur. Vox autem prophetarum, & ſcriptura eorum ſenſu percipitur: ſed principium huius ſcripturæ. ſ. ſpirituſſanctus, & eius finis. ſ. beatitudo cæleſtis nobis occultantur, & ſola fide tenentur. Et iſta expoſitio videtur rationabilior, quia Nicodemus erat in ſcripturis ſanctis inſtructus: & ideo videtur magis, quod Saluator ſibi dederit exemplum de talibus, quam de vento materiali, & tunc eſt plana litera. Spiritus ubi vult ſpirat, quia non inſpirat homines ex naturali neceſſitate, ſed ex mera liberalitate. Et vocem eius audis, in ſcripturis prophetarum, quæ leguntur in ſynagogis Iudæorum. Sed neſcis vnde veniat, aut quo vadat, quia principium inſpirans & finis vltimus huius inſpirationis ſibi occultantur, vt dictum eſt. Sic eſt omnis &c. exponatur ſicut ſupra.

Ibidem.

† Et

n Reſpõ. Ni. hic conſequenter Saluator oſtendit cauſam efficaciæ, quæ eſt in ſpirituali generatione. Et diuiditur in duas, quia primo circa hoc ponitur Nicodemi interrogatio. ſecundo Chriſti reſponſio, ibi: Reſpondit Ieſus. Circa primum ſciendum, quod conſuetudo quędam natura eſt, ut dicit Philoſophus li. de memo. & re. Et quia iſte Nicodemus erat aſſuetus legi Moſaicæ, quæ promittit carnalia, ideo non potuit capere ſpiritualia, propter quod quærit vlterius circa prædicta dicens, Quomodo poſ. hæc fie. D

Diuiſio.

o Reſpondit Ie. hic ponitur Chriſti reſponſio. Et diuiditur in duas, quia primo reprehendit Nicodemi tarditatem. ſecundo oſtendit baptiſmalis efficaciæ cauſam, ibi: Et nemo aſcendit. Arguit autem tarditatem Nicodemi ad intelligendum & credendum prædicta, ex tribus. Primo ex cõditione audientis, qui erat doctor & peritus in lege, & per conſequens deberet talia cognoſcere. & hoc eſt quod dicitur:

Diuiſio.

p Tu es magi. &c. Sed poſſet aliquis dicere, quod nõ erat mirum ſi talia ignorabat, quia non pertinebant ad vetus Teſta. in quo erat inſtructus. Dicendum, quod in lege Moyſi figuratiue continebatur baptiſmus. ſecundum quod Apoſtolus: Omnes in Moyſe baptizati ſunt in nube & in mari: quia in utroque fuit baptiſmus figuratus. Legis autem doctores debebant ſcire figuras eius, licet ad hoc non teneretur uulgus. Item in prophetis, quos frequenter legerat, exprimitur baptiſmus Eze. xxxvi. e. Et effundam ſuper vos aquam mundam. & mun. ab omni inqui. &c. Item Zach. xiij. a. In die illa erit fons patens domui Dauid &c. Secundo arguit tarditatem Nicodemi ex conditione dicentis prædicta, quia Chriſtus dicebat ea, quæ certitudinaliter ſciebat, ideo cito debebat acquieſcere, & maxime quia eius doctrinam confeſſus fuerat a Deo datam, & hoc eſt quod dicitur hic:

1. Cor. 10. a

q Amẽ a. &c. Chriſtus.n. ſcđm diuinitatẽ habet eadẽ ſcientiã cũ patre, in humana etiã natura cognoſcit oĩa, quæ Deus noticia uiſionis. iõ dicit.

r Qđ ui. &c. qa pauci Iudæorũ cõparatiue crediderũt Chriſto. iſte etiã Nicodemus erat ad capiẽdũ, q̃ dicebat, tardus. Tertio arguit eũ de cõditione materiæ, de qua erat ſermo, q̃ eſt facilis ad ĩtelligẽdũ reſpectu emanationis verbi a patre, ſpũſſancti ab utroque. & maxime, qa in lege in qua iſte erat exercitatus, p ablutiones aliquas amouebantur immundiciæ aliquæ, & ideo de facili deberet capere qualiter per ablutionẽ aquæ exterius & virtutẽ diuinã interius ſit ablutio aĩæ, & hoc eſt qđ dicitur.

s Si terr. &c. Regeneratio ſpiritualis terrena pt dici inq̃tum efficitur in terra, & ſub elemento ſenſibili. ſ. aqua. Vel dicitur terrena, quia ad hoc induxerat

## MORALITER.

o Quomodo poſſunt hæc fie. contra multos doctores, qui tantum tenent de ſua ſcientia, quod ſine diſcuſſione dicta ſua ſint tenẽda.



Et nemo aſcen-

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

☞ a Et nemo aſcen.in.cæ. Poſtquam increpauit & ad humilitatē inuitauit, quia iſte diligēter his, quæ audiuit, attendit, inſtruit adhuc de cæleſtibus & terrenis. Cæleſtis eſt eius aſcenſio ad vitam. Terrena eius exaltatio in cruce ad mortem. Q intellige cæleſtia, quę non carnales, & idem intellige de aſcenſione. Renati enim ſpiritualiter aſcendent in cælum, ſed non niſi ſint membra coherentia illi, qui in vna perſona eſt hō & Dei filius, vt ſciat iſte nullum ex ſe per Chriſtum poſſe aſcendere, & ideo nō dicunt homines aſcendere, ſed filium hominis totum cum corpore, q ſm deitatem deſcendit de cælo, & eſt in cęlo, non ſecundum quod eſt homo. Et qa hæc aſcenſio non poteſt eſſe niſi redēptis per paſſionem, ideo ſubdit, (†Nūe.21.c)

b Niſi qui deſcen. Hoc pertinet ad ſecūdā natiuitatē in ſpū, qa nemo in Chriſto ad patrē aſcendit, niſi qui ex ſpiritu naſcitur. Nemo ſaluatur per mortem Chriſti, niſi qui ex ſpū naſcitur. Nemo naſcitur ex ſpū niſi in morte Chriſti. Et cum dicit filius hoīs, dat nobis certitudinē aſcēdēdi, cum filij hoīm ſimus: (Nūe.21.c)

c Et ſicut Moyſes ex. Supponit de morte ſua, quæ eſt origo, & cauſa habendi prędicta, in cuius fide eum inſtruit. Et qa carnalis erat, & notus in lege, ideo quādā legis partē adducit, quam oſtendit eſſe figurā & mortis ſuæ ſignificatiuā, vt etiam ſic pateat de aliis partibus legis, qđ ſint in figura. Et quia mors intelligitur per ſerpentem, & Chr ſtus mortuus ſerpens dicitur, quem qui fide intuetur, liberatur, ſicut intuitu illius in figura ab ignitis ſerpentibu· liberantur, qui ſignificant incentiua uitiorum.

d Ita exalta. Magiſtrum legis ad ſi nificationem legis inuitat Et quia dixerat de filio hominis, ne hoc ſolum putet Nicodemus, ſubdit eundem etiam eſſe filium Dei.d.

e Sic enim dile.&c. Aperit cauſam humanæ ſalutis, ſcilicet dilectionem Dei patris, ex quo omnis reſtauratio eſt per filium F ſuum in ſpirituſancto.

f Mundum. Coſmos Græce, quod Latine mundus interpretatur, ornatus dicitur. Per mundum igitur humana natura ſignificatur, non ꝙ ſecundum corpus ex quatuor elementis conſtet, ſed quia ſecundum animam a Deo eſt ornata, & ad imaginem Dei eſt facta, qua ad hoc diligit Deus, ut eam ęternam faciat.

g Vt filium. Ecce idem dicit de filio Dei quod ſupra de filio hominis, ut per quem in deitate conditi ſumus, per eundem in homine reſtauremur.

☞ Vt in.

bis & nō creditis, quomodo ſi dixe- a
a ¶Q Attamen dicam cæleſtia.
a ro uobis cæleſtia, credetis? † Et ne- b
¶Secundum quod homo. a ¶Secundum quod Deus.
b mo aſcendit in cælum, niſi qui de-
a ¶Quia & idem eſt filius Dei. b ¶Secundum quod Deus.
ſcendit de cælo, filius hominis, qui c
a ¶Q.Hoc modo illud fiet.ſ.per mortem Chriſti.
c eſt in cælo. † Et ſicut Moyſes exalta- d
¶In cruce.
d uit ſerpentem in deſerto, ita exaltari oportet filiū hominis, ut omnis e
a ¶i.vera fide intuetur in ipſum.
qui credit in ipſum non pereat, ſed
a ¶Hoc per filium hominis, quia idem eſt filius Dei, ex dilectione Dei ad hoc miſſus, Sic enim d. &c.
e habeat uitam ęternā † Sic enim dile- f
¶i.humanam naturam.
f xit Deus mundū, ut filium ſuū uni-
a ¶In mortem, ut omnis aſpiciens in eius morte non per ſed ha.vi.æter.
genitum daret, ut omnis qui credit g
in eum nō pereat, ſed habeat uitam h
a ¶Vere ſalus per filium Dei, Non enim alia cauſa uenit, niſi ut ſaluet, non vt iudicet.i.damnet.
æternam. Non enim miſit Deus i

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ hoc induxerat exemplum ſenſibile de vento flante in terra, ſecundum expoſitionem Chryſo.prædictam.

a Qūo ſi di.uo.cæ.cre. Cæleſtia hic uocat emanationem perſonarum in diuinis, quæ eſt ualde ardua, & de difficili ualde intelligibilis.

b Et nemo aſcen.in cælum. Reprehenſa eius tarditate ſaluator procedit ad reddendum cauſam efficaciæ, quæ eſt in ſpirituali generatione. Et diuiditur in duas: quia primo facit, quod dictum eſt. ſecundo, manifeſtat propoſitum, ibi: Sic Deus dilexit. Prima in duas ſecundum duplicem cauſam, quam aſſignat ſecunda ponitur ibi: Et ſicut Moyſes. Circa primum ſciendum, quod cauſa principalis efficaciæ baptiſmalis eſt myſterium incarnationis, per quam filius Dei vniuit ſibi humanam naturam in mundum deſcendendo. Naturale eſt autem, quod quælibet res ad locum ſuæ originis reuertatur: ideo verbum incarnatum ad patrem redire poteſt aſcendendo. Et quia per generationem ſpiritualem homines efficiuntur membra eius, & ipſi uniuntur, & per conſequens cum ipſo ad cæleſtia trahuntur virtute verbi incarnati. Sic ſoluta eſt quæſtio Nicodemi qua quærebat, quomodo poſſunt hæc fieri? & hoc eſt quod dicitur: Et nemo aſcen.in cæ.niſi qui deſcen.de cæ quia ſicut dictum eſt, hoīes non aſcendunt illuc niſi inquantum efficiuntur membra verbi incarnati. Et quia uerbum non deſcendit de cælo per motum localem cælum dimittendo, ſed carnem de nouo ſibi vniendo, ideo ad hoc denotandum ſubditur: (Diuiſio)

c Filius hominis qui eſt in cæ. Ex hoc loco Valentinus accepit occaſionē errandi.d.q. Dei filius corpus cæleſte attulit, & per uirginem tranſiit nihil de ea aſſumendo. Hoc aūt patet erroneum & euangelio contrarium, quia hoc modo Chriſtus non eſſet filius virginis. Item Chriſtus non eſſet homo, quia corpus cæleſte non pōt informari ab anima cum ſit forma corporis phyſici organici, ſecundum quod dicit Philo.ij.de anima, quod non poteſt competere corpori cæleſti. (Error Valētini, & confutatio.) (Tex.com.4. & 5.)

d Et ſicut Moyſes. Hic ponitur ſecunda cauſa efficaciæ baptiſmalis, quæ eſt meritum paſſionis Chriſti, quod in baptiſmo operatur, & hoc tāgitur cum ſubditur, Et ſicut Moy exal.ſer.in deſer. ita exal. opor.fi. hoīs. De hoc ſerpente habetur Nu.xxi.c. & fuit figura paſſionis Chriſti, quia habuit ſimilitudinem ueneni inquantum dicebatur ſerpens. fuit tamen ſine veneno, quia æneus. Sic Chriſtus habuit ſimilitudinem peccati ex carne paſſibili, fuit tamen omnino ſine peccato, & ideo ſi aſpectus illius ſerpentis ænei ſaluauit a corporali morte, multo fortius fides Chriſti crucifixi ſaluat a morte ſpirituali, & reſtituit hominem vitæ æternæ: ideo ſequitur: G (†Eph.4.b)

e Vt oīs qui cre.in ipſo, non pe.ſed ha.ui. æternā. Notandum etiam, quod Chriſti crucifixio dicitur exaltatio, quia eius corpus fuit exaltatum in cruce, ſicut vexillum in aere, ad debellandum aereas poteſtates, ſecundum illud: Curramus ad propoſitum nobis certamen, aſpicientes in autorem fidei &c. Et quia per paſſionem meruit exaltationem, ſecundū quod dicitur: Humiliauit ſemetipſum factus obediens vſque ad mortem, mortem autem crucis: propter quod & Deus exaltauit illum. (Heb.12.a) (Phili.2.a)

f Sic enim Deus. Hic conſequenter manifeſtat cauſam prædictam. Et diuiditur in duas, quia primo oſtendit propoſitum, ſecundo remouet quoddam dubium, ibi: Non enim. Superius dixerat, quod efficacia baptiſmalis prouenit ex myſterio incarnationis: ideo declarat qualiter iſta incarnatio ſit facta, dicens, quod non eſt facta ex humano merito, nec ex neceſſitate, ſed gratuita dilectione Dei ad nos. Et hoc eſt quod dicit. Sic enim Deus dilexit mundum, ut filium ſuum unige. da: qui eſt bonum infinitum. Ex quo apparet maxima Dei dilectio, quia diligere eſt uelle alicui bonum: Ipſe autem uoluit nobis uoluntate efficaci bonum infinitum, quia dedit nobis filium ſuum. (Diuiſio.) (†1.Io.4.b)

g Vt omnis qui cre. &c. Ex hoc etiam errauerunt aliqui hæretici dicentes, quod credentes non damnabuntur, etiam ſi moriantur in peccato mortali. Et confirmant dictum ſuum per uerbum apoſtoli: Fundamentum enim aliud nemo poteſt ponere &c. Et ſequitur. Si cuius opus arſerit, detrimentum patietur, ipſe autem ſaluus erit, ſic tamen quaſi per ignem: Per fundamentum enim iſtud intelligitur fides, & ideo ſi ſuper hoc fundamentum ponantur opera combuſtione digna, propter talia homo punietur ad tempus, tamen finaliter ſaluabitur Sed hoc eſt erroneum, & improbatur per dictum apoſtoli. Manifeſta ſunt opera carnis quæ ſunt fornicatio, immundicia, impudicitia &c. Sequitur, Qui talia agunt, regnum Dei non conſequentur. Ex quo patet, quod non ſolum damnātur aliqui propter infidelitatem, ſed etiam propter alia peccata mortalia. Et ideo dicendum, quod Saluator non accipit hic fidem tantum pro habitu fidei informis, ſed fidei formatæ per charitatem & certum eſt, quod talis ſaluabitur. & ad hoc denotandum dicit, Vt omnis qui credit in eum..ſ.tendendo in eum per charitatem. (Error.) (1.Cor.3.c) H (Confutatio. Gal.5.d)

h Non pereat. Ad dictum apoſtoli prææallegatum in contrarium, dicendum, quod loquitur de peccatis venialibus, ſecundum quod exponunt doctores. Et ego tunc plenius dicam, ſi contingat me ſuper illum locum ſcribere. Pro peccatis autem uenialibus fideles temporaliter puniuntur igne purgatorij, tamen finaliter ſaluantur.

i Non enim miſit. Hic remouet quoddam dubium. Et diuiditur in duas quia primo facit quod dictum eſt. ſecundo, declarat quoddam dictum ibidem, ibi: Hoc autem eſt iudicium. Circa primum ſciendum, quod aliquæ ſcripturæ loquendo de ſecundo aduentu Chriſti in mundum, dicunt ipſum venire ad iudicandum: & ideo ne aliqui credant, quod hoc debeat fieri in primo eius aduentu, hoc remouet dicens: Non enim miſit Deus filium ſuum in mundum, ut iudicet mundum, ſcilicet in primo ſuo aduentu: Tunc enim non uenit iudicare, ſed magis iudicari pro mundi ſalute. ideo ſequitur. (Diuiſio.)

¶ Sed ut ſaluetur

## MORALITER.

✠ b Et nemo aſcendit in cælum, niſi qui deſcendit de cælo &c. Hoc dicitur de Chriſto ad literam, quem doctor euangelicus debet imitari, ſcilicet in cælum aſcendendo, per contemplationem diuinorum, & inde deſcendendo ad eruditionem proximorum.

d Et ſicut Moyſes exaltauit ſer. &c. Serpens ille fuit æneus, & in alto eleuatus, vt aſpiciētes ipſum ſanarentur a morſib. ſerpētū. Et ille ſerpens fuit figura Chriſti, q fuit īpaſſibilis factus q̄tū ad corpus ī ſua reſurrectione, q̄ impaſſibilitas figurata fuit p æneā ſoliditatem. Et fuit exaltatus in ſua aſcēſione ad patris dexterā. & ex hoc datur ſpes credentib. aſcendendi ad gloriæ uitam. Gregor. Dū terrenum corpus deſideribus ſuperpoſuit, nobis cęlū poſſe patere mōſtrauit

f Sic enim di. Deus mun. &c. Et hoc debet nobis eſſe amoris diuini maximum excitatiuum.

i Non enim miſit Deus fi.ſu.ut iu.mun. &c. i. vt condemnet, & nos multo minus debemus condemnare proximum, etiam peccatorem, quia qualis ſit futurus, eſt nobis penitus ignotum.

✠ Hoc eſt autem



☞ a Vt iu. Nōdū apparuit iudiciū, ſed iā factū eſt iudiciū. Nouit A dñs q ſunt eius. Nihil.n.aliud eſt iudiciū.i.æterna dānatio, q̄ ñ cognoſcere, & ñ credere ī filiū dei, ſicut nihil aliud ē btītudo & vita, niſi credeř & cognoſceř filiū dei. vñ dř. Hęc ē vita ęterna, vt cognoſcāt te ſolū Deū verū, & quē miſiſti, Ieſū Xp̄m. (2.Tim.2.c) (Infra 17.a)

l Sed vt ſaluetur &c. Ex eo ſaluatur homo, non iudicatur, ſed ſi iudicatur, ex ſe habuit, quia non credidit.

c Hoc eſt autem iu. Cur qui non credit iudicatur? quia lux uenit, quæ excitat homines & admonet cognoſcere ſua mala, in quibus omnes ſunt: ſed alii oderunt admonentem lucem, & fugiunt, ne arguantur eorum mala, quæ diligunt. Alii admoniti per lucem accuſant ſua mala, quod eſt facere ueritatem & ſic illuminantur.

d Erant enim eorū. Qui eſt in tenebris, & diligit lucem, non eſt malus, ſed ille dř malus, & opera eius mala, q poſt q̄ lux uenit, odit lucē & diligit mala. Et hoc eſt qđ dicit, Erant enim opera eorum ma. Opera, i. impietas, & incredulitas, & odium æternæ lucis & nolle eam aſpicere, ſed uelle in tenebris peccatorum remanere.

e Qui autem fa. Oſtēſo qua iuſticia dānetur, qui non credit, oſtendit, qua iuſticia ſaluetur, qui credit: Qui autem fa. i. cui diſplicent mala ſua & accuſat, nō ſibi ignoſcit, non ſibi parcit, ſed venit ad lucem. Et incipit agere cū Deo qui mala accuſat, qa initium boni eſt accuſatio mali, ergo opera eius, hęc.ſ. ꝙ ſe accuſat, ſicut Deus accuſat, manifeſtat, qa in Deo ſunt facta. niſi.n. Dei lux ſibi luceret, ſibi non diſpliceret.

f Poſt hæc. Nō continuo poſt diſputationē cū Nicodemo, q̄ facta eſt in Ieroſolymis, ſed peracto ſpacio tp̄is de Galilæa in Iudæam rediit.

B g In ter. Iudæā. Mo. Vbi eſt ꝯfeſſio peccatorū, vel diuinarū laudū, illuc venit Ieſus, & diſcipuli eius.i. doctrina & illuminatio eius, vbi morař purgādo a delictis. vñ ſeq̄ř, & ibi mora. & bapti. (Moral.)

h Et baptizabat. Quantum cathecuminis nōdum baptizatis prodeſt doctrina fidei, tantum profuit baptiſma Iohannis ante baptiſma Chriſti, quia ſicut ille prædicabat pœnitentiam & baptiſmū Chriſti p̄nunciabat, & etiā in cognitionē ueritatis, quæ mundo apparuit, attrahebat, ſic miniſtri eccleſiæ primo erudiūt veniētes ad fidē, poſt peccata eorū redarguūt, deinde remiſſionē in baptiſmo Chriſto promittūt, & ſic in dilectionē & cognitionē ueritatis attrahunt, (Math.3.c) (Luc.3.a)

i Erat autem. Chriſto iam baptizāte adhuc baptizat Iohānes, quia adhuc p̄manet umbra. Nec dēt p̄curſor ceſſare donec manifeſteř ueritas. Myſtice, nōdū erat cōſummatio lřę legis. (Myſtice.)

k In En. Ennos Græce, aqua Latine, unde quaſi nominis interpretationem aperiens ſubdit, quia aquæ mul. e.i.

l Iuxta Salim. Salim oppidum eſt ultra Iordanem ſitum ubi olim Melchiſedech regnauit.

☞ Nondum

a ¶In humanam naturam.
a filium ſuum in mundum ut iudicet
a ¶Vnde Saluator mundi dicitur.
b mundum: ſed ut ſaluetur mundus a
a ¶Quia per fidem dimittuntur peccata pro quibus damnaretur.
per ipſum. Qui credit in eum, nōn b
iudicatur. Qui autem nō credit, iam c
a ¶Ne dicam iudicabitur. b ¶Cur?
iudicatus eſt: quia nō credidit in † no- d
a ¶In quo ſolo eſt ſalus, non habes multos filios, Deus per quos ſaluet.
c mine unigeniti filij Dei. Hoc eſt autē e
a ¶Cauſa damnationis. b ¶Verbum in carnem.
iudicium, quia lux uenit in mundū, f g
a ¶Hoc eſt ius damnationis. b ¶Carnales.
& dilexerunt homines magis te- h
a ¶Peccata quæ habebant. b ¶Peccata arguentem. ¶Quare.
d nebras quam lucem. Erant enim i
a ¶Quæ ex ſe.
eorum mala opera. Omnis enim k
a ¶Cur? Ideo. ¶Qui eſt in intentione mali, & cui placet malum. b ¶Quæ aperit mala. c ¶Non coniungitur luci, ſed fugit eam.
qui male agit, odit lucem: & nōn ue- l
a ¶Mala quæ diligit.
nit ad lucem, vt non arguantur ope- m
a ¶.i. bona opera, quæ veritas iubet.
e ra eius. Qui autem facit ueritatem, n
uenit ad lucem, vt manifeſtentur o- o p
pera eius: quia in Deo facta ſunt. q
a ¶.ſ.paſcha, & ea quæ hic narrauit facta,
f Poſt hæc uenit Ieſus & diſcipuli e- r
a ¶Significat confitentes, quos uiſitat Chriſtus.
g ius in terram Iudæam, & illic de-
a ¶.i. diſcipulis, vel credentibus in eum Iudæis.
b ¶Per apoſtolos, ¶Suo baptiſmo, non eo quo baptizatus eſt. Illud enim ſubiit ut eſſet via, & præparatio ſuo baptiſmo.
h morabatur cum eis & baptiza-
a ¶Præcurrens, & præparans baptiſmo Chriſti.
i bat. † Erat autem & Iohannes ba- t
¶Eſt ciuitas.
k ptizans in Ennon iuxta Salim,
l quia aquæ multæ erat illic, & ue- u x

h Et di. &c. ma. te. quam l. tenebras infidelitatis præeligendo. & ſubit cauſam. C

i Erant enim &c. Ad cuius intellectum ſciendum, quod legiſperiti aliq̄ noticiā de Chriſto habuerunt cognoſcentes ipſum eſſe vere Chriſtum, ut plenius declaraui Mat. xxi.d. ſuper illū locū: Dixerunt agricolæ: hic eſt hæres. ueruntamē, quia arguebat eorū uitia, moti fuerūt cōtra eū īuidia excecāte illā cognitionē, quā de eo habebāt, quia paſſio pręſens & fortis peruertit iudicium rōnis. Sicut patet in continente, qui præſente paſſione iudicat eſſe fornicandum, tamen extra paſſionem poſitus iudicat contrarium, ut dicitur. vij. Ethi. Sic Iudæi odio & inuidia moti perſecuti ſunt Chriſtum & ponit ad hoc Saluator exemplum.d.

r Omnis enim &c. ſicut patet de adultero & de fure & ſic de aliis. (†nomen)

l Et n. &c. i. nō facit ſua malefacta in palā.

m Vt n.ar. i. nō puniātur p iuſticiā ſecularē.

n Qui autem fa. i. opera conformia uoluntati diuinę, quæ eſt idē, quod veritas prima.

o Venit ad.lu. i. in palam, uel ad Chriſtum, quæ eſt lux uera.

p Vt ma &c. non ad propriam laudem, ſed ad Dei gloriam & proximi ædificationem.

q Quia in Deo ſunt. i. uirtute Dei, ſine cuius uirtute opus meritorium non poteſt fieri.

r Poſt hæc. Hic conſequenter ponitur diſtinctio inter baptiſmum Chriſti, & baptiſmum Iohannis. & diuiditur in tres, quia primo vterq; baptiſmus deſcribitur. ſecundo ex hoc quæſtio oritur ibi: Facta eſt ergo quæſtio. tertio, ſoluitur, ibi: Et reſpōdit Iohannes. Prima ī duas: qa primo ponitur baptiſmus Xp̄i. ſcđo ponitur baptiſmus Iohānis, ibi: Erat autē Iohannes. In p̄ria p̄te dicitur ſic, Poſt hęc venit Ieſus & diſcipuli eius. Ex p̄dictis patet, ꝙ Ieſus loq̄batur cū Nicodemo ī Ieruſalē, q̄ eſt metropolis in Iudæa: Qūo ergo dř hic immediate poſt locutionē Chriſti cū Nicodemo, Poſt hæc. quia erat ibi vt videtur. Ad hoc reſpōdet Be. ꝙ ly, poſt hæc, nō intelligitur immediate, reſpectu p̄cedentiū, ſed in proceſſu t p̄is: poſt inſtructionem Nicodemi uenit in Galilęam, & iterum reuerſus eſt in Iudęā Aliter etiam poteſt dici, vt immediate coniungatur literæ pręce. Poſt hæc ve.q.d. poſt inſtructionē Nicodemi in Ieruſalē venit ad alia loca Iudeę, qa nō tātū debebat docere ī ciuitate metropoli, ſed ēt in aliis. Et ad hoc denotandū dicitur: In terrā Iudæā. tūc.n. de Ieruſalē venit verſus Iordanē, ubi hoīes congregabantur ad baptiſmū, vt ſic īciperet baptizare, ſecūdū qđ Iohānes de eo p̄dixerat. vt ſu. dictū eſt. iō ſubditur: (Diuiſio) (In euāg.Io. c.3. tom.5.) D

s Et il. &c. Sed contrarium videtur inf. ſe.c. ubi dicitur, ꝙ Ieſus non baptizabat, ſed tantum diſcipuli eius. Dicendum, quod ipſe primo baptizauit diſcipulos ſuos, ut hic dicitur, poſtea ſoli diſcipuli baptizabant, Chriſto circa altiora docenda occupato, & ſic non eſt contradictio: de hoc tamen baptiſmate plenius dicetur inf. huius ca.

t Erat au. &c. Hic conſequenter ponit baptiſmum Iohannis.

d Erat an, & Io. &c. quod eſt oppidum iuxta Iordanem Et dicit aliquis quod alio nomine vocatur Salem, & eſt locus ubi regnauit Melchiſedech, ut habetur Gen. xiiij. ſed hoc eſt falſum, quia Salem ubi regnauit Melchiſedech, idem eſt quod Ieruſalem, quia ipſam ædificauit Melchiſedech, vt dicit Iſi. & primo dicta eſt Salem.i. pacifica ex conditione regis, qui regnauit in pace, poſtea dicta eſt Ieruſalem a tempore quo Abraham voluit ibi offerre Iſaac filium ſuum, quia locum iſtum appellauit, Dominus uidet, vt habetur Gen. xxij.c. & ideo Ieruſalem interpretatur uiſio pacis, quia cum prima interpretatione addita eſt uiſio. Subditur autem cauſa quare Iohannes baptizabat iuxta Salim, cū dicitur: (Lib.15.ety.)

v Quia aquæ mul. &c. Eſt etiam interpratatio eius quod dicitur in Ennon. Ennos enim Hebraice dicitur aqua.

x Et ueniebant &c. Sed videtur, quod baptiſmus Iohannis ſtatim debuit ceſſare baptizato Chriſto, cum ad ipſum manifeſtandum ordinaretur, ut ſu. dictum eſt. Dicendum, quod non ſtatim ceſſauit, ne crederetur totaliter reprobandus, ſicut baptiſmata, quibus Phariſæi utebātur.

¶ vt dicitur Marci.

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ a Sed ut ſal. &c. & probat conſequenter hoc dictum, quia in primo eius aduentu aliqui credebant ei, & aliqui non credebant ei: & eſt diuiſio per immediata, cum inter contradictoria non ſit medium, ſed non uenit ad iudicandum non credentes, nec credentes, ut ſtatim patebit. ergo. &c. & hoc eſt quod ſequitur,

b Qui cre. &c. non iu. i. non habet cauſam vnde condemnetur.

c Qui aūt &c. iu. i. habet in ſe cauſam manifeſtam ſuæ condemnationis, ſicut ille dicitur mortuus, qui iam habet in ſe cauſam manifeſtam mortis. & hoc eſt quod ſubditur:

d Quia non cre. &c. qui uenit pro ſalute mundi. veruntamen cauſa huius damnationis dabitur executioni in ſecundo aduentu Chriſti.

e Hoc eſt autem iu. Hic declarat ſuum dictum, videlicet quod non credentes in filium Dei iam habent in ſe cauſā manifeſtam ſuæ damnationis, quia ſunt extra fidem Saluatoris, ſine qua nullus unquam potuit ſaluari & hoc eſt quod dicitur: Hoc eſt autem iu. i. cauſa cōdemnationis.

f Quia lux. i. Chriſtus, qui eſt lux uera, ut dictum eſt. 1. ca.

g Venit in mun. carnem aſſumendo, & in ea apparens ſalutem humani generis operando.

Et di.

## MORALITER.

✠ e Hoc eſt au.iu. ratio condemnationis reproborum.

f Quia lux ue.in m. Be. Moraliter. Illi magis tenebras q̄ lucē diligūt qui ſuos p̄dicatores bñ docētes odijs & detractionib. inſequuntur. (Vbi ſup.)

r Poſt hæc ue. Ie. & diſ.e. &c. q̄ interp̄tat; cōfeſſio. Alchuinus: Vbi.n. eſt peccatorum & diuinarū laudum cōfeſſio, illuc venit Chriſtus & diſcipuli eius, id eſt doctrina ipſius, & purgat uitia peccatorum.



✠ Facta eſt autem

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

a *Nondum enim.* Ecce aperte notat facta Christi ante Iohãnẽ incarceratum, quæ alii prætericrunt, incipientes ab his, quæ facta ſunt poſt Iohannem miſſum in carcerem, qñ ceſſante baptiſmo præcurſoris, aperte incæpit baptiſmus Chriſti.

E

b *Facta eſt.* Dum Iohãnes prædicat, & ſchola eius durat, Chriſtus latenter prædicat & operatur, ſed palam baptizat. ut oriatur quæſtio de baptiſmo Iohannis, & de baptiſmo Chriſti, & illa ſoluatur teſtimoniis Iohannis,

c *Et uenerunt.* Volentes accuſare Chriſtum, quem Paulo ante viderant a Iohanne baptizatum.

d *Reſpondit io* Quia ultra conſuetudinẽ hũanæ naturę ſum natus ex parẽtib. ꝑuectæ ætatis, putatis me eſſe vltra hiẽs. Sed ſcitote, qa purus ſum hõ, ille Deus a quo habeo quicqd habeo. Ex me infirmitas, ex illo gratiæ ſublimitas. Putatis vt aliquid dicam contra meum teſtimonium? Ego non baptizo in remiſſionem peccatorum, ſed ille.

e *Non poteſt,* Q. Ego purus homo, nil habeo niſi quod datum eſt a Deo i. baptizare in pęnitentiam non in remiſſionem, quia non ego Chriſtus, ſed ille vt ſcitis me teſtatum fuiſſe vobis. ideo ad illum currite.

f *Non ſum ego Chriſtus.* Non ſum vnctus a patre plenitudine ſpiritus, ſed de plenitudine illius accepi, vt illum præcurrerem.

g *Hoc ergo gau.* In hoc gaudium meum eſt plenum, quod factus ſum amicus ſponſi, & quia ſto & audio.

h *Illum opor. cre.* Gaudeo ad vocem ſpõſi. Ille ſponſus creſcet. i. inuenietur eſſe Chriſtus, qui putabatur propheta. Ego minuar, quia eius propheta inueniar, q Chriſtus putabar. *Illum opor. cre.* i. exaltari. i. dũ pctã dimittit, grãm date, in quo gloria eius, q̃ in ſe ſemꝑ eſt pfecta, creſcit in hoiem, dũ eã hõ plus videt & habet. Hõ minuit̃ q ante in ſe gloriabat̃, dum mõ pctã cõfitet̃, & accipit qđ ille dat. Cui rei atteſtat̃ paſſio vtriuſque. Chriſtus in cruce exaltatur: Iohannes capite minuitur. Atteſtatur & creatura. Iohannes natus eſt decreſcentibus diebus, Chriſtus vero creſcentibus.

F

i *Me a.* Iohannes, figura legis, Chriſtus ueritas, lex minuit̃, apparente veritate.

k *Qui deſurſum.* i. de altitudine humanæ naturæ añ peccatũ primi parẽtis, qa de illa altitudine aſſumpſit verbũ Dei humanã naturam, & nõ aſſumpſit culpã cuius aſſumpſit pęnam. Qui. n. de celo i. de patre venit, duobus modis ſuper omnia eſt. Primo ſuper omnem humanitatẽ, qui de ipſa prius quam peccaret, venit. Secundo iuxta altitudinem patris, cui eſt æqualis.

*Chriſtus ſuper omnia dupliciter.*

*De terra*

a ¶Myſtice, Nondum erat conſummatio literę legis, ſed dum pendens in cruce dixit, Conſum. eſt.

a niebant, & baptizabantur. Nondum enim miſſus fuerat Iohannes

b in carcerem. Facta eſt autem quæ-

a ¶Deffendentibus baptiſmum magiſtri, & putantibus Iohannem maiorem Chriſto. b ¶Dicentibus meliorem baptiſmum Chriſti, ad quem Iohannes inuitabat homines, non Ieſus ad Iohannem.

ſtio ex diſcipulis Iohannis cum Iu-

c dæis de purificatione. Et uenerunt

a ¶Vt ſolueret hanc quæſtionem. b ¶Quaſi inſtigarent in inuidiam contra Ieſum.

ad Iohannem & dixerunt ei: Rabbi

a ¶Q. quem baptizaſti.

qui erat tecum trãs Iordanem, cui

¶Dicens. Ecce agnus Dei.

tu teſtimoniũ perhibuiſti, ecce hic

a ¶Vnde vel ſe miramur. ¶Q. Quid tibi de hac præſumptione videtur? b ¶In Iudæa. c ¶Te dimiſſo, qui eum baptizaſti.

baptizat, & omnes ueniunt ad eũ

d Reſpondit Iohannes, & dixit: Non

e poteſt homo accipere quidquam,

¶Accepi, quia ego non Chriſtus,

niſi fuerit ei datũ de cælo. Ipſi uos

mihi teſtimonium perhibetis, ꝙ

f dixerim, nõ ſum ego Chriſtus, ſed

a ¶Maior ergo illo; Non. Sed miſſus ante, vt præco, ſeruus parans viam ei. a ¶Quid ergo es tu? Quid ille? Ego amicus ſponſi, qui zelo ſponſam ei, non mihi.

quia miſſus ſum ante illum. Qui

a ¶i. eccleſiam, quæ generat, & uirgo permanet. b ¶Quicunque.

habet ſponſam, ſponſus eſt: amicus

a ¶Humilis non cadit ſed ſuperbus. b ¶Intus docentẽ.

autẽ ſpõſi qui ſtãt, & audit eũ: gau

a ¶Non de ſe in quo eſt triſtitia, ſed de Deo. b ¶i. teſtimonium eius, quo perhibet ſe filium Dei ſponſum eccleſiæ.

dio gaudet propter uocem ſponſi.

a ¶Ita ergo & ego gaudeo ad vocem ſponſi, quia ipſe me illuminat. b ¶i. habeo gratiam meam, ſufficit mihi gratia mea, plus mihi non aſſumo, ne quod accepi, amittam.

g Hoc ergo gaudium meum imple-

a ¶Et ne miremini, quia plures baptizat quam ego, quia

h tum eſt. Illum oportet creſcere, me

a ¶Quia Chriſtus. b ¶De patre. c ¶In mundum

k autẽ minui. Qui deſurſum uenit,

i Ecce hic. *q. d. Tuum officium vſurpat. Quartum eſt, minoratio Iohannis cum ſubditur:* G

k Et omnes ue. ad eum. *q. d. de te non curatur.*

l Reſpondit Io. *Hic ponitur q̃ónis ſolutio. Et quia diſcipuli Iohannis notabant Chriſtum de hoc, quod officium Iohannis uſurpabat, & de hoc quod fama Iohannis per hoc decreſcebat, iõ Iohannes in ſua ſolutione ſic procedit. Quia primo oſtendit primum eſſe falſum. ſecundo, oſtendit ſecundũ eſſe iuſtum ibi: Illũ oportet creſcere. Primum oſtendit per hoc ꝙ Iohãnes nõ baptizabat niſi ſicut ꝑco Chriſti, & ideo Chriſtus baptizãs nõ uſurpabat ſibi officium Iohannis ſed magis exercebat officiũ a Iohãne ꝑconizatũ. & hoc eſt qđ dicitur:* Reſpondit Io. & di. Non poteſt homo &c. *quia omnis poteſtas a Deo eſt: & ideo ſecundũ diſtinctionem collationis diuinæ diſtinguuntur officia. Iohannes autem non accepit autoritatẽ a Deo baptizandi, niſi ad denunciandũ Chriſtum, & præparandum homines ad ſuum aduentum. Et hoc eſt quod dicitur:*

m Ipſi uos mi. te. perhi. *i. perhibere debetis, quia a me audiſtis:*

n Quod dixe. *Non ſum ego Chriſtus, ſed quia miſſus ſum ante illum. propter quod baptizando non vſurpat officium alienum. Quod probatur per hoc quod ſubditur:*

o Qui habet ſpon. ſpon. eſt. *i. habet officiũ ſponſi, quod eſt generare filios: & ideo officiũ Chriſti eſt baptizare, per quod regenerãtur filij de ſponſa Chriſti, quæ eſt eccleſia.*

p Amicus &c. gaudio gau. prop. uocem ſponſi. *i. debet congaudere ſponſo filios generanti. Si enim officium generandi ex ſponſa ſibi acciperet, non eſſet amicus ſponſi, ſed inimicus & adulter eſſet. q. d. Iohannes: De hoc quod Chriſtus baptizat, non debeo dolere, ſed magis gaudere, cum ſim eius præco & amicus. Propter hoc ſubditur,* Hoc ergo gau. meum impletum eſt. *Et notandum, quod Iohannes hic uocat ſe Chriſti amicum, ſupra autem ſe vocauit eius ſeruum, etiam indignum. d. Cuius non ſum dignus, vt ſoluam eius corrigiam calciamenti. Cuius cauſa eſt, quia volebat diſcipulos ſuos reprimere, volentes ipſum ad inuidiam mouere contra Chriſtum, ut patet ex prædictis. ideo hic uoluit loqui magis charitatiue.* *Nota* *Supra 1. d* H

q Illum oportet. *Hic oſtendit ſecundum eſſe iuſtum, ſcilicet famam ſuam diminui, & creſcere famam Chriſti. Et diuiditur in duas, quia primo oſtendit propoſitum. ſecundo concludit principale intentum, ibi: Qui credit in filium. Primum probat quatuor rationibus. Prima ſumitur ex altitudine originis Chriſti: Cuius origo deſurſum eſt, quantum ad Deitatem, ſicut patuit. 1. ca. & quantum ad humanitatem, quia corpus eius formatum eſt uirtute ſpirituſſancti. Et hoc eſt quod dicit:* Illum oportet creſcere. *in claritate famæ & autoritate apud homines, quia in ſeipſo non augetur.* *Diuiſio*

r Me autem minui. *ſicut Lucifer minuitur in claritate quantum ad apparentiam oriente ſole, & autoritas præconis adueniente indice & huius ratio ſubditur:*

s Qui deſurſum uenit. *id eſt originatus eſt & quantum ad diuinitatem, & quantum ad humanitatem modo prædicto:*

¶ Super omnes

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ *vt dicitur. Mar. vi. a. Iterum, quia ſicut ante baptiſmum Chriſti Iohannes baptizabat in nomine Chriſti venturi, ſic poſt baptiſmum Chriſti illos, quos baptizabat, ad Chriſtum mittebat plenius inſtruendos, & ſic confirmabat ſuum teſtimonium de Chriſto.*

a Nondum enim &c. *Hoc additur ad oſtendendum, quod texit hiſtoriam, quam alij euangeliſtæ dimiſerant, incipientes deſcribere facta Chriſti poſt incarcerationem Iohannis.*

b Facta eſt autem. *Hic ex prædictis monetur quæſtio, quia diſcipuli Iohanis zelantes pro magiſtro ſuo, voluerunt præferre baptiſmum ſuum baptiſmo Chriſti. & hoc eſt quod dicitur,* Facta eſt autem quæ. ex diſ. Io. *indiſcrete pro magiſtro ſuo zelantibus.*

c Cum Iu. *i. Chriſti diſcipulis, & alijs ad baptiſmum Chriſti uenientib.*

d De purificatione. *i. de baptiſmo, quia iſti dicebant baptiſmum Chriſti meliorẽ, quia Chriſtus illos, quos baptizabat, nõ mittebat ad Ioannẽ.*

e Et uenerunt ad Io. *moti zelo indiſcreto.*

f Et di. ei. *Et ꝓpoſuerũt quatuor ex qb. Iohãnes poſſet prouocari, primũ eſt, ꝑtẽdẽs excellentiã Iohãnis reſpectu Chriſti, qđ notatur cum dicitur,*

g Rabbi qui &c. *q. dicerent diſcipulus cum magiſtro. Secundum eſt, beneficium a Iohanne Chriſto impenſum, cum ſubditur.*

h Cui tu te. perhi. *q. d. per te eſt in autoritate. Tertium eſt, uſurpatio officij alieni cum ſubditur,*

Ecce

## MORALITER.

✠ *b Facta eſt aũt qõ &c.* nam eius diſcipuli indiſcrete zelãtes ꝑ eo, baptiſmũ Iohannis ꝓferre uolebant baptiſmo Chriſti. Quibus ſiles ſunt multi theologi, & aliqui religioſi, qui magis adhærẽt aliquib. opinionib. eo ꝙ ſunt opiniones magiſtrorum ſui ordinis, uel ꝑriæ q̃ pro ipſa veritate: cũ tñ dicat philoſophus primo Ethicorũ, ꝙ ſcm̃ eſt præhonorare veritatẽ. Et Plato dixit de Socrate magiſtro ſuo. Amicus quidem Socrates, magis amica eſt veritas. Per hoc aũt, ꝙ Iohannes dictos diſcipulos reprehendit, informantur doctores boni, ut tales adulationes non recipiant ſed magis repellant, ſicut & Moyſes dixit Ioſuæ: Quid æmularis pro me &c. *Num. 11. f*

*p Amicus autem ſp. &c.* Hic eſt prædicator verus, qui non ſuum quærit, ſed Chriſti honorem. & ille dicit de Chriſto,

*q Illum opor. creſce. me au. mi.* quia ſollicitus eſt de honoris Chriſti augmentatione, & de ꝓpria humiliatione, & illud quod ſequit̃,

*ſ Qui deſur. ue. &c.* quia confitetur in Chriſto diuinam excellentiam, & in ſeipſo fragilitatem terrenam. Et in hoc docuit Iohannes doctores inferiores deferre ſuperioribus honores.



a *De te.* i. qui eſt de terrenis parentibus natus: a quibus peccatum & pœnam peccati contraxit, ex ſe nihil eſt niſi terra.

A

b *Et quod vi.* Cum ipſe filius Dei ſit verbum patris, non alitud verbum patris audit vel hominibus teſtatur, ſed ſe verbum qđ pater loquutus eſt. i. edidit & genuit ex ſe, ſcit & indicat hominibus eſſe ex patre. Hoc euangeliſta dicit, vt potuit, quod plene dici vel intelligi nequit

c *Signauit.* Hoc eſt, ſignum poſuit in corde ſuo quaſi ſpeciale aliquid. ſ. hũc eſſe uerum Deum, qui miſſus eſt ad ſalutem hominum.

p *Verax.* Omnis homo ex ſe mendax non. n. vera dicere poteſt, niſi illuminatus a Deo. Quem. n. miſit Deus pater, verba Dei loquitur quod eſt: quẽ miſit Deus, Deus eſt: ideo verba Dei loquitur, ergo verba filij de ſe teſtimonium perhibentis quòd Deus Deus ſit, verba Dei ſunt. *Pſal. 115. a*

e *Verba Dei.* In hoc ſe diſtinguit a Chriſto, ſed quia miſſus et verba Dei loquitur, apertius addit: *ſigno conſignauit*

f *Non. n.* Hominibus dat ad menſurã: filio non dat ad menſuram: ſed ſicut totum ex ſeipſo toto genuit filium ſuum: ita incarnato filio ſuo totum ſpiritum ſuũ dedit, non particulatim, non per ſubdiuiſiones, ſed generaliter & vniuerſaliter. & non ob aliud dat niſi quia pater diligit filium.

g *Qui.* ac ſi diceret: qui credit in filium habet ipſum filiũ: & per hoc hẽt vitã. *Matt. 11. Luc. 10. d 1. Io. 5. b*

b *Sed ira Dei &c.* Ira, cũ qua natus eſt permanet. & ideo non ait: uenit, ſed manet: quia per filium miſſum, qui eſt vita, non tollitur effectus illius iræ. ſ. mors, corruptio &c. quæ oĩa manent.

a ¶Ideo merito creſcit. b ¶Homines & angelos. c ¶Iohannes. d ¶Natus.

a ſuper omnes eſt. Qui eſt de terra, de

¶Terrenus eſt ex ſe. ¶Et ecce terrena ſapit & dicit: ſi vero diuina, ex illuminante eſt.

terra eſt, & de terra loquitur. Qui

¶Hoc eſt quod ante deſurſum. a ¶Chriſtus

b de cœlo venit, ſuper omnes eſt. Et

a ¶Apud patrem. b ¶A patre. c ¶De deitate ſua.

quod uidit & audiuit, hoc teſtatur:

a ¶De populo ſiniſtræ.

& teſtimonium eius nemo accipit,

a ¶De populo dextræ.

Qui autem accepit eius teſtimoni-

a ¶Ipſe qui de cœlo deſcendit, & ſuper omnes eſt. b ¶Vere uerax, quia loquitur uer. Dei.

c um † ſignauit, quia Deus verax eſt.

a ¶Chriſtum.

d Quem enim miſit Deus, verba Dei

e loquitur. Non enim ad menſuram

a ¶i. filio. ¶Quia. b ¶Singulariter, non ut adoptiuos.

dat Deus ſpiritum. Pater diligit fi-

a ¶Vt tantus ſit filius quantus & pater, æqualem enim ſibi genuit.

lium, & † omnia dedit in manu eius.

a ¶Qui eſt vita æterna.

g † Qui credit in filium, habet vitam

a ¶i. ipſum filium.

æternam: qui autem incredulus eſt

¶Id eſt ipſum filium.

h filio, non videbit vitam, ſed ira Dei

† manet ſuper eum.

*† manebit*

*tione, quia eſt Dei filius naturalis & unigenitus. Alij autẽ quantũcunq; ſancti etiam angeli beati, non ſunt niſi filij adoptiui: & ideo ſibi debetur excellentia reuerentiæ & honoris, & hoc eſt quod dicitur:* C

p Pater di. fi. &c. *quia inquantum Deus habet eandem potentiam cum patre, ſicut & eandem eſſentiam. Sed hoc modo accipiendo ly diligit, nõ tenetur cauſaliter; quia filius non procedit a patre voluntarie, ſed naturaliter: ſed tenetur cõcomitatiue & per modum ſigni: quia dilectio concomitatur productionem filij. Similiter inquantũ homo omnia tradita ſunt in manu eius ut habetur Matt. ulti. d. Data eſt mihi omnis po. &c. & hoc modo accipiẽdo ly diligit, tenetur cauſaliter, quia dilectio diuina eſt ratio omnis alterius doni: & ſic eſt cauſa omnium aliorum donorum, quę facta ſunt in humanitate Chriſti.*

q Qui cre. *Hic concludit principale intentum, quia intentio Ioannis Baptiſtæ iſta dicentis erat, inducere diſcipulos ſuos ad credendum ipſi Chriſto, cuius erat præcurſor et nuncius, & hoc eſt quod dicitur.* Qui cre. *quia habet gratiam, quæ uirtualiter cõtinet beatitudinẽ, ſicut ſemen arboris ipſam arborem. & loquitur de fide formata charitate.*

r Qui autem. *quantum ad pęnam damni, quæ eſt carentia uiſionis diuinæ.*

ſ Sed ira Dei. *quantum ad pœnam ſenſus quæ æternaliter manet ſuper damnatum, qa nullo modo poteſt euadere. Ad maiorem euidentiam eius q. dictum eſt, ꝙ Chriſtus baptizabat & diſcipuli eius: quæritur quale fuerat illud baptiſma? Et arguitur ꝙ non fuit baptiſma Chriſti, quia baptiſma Chriſti habet efficaciam à paſſione ipſius: ergo illam non præceſſit: quia effectus non poteſt præcedere cauſam ſuam. Chriſtus autem nõdum paſſus fuerat: ergo &c. Item ſi aliqui fuiſſẽt baptizati baptiſmo Chriſti ante eius aſcenſionem in cęlum, hoc maxime uideretur eſſe uerum de apoſtolis & Chriſti diſcipulis: hoc autem non eſt verum, quia Chriſtus volens ad patrem aſcendere, dixit eis, Ioannes quidem baptizauit aqua, vos autem baptizabimini ſpirituſancto &c. vt dicitur Act. 1. a. Baptiſmus autẽ Chriſti eſt in ſpũ, vt patet ex prædictis. 1. ca. ergo &c. Contrariũ videtur per dictũ Au. ſuper iſtũ locũ: quia dicit ꝙ Ieſus baptizabat vt dominus, hoc aũt eſt baptizare baptiſmo ſuo. ergo &c. Reſponſio. In hac quæſtione & cõſimilibus quæ ſunt de illis quæ nõ poſſunt ſufficienter per rõnem inueſtigari, nec earũ veritas habetur per expreſſam ſcripturã, tenendũ eſt illud qđ eſt magis cõſonum ſcripturæ & rõni. & ideo ſcđm hũc modũ in hac quæſtione eſt ſic procedendũ: quia nõ eſt expreſſum per ſcripturã quale fuerit illud baptiſma. Sciẽdũ igitur, ꝙ Chry. dicit ꝙ illud baptiſma tantũ fuit baptiſma Ioannis: qa ſcđm ipſum baptiſmus Chriſti nõdũ erat inſtitutus. cuius rõ eſt, qa in baptiſmo Chriſti datur ſpũſſanctus, q nõ eſt datus ante Xp̃i reſurrectionẽ, ſcđm ꝙ dicitur, infra vij. f. Nond. er. ſp. da. quia nõdũ erat Ieſus glorificatus. & ideo dicit ꝙ apoſtoli ante paſſionẽ baptizabãt tãtũ baptiſmo Ioãnis. de Chriſto aũt dicitur, ꝙ ipſe nõ baptizabat, vt dicitur ca. ſe. ſed pro tãto dicitur baptizaſſe in hoc ca. quia actio ſuorũ diſcipulorũ ei attribuitur, ſicut factũ ſerui attribuitur domino. Sed iſta nõ uidẽtur cõſona ſcripturæ. Quod. n. dicit primũ baptiſma Chriſti nõ eſſe inſtitutũ ante reſurrectionẽ, nõ videtur eſſe verũ. qa ſacramẽta Chriſti ex ſua inſtitutione gratiã cõferebãt. & ideo tũc uidetur baptiſmus Chriſti inſtitutus, quando data eſt virtus producendi iſtum effectum, hoc aũt fuit quãdo Xp̃s a Ioanne baptizatus tactu ſanctiſſimę carnis ſuæ uirtutẽ regenerãdi cõtulit aquis, & hoc tenetur a doctoribus, licet neceſſitas vtẽdi hoc ſacramẽto fuerit inducta poſt paſſionẽ: qa in paſſione Chriſti terminata ſunt figuralia ſacramẽta. Hoc ẽt dicit Aug. in quodã ſer. Epiphaniæ. Ex quo Xp̃s in aquis immergitur, ex eo oĩm peccata abluit aqua. ablutio ãt auferẽs peccata. nõ eſt aliud q̃ Xp̃i baptiſmus. ergo &c. Itẽ ꝙ dicit ſecũdo apoſtolos baptizaſſe baptiſmo Ioãnis, nõ videtur uerũ. qa ibidẽ dicitur, ꝙ diſcipuli Ioannis mouerũt brigã & quæſtionẽ de baptiſmo Chriſti & ſuorũ diſcipulorũ, qđ nõ eſſet ſi Chriſtus & eius diſcipuli baptizaſſẽt baptiſmo Ioannis, quia nõ cederet ad Ioannis detrimentum, vt eius diſcipuli inſinuabãt, ſed magis ad honoris augmentum. Præterea ſi fuiſſet tãtum vnum baptiſma Ioannis & apoſtolorum, quæſtio illa de diuerſis baptiſmatibus nõ haberet locum. Quod autem dicit tertio Chriſtum in propria perſona non baptizaſſe, ſed tantum per diſcipulos ſuos, non videtur uerũ: quia ut dicitur: Cœpit Ieſus facere & docere. & ideo nõ eſt ueriſimile, quin primò baptizauerit per ſeipſum. Et confirmatur per hoc, ꝙ alia ſacramẽta Chriſtus ꝑ ſeipſum primo exercuit, ſicut patet de eucbariſtia, quia primo ipſe corpus ſuũ conſecrauit, & formã cõſecrãdi apoſtolis tradidit: ſimiliter ſacramẽtũ confirmationis ꝑ manus impoſitionẽ exhibuit ꝑ ſemetipſum, & ideo nõ eſt ueriſimile, quin ſacramentum baptiſmi ꝑ ſemetipſum excercuerit, cũ ſit primũ ſacramẽtũ, & iõ dicẽdũ ſcđm Aug. quod Chriſtus baptizauit diſcipulos ſuos in baptiſmo ſuo. ſ. aqua & ſpiritu ſancto,* D

*In euan. Io. c. 3. trac. 13. poſt prin. tom. 9.* *In euan. Io. hom. 30. c. 3. 10. 3.* *Quod fuerit baptiſma in quo Chriſtus diſcipulos baptizabat* *Ser. de tẽp. ſer. 29. in feſto Epipha. ſer. 1. to. 10.* *Act. 1. a* *Vbi ſup. in euan. Io.*

## NIC. DE LYRA.

¶ a Super omnes. *i. autoritate & dignitate. Debet omnem creaturã præcellere, quia quanto origo alicuius eſt altior, tanto debetur ei maior honor. Secunda ratio accipitur ex certitudine doctrinæ, quoniã Chriſtus in natura diuina habet eandem ſcientiam cum patre, in humana natura cognoſcit omnia, quæ Deus cognoſcit noticia viſionis. & ideo poteſt certitudinaliter docere etiam altiſſima: ideo debetur ei excellentia maxima: & hoc eſt quod dicitur.* B

b Qui eſt. *i. omnis homo præter Chriſtum, cuius corpus formatur uirtute ſeminis exiſtentis de terra a domino ſicut & alia mixta, ut patet ex. ij. de generatione.*

c De ter. *id eſt per hoc conſtituitur in uita terrena, & per conſequens non poteſt loqui niſi de terrenis, quantum eſt ex ſe. ideo ſequitur:*

d Et de terra. *Licet. n. Ioannes & alij ſancti loquuti fuerint de cęleſtibus, hoc erat inquantum erant à Deo illuminati. ſed aliter eſt de homine Chriſto ratione prædicta. ideo ſubditur:*

e Qui de cœlo. *quantum ad originem modo prædicto.*

f Super omnes. *quantum ad doctrinam, quia poteſt loqui cæleſtia & diuina, quæ certitudinaliter cognoſcit & inquantum Deus & inquantum homo. propter quod ſequitur:*

g Et quod vi. *Licet. n. habeat eandem ſcientiam cum patre inquantum Deus, tamen habet eam a patre ſicut & eſſentiam, & hoc ſignificatur per audire: inquantum autem homo, habet aliam ſcientiam à Deo infuſam. & ſic inquantum homo & inquantum Deus a patre audiuit.*

h Hoc te. *docẽdo & patet certitudo teſtimonij per uiſum & auditum.*

i Et te. *i. pauci comparatiue. ſicut communiter dicitur: Nemo eſt in foro id eſt pauci, quia pauci de Iudæis crediderunt in aduentu Chriſti.*

k Qui autem. *eius teſtimonium credendo.*

l Significauit. *id eſt monſtraui,*

m Quia Deus. *ad implẽdũ ꝓmiſſum de filio iã miſſo, ſicut ante mittẽdũ ꝓmiſerat ꝑ ꝓphetas. Et concludit excellẽtiã doctrinæ ex ꝓdictis dicens:*

n Quem. n. miſit Deus. *propria uirtute. alij autem non poſſunt hoc facere, niſi virtute ipſius. Tertia ratio accipitur ex plenitudine gratiæ. Sicut. n. in capite corporis naturalis ſunt omnes ſenſus, in alijs autem mẽbris ſunt particulatim, ſic in Chriſto capite noſtro eſt omnis plenitudo gratiæ, in alijs autem diuiſim. & ideo excellentia dignitatis & honoris Chriſto debetur præ alijs. & hoc eſt quòd dicitur:*

o Non. n. ad. *i. gratiam homini Chriſto. Non quod eius gratia habitualis ſit infinita, ſed quia habet gratiã ſecundũ omnẽ eius rõnẽ & effectũ, ſicut ſi haberetur albedo ſcđm omnẽ gradũ ipſius poſſibilẽ, diceretur haberi ſine menſura &c. Alio mõ ẽt dicitur hoc ex reſpectu ad capacitatẽ animæ. Si. n. aliquis ueniens ad fluuiũ hauriat aquam quãtum poteſt uas capere, dicitur accipere ſine menſura, licet uas ſit determinatæ menſurę. Sic in propoſito, quia tota capacitas animæ Chriſti fuit repleta gratia, ideo dicitur accepiſſe ſine menſura. Quarta ratio ſumitur ex Chriſti filiatione,*

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

E ¶ tuſancto, ut dicitur in hoc ca. ꝙ ipſe baptizabat: poſtmodum tamen officium baptizandi eodem baptiſmate diſcipulis reliquit, intētus doctrinæ & prædicationi, ſicut & apoſtolus Paulus paucos per ſe baptizauit, ut poſſet prædicationi fidelius intendere, vt habetur. 1. Cor. 1. c. quia ibidē ſubditur: nō. n. miſit me Chriſtus baptizare. ſ. principaliter, ſed euangelizare. & hoc eſt qđ dicit Aug. in epiſt. ad Seleucianā. Credibile eſt apoſtolos fuiſſe baptizatos baptiſmo Chriſti, nec. n. miniſterio baptizādi defuit, vt haberet baptizatos ſeruos, p quos cæteros baptizaret, qui nō defuit humilitatis miniſterio, quādo eis pedes lauit. Autoritas aūt illa, quæ habetur Ioh. vij. f. Nondū erat ſpirituſanctus datus & c. intelligitur de datione ſpirituſſancti in ſigno viſibili. & hoc modo non dabatur in baptiſmo Chriſti ante eius aſcenſionem, dabatur tamen inuiſibilis gratia ſpirituſſancti ſicut & modo. Ad primum dicendum, ꝙ baptiſmus habet efficaciam a paſſione ratione ſuppoſiti diuini: a qua etiam ipſa paſſio virtutem habebat. eadem autem erat perſona ante paſſionem & poſt paſſionem, & per conſequens eadem cauſa efficaciæ fuit in baptiſmo ab inſtitutione ipſius, quando ex tactu carnis Chriſti data eſt aquis virtus regenerādi. Ad ſcđm, patet ex prædictis, ꝙ apoſtoli ante paſſionē fuerūt baptizati baptiſmo Chriſti. Quod autem dictum eſt eis poſtea: Vos autem baptizabimini Spirituſancto & c. non intelligitur de baptiſmo ſacramētali, ſed de infuſione ſpirituſſancti in ſigno viſibili, qui dicitur baptiſmus ſimilitudinarie, quia in baptiſmo, quod eſt ſacramentum, datur gratia inuiſibilis ſpirituſſancti ſub ablutione aquæ viſibilis. G

Lib. epiſtol. 108. epiſt. tom. 2.

In cap. iij. vbi dicitur in poſtilla. Dixerunt agricolæ: hic eſt hæ.

A D D I T I O I.

Super illam declarationem eſt quædam additio, ſcilicet in illo capit. Matth. xxi. vide ibi & c.

In eod. cap. ubi dicitur in poſtil. Ennon Hebraicè dicitur aqua.

A D D I T I O II.

Ennon Hebraice non ſignificat aquam ſed עינות benoth: quod habet hain pro prima litera & n. pro ſecunda. & t. pro tertia ſignificat idem quod fontes.

In eo. ca. ubi dr̄ in poſtil. Nō. n. ad mēſuram dat Deus ſpiritum.

A D D I T I O III.

Poſſunt etiam aliter exponi hæc uerba euangeliſtæ. ſ. Non. n. ad menſuram dat Deus ſpiritum & c. Vno modo ut intelligantur de diuina natura, quam ab æterno pater dat filio, quæ eſt donum infinitum. Et hoc uidetur ſentire glo. quæ in loco dicit: Vt tantus ſit filius quātus & pater. Alio modo poſſunt exponi de dono, quod datum eſt humanæ naturæ, vt perſonæ diuinæ uniatur. quod etiam eſt donum infinitum, prout alia glo. ibidē dicit, Sicut pater plenum genuit verbum, ſic plenum & perfectum unitum eſt humanæ naturæ uel creaturæ: Hæc in glo.

## GLOS. ORD. CAP. IIII.

V Ergo co. Sciebat Ieſus ſcientiā eorū & inuidiā, ꝙ non ideo didicerant de eo, vt eum ſequerētur. ſed perſequerentur. & ideo fugit, docens ſuos cedere malis, non timens, vel euadere eos impotens.

b *Et ba.* Qđ uere dr̄: Ipſe. n. ſemp mūdat in ſpū inuiſibiliter et dono, ſed ei⁹ baptiſmus fit etiam in corpore, q eſt in duobus, ſcilicet in aqua, & uerbo vitæ. vnde Paulus: Mundans eam lauacro aquæ & uerbo uitæ. (Epheſ. 5. e)

c *Sed diſci.* in quorum baptiſmo dabatur ſpiritus, licet non ita manifeſte, ut poſt aſcenſionem datus eſt ineffabili & in excogitabili modo.

d *Reliquit Iu.* i. phariſæos incredulos, qui cogitabant eum perſequi, pp baptiſma ipſius qđ creſcebat, & q a p doctrinā eius legē euacuari intelligebāt. (*ipſo)

F e *Et abijt.* Poſtquā paucos de Iudaico populo ſuſcepit, reliquit incredulos legis literam ſequentes, quæ neminē ad perfectum ducit. *Et abiit in Gal.* i. in ſpiritualem ipſius lr̄æ intelligentiam.

f *In Gal.* In Galilæa trāsformatio dn̄i creditur facta, p quā ſignificatur trāſmutatio humanæ naturæ in priſtinā gloriā. In Galilæa dedit diſcipulis in monte doctrinam, per quam ad vitam tranſituri ſunt credentes.

g *Oportebat.* Inter Iudæā & Galilæam Samaria eſt. i. inter legē literæ, q̄ p Iudæā & diuinas leges circa Deū reuolutas, quarū figura eſt Galilæa, eſt lex naturalis in medio conſtituta, quia ergo ex lege ſumpſit fundamēta eccleſię, oportebat eum ad gentes tranſire conſtitutas ſub lege naturæ, ut cum utriſque in Galilæam ęternæ beatitudinis rediret.

h *Venit er.* Vt agnoſcerent & conuerterentur ad eum Samaritani, uendicantes ſibi hæreditatem patriarchæ Iſrael.

i *Qua di. Si.* Sichar. i. cōcluſio, uel ramus. i. gētilis pp̄s cōcluſus ſub peccato, q eſt ramus de oleaſtro exciſus & oliuæ inſertus. (Roma. 11. c)

k *Erat autem & c.* Quia naturalis ratio non aliunde ſurgit niſi a cauſa omnium bonorum: ideo pulchre dicitur fons eſſe Iacob, id eſt ratio infinita patris altitudine procedens. (Allegor.)

l *Ieſus ergo fatigatus & c.* Allegori Iter Ieſu, carnis eſt aſſumptio, in qua eſt fatigatio, id eſt infirmitas, releuans hominem, quem creauit potentia. ſeſſio eſt humilitas, ☞ Sexta hora.

## CAP. IIII.

a V Tergo cognouit Ieſus, quia audierunt phariſęi, quòd Ieſus

a ¶Quorum conſilio Iohannes eſt captus. a ¶Diſcipuli Ioannis qui maxime fuerunt de Phariſæis. a ¶Vnde magis inuidebant.

b plures diſcipulos facit & baptizat, quàm Iohannes: quamquam Ieſus

¶Id eſt intingeret.

c d * non baptizaret, ſed diſcipuli eius,

a ¶Significat tranſitum de Iudæis ad gentes.

e reliquit Iudæam, & abijt iterum in

a ¶Quia de Galilæa venit Iudæam. b ¶Oſtendit quòd ſicut prædicauit Iudæis, prędicauit & gentibus.

g Galilæam. Oportebat autem eum

h tranſire per mediam Samariam. Venit ergo in ciuitatē Samariæ, quę dici

a ¶i. collectionem fidelium ex gentibus.

i ¶Id eſt agrum.

tur Sichar, iuxta p̄diū quod dedit Ia-

a ¶In figura Chriſti, qui eſt legitimus hæres patriarchę habens hæreditatem in gentibus. b ¶Naturalis intellectus.

k cob Ioſeph filio ſuo. Erat aūt ibi fons

a ¶Suſcepit enim omnia, quæ ſunt noſtræ infirmitatis: ſine peccato. b ¶Iter Chriſti incarnatio.

l Iacob. Ieſus ergo fatigatus ex itinere

acceſſu, ibi: Venit ergo. Circa primū ſciēdū, ꝙ Xp̄o baptizato primo, & diſcipuli eius cōſequēter, ut patet ex dictis, phariſæi cōmoti fuerūt cōtra eū innidia: & ideo volēs dare patiētiæ exēplū, inde receſſit. & ſic occaſionē docēdi gentiles habuit. & hoc eſt quod dicitur: Vt ergo cog. Ieſus quia audi. pha. qđ Ieſus plures diſcipulos f. & ba. q̄ Ioannes. Phariſæi. n. ex inuidia perſequuti ſunt Ioannē, & procurauerūt eū mitti in carcerem: pp qđ dicitur, de Ioāne: Elias iā venit. & fecerūt in eum quęcunq; voluerūt & c. & eodē modo Chriſtum pſequebātur, et eius mortē tādē pcurauerūt. (Mat. 17. b)

b Quamquam Ie. *tunc, licet primo baptizaſſet, vt dictum eſt.*

c Sed di. eius. *In hoc. n. dedit Chriſtus exēplum prælatis eccleſiæ committendi ea, quæ poſſunt fieri commode per inferiores, vt ipſi liberius poſſint in altioribus exerceri.*

d Reliquit Iu. *quia perſequebātur eius doctrinā. Eodē modo dicitur de apoſtolis relinquentibus Iudæam pp eorū incredulitatem. Vobis oportebat primum loqui verbū Dei. ſed quia repellitis illud, & indignos nos iudicatis ęternæ vitę, ecce conuertimur ad gentes: Sic enim præcepit nobis Deus.* H (Act. 13. g)

e Oportebat. *Hic cōſequēter oſtēditur conuenietia doctrinæ Chriſti apud gētiles ex ſuo trāſitu, quia in regno decem tribuum habitabant gentiles, qui tranſlati fuerant a rege Aſſyriorum illuc, captiuatis inde decem tribubus ſicut habetur. iiij. Regum. xvij. Cōueniebant tamen cū Iudæis aliqualiter: quia cum primo fuerunt tranſlati in terram decē tribuum, dominus miſit leones eos deuorantes. & ideo rex Aſſyriorum habito conſilio ſuper hoc miſit unum de ſacerdotibus captiuis, qui doceret eos colere dominum. uerūtamen cum hoc colebant idola, vt ibidem dicitur nec recipiebant omnes libros ve. Teſt. ſed tātum quinq; libros Moyſi, & ſic partim erant Gentiles, & partim Iudæi. Chriſtus autem ueniens de Iudæa in Galilæam habebat tranſire per eorum regionem, & ſic habuit occaſionem docendi eos. & hoc tangitur hic:* Oportebat. *Tota. n. illa regio dicebatur Samaria a nomine ciuitatis metropolis, quæ antiquitus dicebatur Samaria, q̄uis. n. tunc eſſet deſtructa, tamen nomen remanſerat in terra.*

f Venit er. *Hic tertio ponitur opportunitas docendi ex acceſſu, quia acceſſit ad locum delectabilem & quietum & doctrinæ aptum: Tum propter amœnitatem loci: Tum propter fontis ibidem exiſtētis proprietatē. qua ſignat doctrinam Chriſti & gratiam, & ſecundum ꝙ dicitur Iſa. xij. a. Haurietis aquas in gaudio de fontibus Saluatoris & c. & hoc eſt quod dicitur:* Venit ergo in ciuitatem Sa. quæ di. Sichar. *antiquitus dicebatur Sichem, ut habetur Gen. xxxiij.*

h Iuxta præ. *Iacob. n. veniēs de Meſopotamia emit agrū ab Emor principe ciuitatis Sichem, & ibi ad tempus habitauit iuxta vrbē, vt ibidē dicitur: ſed pp raptum Dinæ filiæ ſuæ occiſi ſunt habitatores illius ciuitatis a filijs Iacob, & ſic ceſſit in poſſeſſionem eius, & illum locum dedit Iacob moriens filio ſuo Ioſeph, ut habetur Gen. xlviij.*

h Erat au. ibi fons Ia. *i. puteus, quē ipſe foderat, quando ibi habitauit.*

i Ieſus e. f. ex i. *ex quo apparet ueritas humanæ naturæ ex infirmitate.*

¶ Sedebat

## NIC. DE LYRA. CAP. IIII.

V T ergo co. *Poſtquā euāgeliſta determinauit de effectu gratiæ quo ad Iudæos, hic determinat de deriuatione ipſius quo ad gētiles. Et qa Xp̄i doctrina dupliciter deriuata eſt ad credentes. ſ. p doctrinā & p miracula, vt habetur Mar. vl. d. Sermonē cōfirmāte ſequētibus ſignis, ideo primò agitur de deriuatione eius p doctrinā. ſcđo, p miracula, ibi: Poſt duos dies. Prima in tres: qa primò ponitur doctrinæ Xp̄i opportunitas. ſcđo ipſius qualitas, ibi: Venit mulier. tertiò cōſequēs vtilitas, ibi: Reliquit ergo Hydriā. Primū oſtēditur ex tribus, qa primo oſtēditur ex Chriſti receſſu. ſcđo ex eius trāſitu, ibi: Oportebat. tertio ex acceſſu,* (Diuiſio)

## MORALITER.

* a *Vt ergo cognouit & c.* Sequitur:

i *Ie. ſt fa. etc.* Iſta fatigatio fuit ſignū paſſionis Xp̄i futurę tali hora.

* Venit



☞ Sexta hora, ſexta ætas, qua venit puteus profunditatis huius A ſæculi, Samaritana eccleſia venit non iam iuſta, ſed iuſtificanda. Aqua putei voluntas huius ſæculi, quæ quaſi de profundo extrahitur ſubmiſſis & inclinatis ad eam hominibus, præmiſſa cupiditate quaſi hydria.

a *Sedebat.* Quaſi laſſitudinē releuans. in quo indicatur magiſter, docturus accedentes & poſſeſſurus.

b *Supra.* Fons dicitur vbicūq; manat aqua de terra, ſed ſi in ſuperficie fons tn̄ ſit in profundo, ēt dicitur puteus.

c *Venit.* In figura eccleſiæ de gētibus, quæ prius hauriebat aquā. i. voluptatē de profundo ſeculi, cuius fidē ſitit Ieſus & petit ab ea potari. Grego. Vel mulier. i. ſynagoga; quę venit haurire aquā. i. diſcere hiſtoriā lr̄æ legis: cuius fidē petit Ieſus. Puteus altus, pfunditas myſteriorū legis. Quinq; viri, quinque libri Moyſi, quem nūc habes. i. librū Ioſue. Reliquit hydriam. i. priſtinam conuerſationem. abijt in ciuitatem. i. primitiuam eccleſiam. (commercia habent)

d *Da mi.* Ieſus ſedēs ſupra fontē petit a primitiua eccleſia, quam de gētibus elegerat, potū fidei, qua in eū credat. petit a natura potū rōnis, qua conditor & redēptor inueſtigetur. Apoſtoli miſſi in ciuitatē. i. in mūdū, emere ſpirituales eſcas. i. fidē & actionem & cognitionē, qbus magiſtri ſatiāt ecclię. *Da mi.* Licet Ieſus poſt fatigationē ſitire poſſet, tn̄ hūc potū nō exigit: ſed vt cor ecclīæ gētiū p laboris eius cognitione potus ei efficiatur, deſiderat. († vtique.)

e *Diſcipuli.* In ciuitatem diſcipuli abierūt. ſ. ad Iudæos, qui legis valle muniti, & prophetiæ telis ſunt armati, vt cibos emerent ipſorum. ſ. corda prædicatione fidei Deo præparantes.

f *Dicit er.* Neſciens quē potū petit ab ea, putans ꝙ de aqua. opponit ſe eſſe B de alienigenis vaſculis, quorū ēt conuerſatione nō vtūtur Iudæi. ſed Ieſus qui fidem petebat, ei ſpiritum dare cupiebat, & eam admonet vt petat, ſpiritus eſt aūt & donū Dei & viua aqua.

g *Non. n. c.* Samaritanos Iudæi execrātur et ſupplantatores vocant, quia eos hæreditate patris ſui Iacob priuauerunt abſtinendo a cibis et vaſis eorum.

h *Reſpondit Ie.* Pedetentim & ſimplicibus verbis inſtruit, vt tandem donum Dei, id eſt ſpiritum poſſit accipere.

i *Dicit ei mu.* Aqua viua dicitur nō alia, niſi q̄ vbi oritur, excipitur: de qua mulier carnaliter ſapiēs dixit: Cū hauritoriū nō habeas, et puteus altus ſit, qūo habes aquā viuā: Sed ne forte aliū fontem promittere videretur, ſubdit: Nunquid tu melior es. i. potes melior eſſe Iacob, qui cum ſuis vſus eſt iſto? Contra qđ ergo aperte Chriſtus oſtendit ſe non carnaliter ſed ſpiritualiter loqui, dicens non ſitire eum, qui ſuam aquam biberit.

k *Nunquid tu.* Alienigena Iacob patrem ſuum vocat, quia ipſa ſub lege Moyſi vixerat, et predium, quod Iacob filio ſuo dederat, poſſidebat.

l *Et ipſi ex eo.* De puteo bibunt homines & pecora, et ſimiliter de ratione, quæ quaſi deprauata & obſcurata magno labore foditur, & exercetur. bibunt autem quidam vt homines, qui ea ratione ad bonum vtuntur vt ſancti. Quidam vt pecora, qui vtuntur ea ad malum ut philoſophi.

☞ Qui au-

a b ſedebat ſic ſupra fontem: hora au- a b

a ¶Per quam feruens fides Samaritanorum.

c tem erat quaſi ſextā: venit autem c mulier de Samaria haurire aquam.

d e Dicit ei Ieſus: Da mihi bibere. Di- d e ſcipuli enim, eius abierant in ciuita-

f tem, vt cibos emerent. Dicit ergo ei f g mulier illa Samaritana: Quomodo

a ¶Ex habitu eam cognouit.

tu cum Iudæus ſis, bibere à me po- h ſcis, quæ ſum mulier Samaritana?

¶Cur ho. dixit? a ¶Quia de loco orationis diſcrepabant.

g Non enim † coutuntur Iudæi Sa- i

h maritanis. Reſpondit Ieſus, & di- k

¶Quod eſt ſpiritus Dei.

xit ei: Si ſcires donum Dei, & quis l

¶Dator ſpiritus. ¶Id eſt petit a te fidem.

eſt qui dicit tibi: Da mihi bibere, tu

a ¶Subaudis aquam viuam. i. ſpiritum per quem daretur etiam fides. b ¶Merito fidei.

† forſitan petiſſes ab eo, & dediſſet ti m n o

i bi aquam viuam. Dicit ei mulier: p Domine neque in quo haurias ha-

¶Id eſt profundus.

bes, & puteus altus eſt. Vnde ergo q

¶Quæ niſi hauriatur de imo putei, haberi non poterit.

k habes aquam viuam? Nunquid

¶Maius aliquid nobis dando.

tu maior es patre noſtro Iacob, qui r

a ¶Hunc. ¶Hauritorio aquam extrahens.

l dedit nobis puteum, & ipſe ex eo bi- ſ

a ¶Per quos perfectiores in eccleſia. b ¶Minores, vel prorſus ignorantes.

bit, & filij eius & pecora eius? Re- t ſpondit Ieſus, & dixit ei: Omnis

a ¶Figurali. b ¶Scilicet voluptatem ſæculi, quam talis aqua ſignificat.

qui bibit ex hac aqua, ſitiet iterum. u x

d Dicit ei Ieſus. *Cauſa quare petijt a muliere, ſubditur:* C

e Diſcipuli. n. eius. *& ideo non fuerant præſentes ad dandum ſibi potū.*

f Vt cibos & c. *quia ſuper fontem comedere volebant ſicut pauperes, nec ad magna hoſpitia in villam declinabant.*

g Dicit ergo ei mu. *Cognouit. n. per habitum eum eſſe Iudæum, quia ſicut erāt diſtincti ab aliis in cultu Dei & in corporali circunciſione, ita etiam in veſte: ꝑpter quod Num. xv. d. præcipitur, quòd habeant fimbrias per angulos palliorum.*

h Bibere a me. *de hoc etiam mirabatur. Cuius cauſa ſubditur:*

i Non. n. *licet. n. eſſet Iudæis præceptum ne iungerent fœdus & amicitias cum aliis nationibus, tamen ſpecialiter abominabantur Samaritanos. Tum quia terram eorum pro parte occupauerant. Tum quia multas moleſtias eis fecerant in reædificatione templi & ciuitatis, vt patet. 1. Eſdræ.*

k Reſpōdit Ieſ. *Hic conſequenter ponitur debitus proceſſus in docendo, quia primo docet Chriſtus verbis, ſecundo ſignis, ibi: Dicit ei vade. Prima in duas: quia primò proponit intentum. ſecundo remouet mulieris falſum intellectum, ibi: Reſpondit Ieſus. Habita igitur occaſione loquendi de aqua ſpirituali ex uerbis mulieris:* Reſpondit Ieſus & dixit ei: ſi ſcires donum Dei. *id eſt gratiam ſpirituſſancti, in quo dona dantur.* (Diuiſio)

l Et quis eſt qui di. *quia potens eſt & paratus gratiam ſpirituſſancti dare omnibus petentibus eam fideliter & deuote.*

m Tu forſitan. *hoc dicit propter liberi arbitrii uertibilitatem.*

n Petiſſes ab eo. *quia gratia nō datur adultis de cōi lege ſine motu proprio in Deum.*

o Et de ti. aquam. *i. ſpirituſancti gratiam, quia æſtum concupiſcentiæ refrigerat et per deuotionem humectat. Dicitur ergo aqua viua ad ſimilitudinem aquæ in corporalibus, vbi dicūtur aquæ uiuæ, quæ cōtinuātur principio ſuæ ſcaturiginis. Aquæ aūt mortuæ dicūtur illæ, quæ ſunt collectæ in lacubus & ciſternis. gratia autem ſpirituſſancti cum ipſo ſpirituſancto contiguatur: quia gratia nō eſt in anima, niſi ſpirituſſanctus ſpeciali modo habitet in ipſa. & quia mulier erat aſſueta incorporalibus, intellexit uerbum Chriſti de aqua corporali: ideo ſequitur:* D

p Dicit ei mu. *q. d. nō potes mihi dare aquā viuam de iſto puteo, quia non habes inſtrumentum ad hauriendum, & puteus eſt ita profundus. quod non poſſes attingere cum manu.*

q Vnde ergo ha. aquam. *q. d. nō potes mihi dare niſi tu faceres hoc miraculoſe, quod non videtur: quia tunc tu eſſes maior patriarcha Iacob: quod non uidetur. & hoc eſt quod dicitur:*

r Nunquid tu. & c. *qui fuit contentus aqua huius putei. ideo ſequitur:*

ſ Qui dedit nobis puteum. *inquantum fodit ipſum, vt prædictum eſt. quod non feciſſet, ſi aquam viuam pro voluntate ſua aliunde habere potuiſſet.* Et ipſe ex eo bibit & filii eius & pecora eius.

t Reſpondit Ieſus & dixit eis. *Hic remouet falſum intellectum huius mulieris, oſtendens quòd non loquebatur de aqua materiali, ſed ſpiritu. & hoc eſt quod dicitur:* Reſpondit Ieſus & dixit ei.

u Ex hac aqua. *ſcilicet materiali, de qua tu intelligis.*

x Sitiet iterum. *quia non ſedat ſitim niſi ad tempus.*

¶ Qui au-

## NICOLAVS DE LYRA.

§ a Sedebat ſic. *propter loci aptitudinē ad quieſcendū & docendum.*

b Hora autem. *Hoc dicitur ad oſtendendum cauſam fatigationis, quia per magnum tempus ambulauerat peditando.*

c Venit mu. *Poſita docēdi opportunitate, hic cōſequēter ponitur qualitas doctrinæ. Et diuiditur in duas: qa primò ponitur in docēdo cōueniēs ingreſſus. ſ. đo, debitus pceſſus, ibi: Reſpōdit Ieſus. Cōueniēs igreſſus fuit p hoc, ꝙ Xp̄s petijt a muliere potū corporalē volēs ſibi reddere potū ſpūalem, qa modus inſtructionis humanæ eſt qđ a ſenſibilibus ad intelligibilia deducatur. & hoc ē qđ ſubditur:* Venit mu. de Sa. *Samaria hic nō eſt nomē ciuitatis, ſed gētis vel regionis, quia illa mulier fuit de ciuitate Sichem, q̄ tūc metropolis Samaritanorū, vt dicit Ioſephus. xi. antiquitatū. Samaria. n. erat deſtructa & reædificata, tamen nomine eius mutato, quia tunc Sebaſte dicebatur, vt habetur. xiij. li. antiquitatum.* (Diuiſio) (Ioſephus)

Dicit

## MORALITER.

* c *Venit mulier de Samaria.* Per hāc mulierem quæ gentilis erat, intelligi poteſt uniuerſitas ſtudentium in doctrina gentilium.

d *Dicit ei Ieſus. Da mihi bibere.* Per hoc ſignificatur, quod intendebat aliquos peritos in doctrina gentilium ſibi incorporare per fidem, ſcilicet, Dionyſium, Ambroſium, Auguſtinum.

h *Quomodo tu cum Iudæus ſis bibere a me poſcis quæ ſum mulier Sam.* hoc admiratiue dicitur: quia quando tales ſicut Dionyſius & cæteri ad fidem conuertebantur, alii de gentilitate mirabantur.

k *Reſpondit Ie.* ac ſi dicat: O tu gentilitas, ſi ſcires gratiam Dei tibi concedendam, tu non mirareris, ſed eam peteres precibus deuotis: & hæc gentilitatis ignorantia magis deſignatur, cum ſubditur:

q *Vnde ergo hab. & c.* quia gentilitas ignorabat Chriſti potentiam.

u *Omnis qui bi. ex a.* id eſt ex gentilium doctrina.

x *Sitiet ite.* nam philoſophi de felicitate loquentes, non attigerunt ad aliquod, quod eſſet humani deſiderii quietatiuum, quod tamē eſt de ratione felicitatis. Illi uero, qui magis appropinquauerūt ueritati, poſuerunt felicitatem hominis in ſpeculatione primæ cauſæ, quæ tamen ſpeculatio eſt per creaturas: de qua certum eſt per expe-

* rientiam,

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

E *a Qui au.* Quicunq; meę prædicationi cor accommodauerit & gratiæ donum cognouerit, fides, quæ per dilectionem operatur, in eo naſcitur: & ſic tandem in uitam tranſibit æternã. Gal. 5. b

*b Aquæ.* Aqua corporalis deorſum fluit, aqua ſpiritualis ſurſum ſalit, & fecit eos, qui eã bibunt, in æternã gloriã ſubuehit.

3. Reg. 19. b *c Dicit ad.* Delectata promiſſione dñi, volẽs nõ ſentire vt exoneraretur his laboribus, adhuc carnaliter putat promitti ſibi. ſicut Eliæ datũ eſt. xl. diebus non eſurire, neq; ſitire. ſed volens Ieſus ut illa iam intelligat, dicit.

*d Vade u.ui. &c.* vt eo duce ad cõtẽplationem ſpiritualis intelligentiæ aſcẽdas. *Vade uo. ui. tu.* Tu ſenſualis voca rationalẽ intellectũ, quo vt uiro regaris, tu q̃ mõ carnaliter ſapis, hunc ego lux & caput uiri illuminabo. Q. Hæc quæ dico nõ carnaliter, ut tu aĩalis facis, ſed ſpiritualiter ſunt intelligenda, & ductu rationis accipienda: & ideo tu para intellectum mihi & ueni, intelligendo hæc ſpiritualia quæ dico. † 32. q. 2. q. poſt princ.

*e Reſpondit mu.* Reuera hęc mulier tũc nõ habebat uirum, ſed utebatur quodam nõ legitimo, de quo reſpondet adhuc carnaliter ſapiẽs, qui nondum uocauerat uirum id eſt intellectum.

*f Dicit ei Ie. Bene di.* Paulatim eã attollens adhuc myſteria loquitur, ut paulatim perduceret eam ad cognoſcendũ quis cũ ea loqueretur. Et nõ opus bonũ, nõ prudẽtẽ mulieris laudat rñſionẽ, ſed ueritatis laudat cõfeſſionẽ.

Quinque leges humanæ naturæ. *g Quinq; n. ui.* Quinq; uiri, ſunt quinq; leges humanæ naturæ datæ. Prima, in paradiſo ante peccatũ in prohibitione ligni. Gen. 2. c Secunda, poſt pręuaricationem & expulſionem de paradiſo, de multiplicatione humanæ propaginis. Ibidem. 6. c Tertia, Noe ante diluuium de fabricanda arca. Ibidẽ. 10. a Quarta, poſt diluuium de diuiſionibus gentiũ. Ibidẽ. 21. b Quinta, Abraham de circunciſione & immolatione filij. His quinq; legibus quaſi quinq; uiris humana anima ab initio mundi uſque ad Moyſen ſubiecta fuit: Poſtea F data eſt lex literæ, quę nullam ſalutem contulit. unde dicitur: Quem nunc habes, non eſt tuus uir. Dimitte literam, uade ad ſpiritum literæ, ad nouum Teſtamentum, a quo ſpiritualem uirtutum prolem concipias. Aug. Quinq; uiri. i. quinq; ſenſus corporis te rexerunt, nunc in tempore diſcretionis non te regit uir. i. intellectus ſapientiæ ſed adulter. i. error corrumpit, dũ carnaliter, quæ dico accipis. & ideo uoca uirum, ut(ſicut dico) ſpiritualiter intelligas. Ideo quinq; ſenſus in minori ætate dicuntur uiri, quia ſunt legitimi. Poſt lapſum. n. hominis, & decreto Dei naturaliter regitur illa ętas: non ad æterna, ſed ad iſta temporalia appetenda ſi mulcent, uitanda ſi offendunt. In Euange. Io. c. 4. trac. 15. poſt me. tom. 9.

*h Quia pro. es tu.* Mulier ex auditis proficiens, iam cœperat aliquatenus habere intellectum: unde & prophetam uocat, ſed non plenum, quia non credit ueniſſe Chriſtum.

*i Patres no. &c.* Propheta es tu: & iõ iudica de hac cõtẽtione, q̃ me mouet. Iudæi ſe p̃ferebãt ſamaritanis p tẽplo qđ ędificauit Salomon

¶Promittit ſacietatem ſpiritus, quæ fiet in reſurrectione quia apud eum eſt fons vitæ quo inebriabuntur.

Qui autem biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non ſitiet in æternũ: ſed aqua, quam dabo ei, fiet in eo fons aquæ ſalientis in vitam æternã. Dicit ad eum mulier: Domine da mihi hanc aquam, ut non ſitiam, neq; ueniam huc haurire. Dicit ei Ieſus:

¶Id eſt rationalem intellectum.

†Vade uoca uirum tuum, & ueni huc. Reſpondit mulier, & dixit: Non habeo uirum. Dicit ei Ieſus:

¶Quia uere dixiſti.

Bene dixiſti: quia non habeo uirum.

¶Dum dicit aliquid quod ab eo non audiuit, probat ſe non ab ea didiciſſe, quod uirum non habet, ſed ex diuinitate ſciſſe.

Quinq; enim viros habuiſti, & hunc quẽ habes, nõ eſt tuus uir: hoc † uere

¶Quod.

dixiſti. Dicit ei mulier: Dñe uideo q̃a

¶Vere es propheta, quia oĩa noſti. ¶Iacob & filij eius.

propheta tu es. Pãtres noſtri in mõte

*d* Dicit ad eum mulier Domine da mihi. *quamuis enim ad plenum non intelligeret verba Chriſti, tamen audiens huius aquę bonitatem, petijt eam, & ſubdit cauſam.* G

e Vt non ſitiam neque ve. *id eſt vt liberer a ſitis ardore: & a labore veniendi huc hauriendi & deportandi.*

f Dicit ei Ie. *quia adhuc non poterat capere hæc mulier verba Chriſti, ideo conſequenter procedit ad ſigna. Et diuiditur in duas: quia primò inſtruit eam per reuelationem ſecreti. ſecundo per ſolutionẽ dubij ibi: Dicit ei mulier: Secretum autem iſtud erat quia mulier adulterum tenebat, qui tamẽ ab omnibus hominibus loci illius credebatur eſſe maritus eius & ideo per hoc quod Chriſtus hoc ſecretum mulieri dixit, oſtendit ſe ſcire peccata occulta, & hoc eſt quod dicitur:* Dicit ei Ieſus: Vade uoca uirum tuum. *ſcilicet putatiuum.* Diuiſio

g Et ueni huc. *hoc non dixit Ieſus ad hoc ut illa mulier eum adduceret ad ſe: ſed ut ex reſponſione eius conuenientius ipſam argueret, ſecretum reuelando. unde ſequitur.*

h Reſpondit mulier & dixit ei: Non habeo uirum. *ſcilicet legitimum.*

i Dicit ei Ie. *exponendo eius dictum.* Bene dixiſti: *quia non habeo virum. Et ſubditur:*

k Quinq; enim ui. ha. *id eſt legitimos.*

l Et nunc quem ha. non eſt tuus uir. *ſecundum ueritatem. ideo ſequitur:* † verum

m Hoc uere di. *quaſi diceret: Illud, quod alias finxiſti eũ eſſe virũ tuũ, mẽdacium eſt.* Diuiſio

n Dicit ei mul. *Hic conſequenter inſtruit eam per ſolutionem dubij. Et diuiditur in duas: quia primo ponitur ipſius Ieſu inſtructio. Secundo mulieris reſponſio, ibi: Dicit ei mulier: Scio. Circa primam partem ſciendum, quod mulier percepit eum eſſe prophetam ex hoc quod eius ſecretum cognouerat ideo conuertit ſe ad interrogandum eum de quodam dubio, quod inter Iudæos & Samaritanos uertebatur. Et diuiditur in duas: quia primo ponitur mulieris interrogatio. ſecundo Chriſti reſponſio ibi: Dicit ei Ieſus. Circa primum ſciendum, quod Iudæi reuertentes de captiuitate Babylonica noluerunt Samaritanos aſſociari ſibi in ædificatione templi, ut habetur. 1. Eſdræ. iiij. a. Et ideo fecerunt ſibi locum adorationis diuinæ in monte Garizim, ut dicunt aliqui. Ioſephus autem aſſignet aliam rationem, dicens quod quidam Iudæus nomine Manaſſes accepit filium principis Samaritanorum. Et quia apud Iudæos ſummũ ſacerdotium erat ualde honorificum, rogauit ſocerum ſuum, vt faceret ſibi templum in Garizim, ut ibi ſacerdotio fungeretur, ut habetur. xi. antiquitatum. Samaritani igitur dicebant: quia hic locus magis erat conueniens orationi q̃ templum Ieroſolimitanum. Iudæi autem contrarium dicebant, & erant rationes ad utramque partem: & ideo mulier uoluit audire a Ieſu circa hæc ſuam ſententiam. & hoc eſt quod dicitur:* Dicit ei mulier: Domine, H Ca. 7. circ. ſ.

o Video. *per effectum ſcilicet per reuelationem ſecreti.*

p Quia pro. tu es. *Inſtrue igitur me de loco debita orationis. Et arguit quod locus Garizim ſit conuenientior: per hoc quod antiqui patres ueteris Teſtamenti ibi adorauerunt. quia filij Iſrael ingrediendo terram promiſſionis, in loco illo benedixerũt Deum, vt habetur Deut. xxvij. b. Similiter Iacob patriarcha & filij eius prope illum manſerunt, ut ſupra dictum eſt. & ideo in illo loco orationes & ſacrificia fecerunt, quia ante ædificationem templi Iudæi. in montibus adorabant & ſacrificabant, ut patet de Abraham & de Salomone & in alijs multis, ideo probabile eſt, quod Iacob & filij eius in monte Garizim adorauerunt, & hoc eſt quod dicitur:* Gen. 13. a 3. Reg. 3. a

q Patres noſtri in monte hoc adora. *Vocabant. n. Samaritani patres* ¶ *ueteris*

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ a Qui autem bi. ex &c. *id eſt gratia ſpirituſſancti.*

b Non ſitiet in æter. *Sed contra hoc uidetur illud Eccle. xxiiij. c. Qui bibunt me, adhuc ſitient. Vbi loquitur de aqua ſapientiæ. Dicendum, q ſitis in uno modo accipitur pro deſiderio alterius rei non habitæ. et ſic omnis res temporalis adepta magis generat ſitim quàm tollat, quia cupiditatem augmentat. Similiter aqua corporalis, quia non habet effectum niſi ad tempus oportet iterum quòd alia aqua numero ſumatur ad ſedandũ ſitim, & ſic ſit interruptio. Alio modo accipitur ſitis pro deſiderio einſdem rei habitæ, ad habendum eam perfectius. & ſic habentes Deũ per gratiam, ſitiunt habere ipſum per gloriam. Et hoc modo loquitur autoritas Eccleſiaſtici præallegata. Tertio modo accipitur ſitis pro excluſione faſtidij a delectatione habita. & ſic beati dicuntur Deum ſitire. Cum ergo dicitur hic:* Non ſitiet in æternum: *intelligitur de ſiti primo modo dicta, quia habens gratiam Dei, habet Deum: & ideo non deſiderat aliquid quod non habeat, ſed deſiderat Deum, quem habet, habere perfectius. ideo ſequitur:* Sitis accepta triplex

c Sed aqua quam &c. fons aquæ ſa. in ui. &c. *quia per gratiam ſpirituſſanctus inhabitat mentem, qui eſt origo gratiæ facientis hominem ſalire in uitam æternam. Naturale eſt enim, q aqua tantum aſcendere poteſt quantum deſcendit: & ideo ſicut aqua gratia a Deo in nos deriuatur, ita per ipſam anima ad Deum eleuatur: quia per ipſam conſors diuinæ naturę efficitur, ut dicitur ſecunda Petri primo. Magna & precioſa dona donauit vobis, vt per hoc efficiamini diuinæ conſortes naturæ.*

Dicit

## MORALITER.

✱ rientiam, quod hominis deſiderium non quietat.

*a Qui autem biberit ex aqua quam ego dabo ei, non ſitiet in æternum.* Quia doctrina euangelica felicitatem perfectam, quæ conſiſtit in viſione & fruitione Dei oſtendit, & gratia(quæ datur credentibus euangelio) ad illam perducit: ideo ſequitur:

*b Sed aqua quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ ſalientis in uitam æternam. Dicit ei mulier: Domine da mihi hanc aquam ut non ſitiam neque ueniam huc*, nam Gentilitas audita pdicatione apoſtolorum & aliorum diſcipulorum deuote recepit fidem Chriſti.

*f Dicit ei Ieſus: uade voca virum tuum.* per quem ſignificatur intellectus, qui ad capiendum Chriſti doctrinam eſt applicandus.

*o Domine uideo quia propheta.* per hoc enim quod hæc mulier quæſiuit a Chriſto debitum adorationis modum, ſignificatur quod Gentiles unius ueri Dei cultum receperunt, & idololatriam abiecerunt.

✱ *Et con-*



E uit Salomon, in quo adorabant. Econtra Samaritani aduerſum Iudæos pro mõte, in quo & non in templo prs adorauerunt, qui Deo placuerunt. Et ſic patriarchæ in montibus, Iudæi in templo adorauerunt: præfigurãtes modũ bene orãdi.

*a Mulier.* In hoc loco dñs iactãtiã Samaritanorũ reprimit, q putabãt ſe nõ minoris religionis fuiſſe q̃ Iudæos. Loquitur ergo in perſona prophetarum et oĩm, qui in Chr̃m credũt. uñ ait: Vos adoratis patrẽ quẽ neſcitis, quia nullus adorat patrẽ niſi filiũ adoret, p quẽ ad noticiã patris venitur: ſed nos ſcimus filiũ, & p filiũ patrẽ. uñ ſeq̃t: q̃a ſalus ex Iudæis eſt &c. i. q̃a Chr̃s, q eſt ſalus, ex Iudæis eſt, nõ ſolum origine carnis ſed etiam ex eis orta eſt fides & primitiua eccleſia.

Iſaie 7. b *b Crede mi.* Quia iam eſt in te vir, qui poteſt credere & ideo crede: quia niſi credideris, non intelliges.

*c Quando neq; in mo.* Ecce pariter mõs ueſter & tẽplũ Iudęorũ reprobabitur: ſed in hoc eſtis impares, q vos Samaritani adoratis qđ neſcitis: ſed nos Iudęi nõ oẽs, ſed electi adoramus quod ſcimus, quia nobis cognitio Dei teſtamentũ, prophetia promiſſa, de nobis Chriſtus. & hoc eſt, quia ſalus ex Iudæis eſt: ſed quamuis ita ſimus differentes, tñ non præfero locum Iudæorum loco Samaritanorum et hoc eſt: ſuentura eſt

*d Sed ve. ho. & nũc eſt, qu.* Priuſquam venirem in carne, nemo potuit adorare patrem in ſpiritu & ueritate, præter patriarchas & prophetas, quibus mea incarnatio reuelata fuit: ſed per meã pręſentiã carne fient ueri adoratores.

*e In ſpi. & ve.* non in templo, non in hoc monte, ſed interius in intimo tẽplo cordis & in veritate cognitionis patrem eſſe adorandum.

*f Spiritus eſt Deus.* Cum Deus ſit ſpiritus & non corpus, non quærit corporeum locum, mõtẽ vel tẽplũ in quo oretur. ſed ſpiritus purus eſt eius templum, in quo oretur, non de uiſibilibus, quæ tranſeunt, ſed de æternis quæ ueritas ſunt. F ſinterim

*g Scio quia meſ.* Iam per uerba docentis amplius prouecta, ſcit a quo perfecte debeat inſtrui, id eſt a Meſſia.

*h Ille no.* Qualiter ſpreto templo uel mõte in ſpiritu & ueritate adoremus oſtendet: ut abiectis umbris ueritate illuſtremur.

*i Ego ſum qui lo.* Quem venturum expectas, ueniſſe cognoſce: & adducto tecum uiro qui te regat, quæ fidei ſunt neceſſaria diſcere labora. Et quia ſciebat iam quis eam poſſet docere, cũ eum iam docentem non agnoſceret, digna erat, cui ipſe ſe manifeſtaret. unde dicit: Ego ſum Meſſias. qua manifeſtatione accepta, nõ habet quid ultra quærat. Vnde ſequitur: Reliquit ergo hydriam &c. Sed Euangeliſta interſerit de diſcipulis.

*Et mi-*

¶Iudæi.

hoc adorauerunt, & vos dicitis, quia

¶Templum. ¶Quaſi alibi nemo poſſit placere Deo.

Ieroſolymis eſt locus, ubi adorare

¶Quia iam cœpit intelligere, ſuperaddit. ¶Quia iam eſt in te uir qui poteſt credere, & ideo crede, quia.

oportet. Dicit ei Ieſus: Mulier crede mihi, quia veniet hora, quando

¶Cum ablata umbra lux ueritatis irradiauerit, ut appareat in locis non eſſe Deum ſed in puris mentibus.

neq; in monte hoc, neq; in Ieroſolymis adorabitis patrem. Vos adora-

¶Quia ueri Iudæi non eſtis.

¶Quorum patribus promiſſus eſt Chriſtus.

tis quod neſcitis, nõs adoram⁹ quod

¶Per legem & prophetas.

ſcimus: quia ſalus ex Iudæis eſt. Sed

¶Cum ſpiritus poſt meam reſurrectionem dabitur. ¶Cum aliqui mihi firma fide adhærent.

† venit hõra, & nunc eſt, quando veri adoratores adorabunt patrem in

¶Non de uanis.

ſpiritu & veritate. Nam & pater ta-

¶Adorantes in ſpiritu & ueritate agnitionis. ¶Quia.

lẽs quærit, qui adorent eum. † Spiritus eſt Deus: & eos qui adorãt eum in ſpiritu & veritate oportet adorare. Dicit ei mulier: Scio quia Meſſias

¶Quaſi veniet. ¶Finis legis & prophetarum.

uenit, qui dicitur Chriſtus. Cùm ergo venerit, ille nobis annunciabit

¶Quæ ad cultum ſuum & patris pertinent.

omniã. Dicit ei Ieſus: Ego ſum qui loquor tecũ. & † continuò venerunt

*& ceremoniæ Iudæorum conuertanda erant in ſpirtualem nouæ legis cultum diuinum. veruntamen quia ante publicationem euangelij cultus Iudæorum erat licitus & bonus, non ſic autem cultus Gentilium, ideo ſubdit Saluator:* G

i Vos adoratis quod neſcitis. *Attribuere enim Deo illud quod ſibi non conuenit, ut quod ſit corporeus uel aliquid huiuſmodi, eſt ipſum neſcire, hoc autem faciebant Gentiles, & maxime iſti Samaritani, Iudæi uero habebant veram cognitionem de Deo, ut dicitur Pſalm. lxxv. a. Notus in Iudæa Deus. ideo ſequitur:*

k Nos adoramus quod ſcimus. *Et quia uera cognitio Dei per legem & prophetas erat conceſſa populo Iudaico, ſicut & alia beneficia ſpiritualia & diuina, propter hoc quod Chriſtus erat naſciturus ex eis, ideo ſubditur:*

l Quia ſalus ex Iudæis eſt. *id eſt Saluator ex eis expectatur. Et quia per ipſum Saluatorem cultus ceremonialis legis conuertendus erat in ſpiritualem ritum nouæ legis, ut dictum eſt: ideo ſequitur:*

m Sed venit hora &cæ. *quia a tempore prædicationis Chriſti incœpit publicatio euãgelij, per quam introductus eſt uerus & perfectus cultus diuinus. vnde ſequitur:*

n Quando ueri ad. &c. *per hoc excluduntur figurales ceremoniæ legis.*

o Et ueritate. *per hoc excluditur falſitas quæ erat in cultu Gentilium, quia utrumq; amotum eſt per Chriſtum. & quod talis cultus nouæ legis ſit Deo acceptus, oſtenditur diuina acceptatione, cum ſubditur:* † 24. q. 1. c quidã vet. anthropomorphæ.

p Nam & pater quęrit tales qui adorant eum. *ex aſſimilatione ad Deum, qui eſt ſpiritualis naturæ, & ideo ei magis conformamur per ſpiritualia quàm corporalia, et hoc eſt quod dicitur:*

q Spiritus eſt Deus: & eos qui adorant eum, in ſpiritu & ueritate oportet. *quia oratio eſt aſcenſus mentis in Deum: & ideo requirit conformitatem ad ipſum ſecundum quod eſt poſſibile.* H

r Dicit ei mulier. *Hic ponitur mulieris reſponſio, erat enim opinio non ſolum apud Iudæos ſed etiam apud Samaritanos, quod in aduentu Meſſiæ inſtruerentur perfecte de omnibus pertinentibus ad ſalutem, & ideo mulier non capiens ad plenum uerba Chriſti, dicit ſe & alios tempore Meſſiæ de his ad plenum inſtrui, & hoc eſt quod dicitur:* Dicit ei mulier: ſcio quia Meſſias uenit. *id eſt in proximo venturus eſt. Sicut enim dictum eſt: Samaritani receperunt quinque libros Moyſi. & Gen. xlix. b. datur ſignum de aduentu Chriſti, ſcilicet tranſlatio regni Iudæorum, cum dicitur: Non auferetur ſceptrum de Iuda, & dux de femore eius, donec ueniat, qui mittendus eſt. Ipſi autem uidebant hoc eſſe completum tempore Herodis regis: ſub quo natus eſt Chriſtus, & ideo apud eos erat fama communis, quod Chriſtus erat de proximo uenturus: & ideo ſic loquebatur mulier, quia ex fama communi audierat.* 2. Cor. 3. d

ſ Qui dicitur Chriſtus. *id eſt unctus: quia Chriſtus expectabatur rex & ſacerdos: & utrumque officium per unctionem accipiebatur.*

t Cum ergo uenerit, ille nobis annunciabit omnia. *ad ſalutem neceſſaria, quæ ſunt nunc occulta: Igitur Ieſus uidens eius deuotionem conuenienter ſe ei reuelat dicens:*

u Ego ſum qui loquor tecum. *quaſi dicat modo eſt tempus ueritatis reuelandæ.*

x Et continuò venerunt diſcipuli. *Hic ponitur fructus conſequens ex doctrina Chriſti: quia hæc mulier docta a Chriſto ſtatim iuit ad ciuitatem, & adduxit ad Ieſum populi multitudinem ad credendum paratã. Diuiditur ergo in duas: quia primo ponitur mulieris receſſus, ſecundo ex hoc ſequens populi acceſſus, ibi: Exierunt. Receſſit igitur mulier a Chriſto, quia ceſſauit loqui cum ea uenientibus diſcipulis de ciuitate: & hoc eſt quod dicitur:* Et continuo uenerunt diſcipuli eius, & mirabantur, quia cum. *non propter ſuſpitionem aliquam, ſed mirum erat, quod tantus doctor alloquebatur unam ſolam mulierem pauperculam & Gentilem: quia uidebatur eis parua aut nulla utilitas, cum tamen eſſet magna ut patebit ex ſequentibus.* Diuiſio

¶ Nemo

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ *veteris Teſtamenti patres ſuos, quia receperunt quinq; libros Moyſi. & in parte erant Iudæi, vt dictum eſt.*

a Et uos. *id eſt Iudæi.*

b Dicitis. *econtrario.*

c Quia Ie. &c. *q. d. Nõ videtur cõueniẽs illud qđ dicitis, ratione prædicta, Sciendũ tamẽ q locus conueniẽtior erat in Ieruſalẽ: quia erat à Deo electus, vt eſſet locus adorationis & ſacrificij, vt habetur. ij. Para. vi. a.*

d Dicit ei Ieſus. *Hic ponitur Chriſti reſpõſio. mulier. n. deuote petierat eum, quia cognoſcens eum prophetam non conuertit ſe ad quærendum de curioſitatibus, ut de euentu futurorum, & conſimilibus: ſed de modo uel loco colendi Deum: ideo inſtruit eam di.*

Ba. 12. b Iſaie 7. b e Mulier crede mihi. *quia accedentem oportet credere. Niſi credideritis, non intelligetis, ſecundum tranſlationem Lxx.*

f Veniet hora *ſcilicet tempus publicationis euangelii.*

g Quando neq; in mon. *quia cultus Gentilium tunc ceſſauit.*

h Neq; in Ie. ado. pa. *quia templum diuina diſpoſitione deſtructum eſt xlij. anno poſt paſſionem Chriſti, ut ſic deuotio populi curreret ad Chriſtum, & ex Gentilibus & Iudęis fieret unus populus Chriſtianus, ſubtracto eo, quod impediebat hanc coniunctionem, ex utraq; parte, quia idololatria Gentilium erat abominabilis Iudæis, & onus ceremoniarum legalium erat importabile Gentilibus: & ideo per Chriſtum vtrunque eſt amotum per publicationem euangelij. ideo ex Iudæis & Gentilibus factus eſt unus populus Chriſtianus, & ſic patet, quòd Chriſtus eam inſtruxit de vero cultu diuino in proximo futuro, quia idololatria Gentilium & ce-*

## MORALITER.

✱ *a Et continuo uenerunt diſcipuli eius & mi.* per hoc ſignificata fuit admiratio Iudæorum in conuerſione Gentilium, ſicut habetur Act. x. g. quod Iudęi, qui erant cum Petro, fuerunt admirati quãdo uiderunt gratiam ſpirituſſancti dari Cornelio & alijs Gentilibus, exiſtentibus cum eo.

✱ *Reliquit*

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL.ES

*a Et mi.* Non mirabant̃ ꝙ cũ muliere loquit̃,cũ qbus loq cõ-
E ſueuerat,ſed qa cũ alienigena,ignorantes myſteriũ eccłiæ de
Luc. 19.b gẽtibus futurę.Et nõ malũ ſuſpicant̃, ſed clemẽtiã mirant̃,qa
gentilẽ erroneã docet, ſicut qui venit quærere,quod perierat.
*b Reliquit &c.* Audito, ego ſum,iam habẽs in intellectu mulier Chriſtũ caput viri, reliquit hydriã.i. cupiditatẽ, & cucurrit euangelizare. Hic diſcant euangelizaturi prius deponere curam,& onus huius ſeculi.
*c Venite & vi.* Pedetentim inducit ad veritatem illos rudes.nec ſtatim affirmat Xp̃m, ne iraſcerẽt et indignarẽt.
*d Nunquid aliquis at.* Nõ auſi ſunt interrogare dñm, timentes ne ab eo reprehẽdãt̃, ſi incaute interrogauerint.
*e Meus ci.eſt* Non intellexerunt eſcã, ſicut mulier ſupra nõ intellexit aquã. vnde magiſter eos inſtruit,nõ per circuitum ut illam, ſed iam aperte dicẽs: *Meus cibus eſt.vt fa.&c.*
*f Voluntatem eius.* patris. Voluntas patris eſt,vt credatur in eum.i. in filium quẽ ipſe miſit. Opus patris eſt noſtra ſalus: Chriſti ergo cibus,noſtra fides & noſtra ſalus. Facit ergo voluntatẽ, docendo credere in ſe.facit opus, maturando myſterium redemptionis.
*g Nonne uos.* Cum quærat fidem & ſalutem populorum, feruet in opus; & operarios mittere diſponit.
*h Leuate ocu.* Intellectu mentis conſiderate. ꝙ tranſacta hyeme.i. infidelitate, adeſt calor fidei & parata ſunt corda,ut opera iuſticiæ ex eis colligatis.q.d.Iuuate ad implendum voluntatem patris.Et bene poteſtis,quia parata eſt meſſis.i. uidete gentes facile credentes. (De pę.di. 3. c. inter hæc hircũ. 1.in fi.)
*i Et qui me.* Putatis quatuor menſes eſſe uſq; ad meſſem:ſed ego aliam meſſem oſtendo uobis albam & paratã,
F vnde & eos, quos mittit, exhortat̃,& hoc eſt.*& qui metit merced.m ac.*
*k Vt & qui ſe.* Vtroq; opus erat,ſeminatore & meſſore: quia in hoc apparet probabile verbum:quia alius ſeminat,alius metit:niſi.n.parati eſſent.ꝑ prophetas non audirent apoſtolos.
Ego

a diſcipuli eius & mirabantur, quia
cum muliere loquebatur. Nemo ta- a
men dixit. quid quæris, aut quid lo-
b queris cum ea? Reliquit ergo mu- b
a Hydor Græce aqua Latine,inde hydria.
lier hydriam ſuam, & abijt in ciuita-
c tem, & dixit illis hominibus: Veni- c d
te, & videte hominem, qui dixit mi-
hi omnia quæcumq; feci. Nunquid e
a Exitura ciuitate,cum exitura mundanis.
ipſe eſt Chriſtus? Exierunt de ciui- f
a Ignorantiæ. b Nota facilitatem gentium ad fidem, & duriciam Iudæorum.
tate, & veniebant ad eum. Interea g
Alias interrogabant. Qui attulerant cibos.
rogabant eum diſcipuli dicentes: h
Rabbi, manduca. Ille autem dixit i
Conuerſionem Samaritanorum.
eis: Ego cibum habeo manducare, k
quem uos neſcitis. Dicebant ergo l
d diſcipuli ad inuicem: Nunquid ali-
quis attulit ei manducare? Dicit eis
Id eſt iſtos credere.
e Ieſus: † Meus cibus eſt, vt faciam m
Per mortem & paſſionem.
f volũtatem eius, qui miſit me: vt per-
g ficiam opus eius. Nonne vos dicitis, n
quòd adhuc quatuor mẽſes ſunt, &
h meſſis venit? Ecce dico vobis: le- o
Mentis.
uate oculos veſtros, & videte re-
a Corda hominum. b Q. Sicut iam vicina eſt meſſis terræ,ita & meſſis hominum.
giones, quia albæ ſunt iam ad meſ-
i ſem: & qui metit, mercedem acci- p
pit, & congregat fructum in vitam q r
Id eſt prophetæ.
k æternam: vt & qui ſeminat, ſimul ſ
Apoſtoli,qui etſi,diſpares temporis labores, tamen eandem mercedem habuerunt.
gaudeat, & qui metit. In hoc enim t
Euangelij.
verbum eſt verum: quia alius eſt u

i Ille autem dixit eis. *Habita occaſione ex cibo corporali,incipit loqui de cibo ſpirituali, ſcilicet de conuerſione Samaritanorum, qui per eius prædicationem ſunt ei incorporati:vnde ſubditur:* G
k Ego cibum habeo. *q.d.alius cibus plus me delectat.*
l Dicebant ergo diſcipuli adinuicem: Nunquid aliquis attulit ei manducare. *Intellexerant.n. verbum iſtud de cibo corporali,& ſciebant ꝙ nihil portauerant in uia comeſtibile: ideo quærebant ſi habebat aliunde, ideo Chriſtus exponit ſe dicens.*
m Meus cibus eſt,vt fa.uo. eius qui miſit me. *in Gentilium conuerſione,quia ſecundum quod dicitur. 1. Timot.ij.b. vult omnes homines ſaluos fieri,& ad agnitionem veritatis uenire. Et quod inſtet tempus hoc faciendi,oſtendit dicens:*
n Nonne uos dicitis ꝙ adhuc quatuor men. *q.d.licet tempus meſſis corporalis adhuc diſtet,tamen tempus meſſis ſpiritualis iã inſtat. Dicitur autem meſſis collectio frugũ. Et ad ſimilitudinem huius meſſis ſpiritualiter dicitur vocatio hominum ad fidem, per quam congregantur in domini horreum.unde ſequitur:*
o Ecce dico uobis: leuate oculos ueſtr. & uidete regiones, quia albæ ſunt iam, *hoc dicebat propter Samaritanos venientes ad ipſum diſpoſitos ad credendum.*
p Et qui metit. *Hic hortatur diſcipulos ad opus prædicationis ex merito ſequentis premij. Sicut.n. Samaritani iam erant diſpoſiti ad credendum per prædicationem Chriſti,ſic etiam Chriſtus videbat multitudinem Gentium per totum mundum cito congregandã in horreum eccleſiæ per prædicationem apoſtolorum: ex qua prædicatione meruerunt præmium uitæ æternæ, & hoc eſt quod dicitur:*Et qui metit,mercedem ac.*In præſenti.n.uita prima meſſis eſt,per quam homines adducuntur ad fidem.& in hac meſſe meſſores fuerunt apoſtoli.vltima uero meſſis erit in iudicio, quando fideles colligentur intra horreum gloriæ: & tunc meſſores erunt angeli, ut habetur Matth.xiij.e.& ideo ſequitur.* H
q Et congregat fructum. *id eſt multitudinem fidelium reponendam.*
r In vitam æternam. *quia peracto iudicio reponuntur in horreo gloriæ per miniſterium angelorum,vt dictum eſt: Et quia loquutus eſt de meſſe ſpirituali per ſimilitudinem meſſis corporalis, ideo oſtendit,in quo eſt ſimile: & in quo eſt diſſimile. Ad cuius intellectum ſciendum,quòd apud Iudęos erat prouerbium de hoc, quod quando aliquis multum laborabat in re aliqua, & alius reportabat fructum, dicebatur prouerbialiter: unus ſeminat,alius metit.quaſi dicat unus laborat & alius colligit, & ſic aliquando contingit de meſſe corporali,quæ aliquando ab uno ſeminatur,et ab eius hoſte irruente colligitur:De meſſe uero ſpirituali ſic eſt, quòd alij ſeminauerunt,& alij meſſuerunt:quia patriarchæ & prophetę antiqui ſeminauerunt prima ſemina fidei.ſed apoſtoli meſſuerunt,inquãtum populum ad perfectionem fidei deduxerunt:verum tamen utriq; reportant gaudium: quia tam prophetæ antiqui apoſtoli q̃ propter meritum laboris ſui recepti ſunt ad cœleſte gaudium.& in hoc non tenet prouerbium de meſſe corporali,de qua non gaudet ſeminans ſi ab alio metatur.& hoc eſt quod dicitur:*
ſ Vt & qui ſem.ſi.gau.qui. *ſcilicet prophetæ & apoſtoli.*
t In hoc enim eſt uer. *id eſt prouerbium commune pro tanto habet locum in propoſito.*
u Quia alius eſt qui ſeminat. *ſcilicet patriarchæ & prophetæ.*
Et alius

## NIC. DE LYRA.

a Nemo ta.di. *ſcientes ꝙ eius loquutio cum muliere non fuit inutilis & vana, quãuis hoc non viderent.quod patet ex ſequenti effectu,quia mulier edocta à Chriſto ex feruore denunciandi quod audierat.*
b Reliquit hy. *quia oblita quæ aquę neceſſariæ ad vitam corporalem, cucurrit ad denunciandum aquam ſapientię,quę eſt neceſſaria ad vitam ſpiritualem:vnde ſequitur:*
c Et di illis. *id eſt omnibus exiſtentibus in ciuitate.*
d Venite & vi.&c. *Ex quo patet eius deuotio: quia non veretur fateri turpitudinem ſuam,vt eos adducat ad Chriſti prædicationem.*
e Nunquid ipſe. *q.d.ſic videtur per effectum.*
f Exierunt. *Hic conſequenter ponitur populi acceſſus ad Chriſtum. Et diuiditur in tres, quia Euangeliſta primo incipit deſcribere hunc acceſſum.ſecundo interponit inſtructionem diſcipulorum,ibi:interea.tertio reuertitur ad propoſitum,ibi:Ex ciuitate autem.Circa primum ſciendum, ꝙ Samaritani erant in ſuſpenſo de aduentu Chriſti de proximo:Tum propter impletionem temporis, vt dictum eſt. Tum propter prædicationem Ioannis prædicantis Chriſti aduentum de proximo:cuius prædicatio tũc erat famoſa:ideo facilius crediderunt verbo mulieris.& hoc eſt quod dicitur:*Exierunt ergo de ciui.*vt præſentialiter audirent eum.*
g Interea, *Hic interponitur diſcipulorum informatio,quia Chriſtus videbat multitudinem gentium diſpoſitam ad credendum, ideo volebat excitare diſcipulos ad prædicandum.Excitat autem eos dupliciter. Primo, propter ſalutem proximi Secundo,propter remunerationem præmij, ibi: Et qui metit.Circa primum oſtendit Chriſtus, ꝙ homo debet eſſe magis ſollicitus de ſalute ſpirituali ſui proximi, quàm de propria neceſſitate corporali.quia cum eſſet tempus comedendi,voluit tamen differe, ut intenderet prædicationi, dans exemplum alijs ſimiliter faciendi. Et hoc eſt quod dicitur:* Interea, *id eſt antequam perueniſſent Samaritani ad eum.*
h Rogabant eum diſcipuli. *quia iam erat hora ſexta, ut prædictum eſt,& erat ſupra fontem,vbi erat locus aptus ad comedendum.*
Ille

## MORALITER.

*b Reliquit er.* per quod ſignificatur,ꝙ multi doctores Gentiliũ reliquerunt doctrinam conſuetam propter euangelium & diſcurrerunt ad docendum alios,& fecerunt fructum magnum.Quod ſignificatur per hoc quod dicitur:
*f Exierunt de ciuitate & ve.ad eum.*ſ.ad Ieſum.*Interea roga.eum diſ. eius di.Rab.*Per hoc autem ꝙ diſtulit refectionem corporis accipere quamuis iam eſſet hora ſexta, & ipſe eſſet fatigatus ex itinere, volens prius intendere conuerſioni Samaritanorum,oſtendit uerbo & facto quantum prædicator euangelii debet eſſe ſollicitus de ſalutę hominum & poſtponere omne aliud negocium.
Exci-



*a Ego mi.* Vos facio meſſores ibi,ubi alii ſeminauerunt.i.in Iu-
A dæa,ubi prima ſeges collecta eſt:unde aliqui exeuntes in toto mundo ſeminauerunt:vnde,alia meſſis quaſi de granis ſurgit colligenda in fine ſeculi meſſoribus angelis.
*b Labo* Multi.n.labores fuerũt patriarchis & prophetis,in quibus omnibus erat prophetia Chriſti, & multa paſſi ſunt quaſi in frigore ſeminationis.
*c Cum ve.* Prius audierũt famã,poſt cõſpexerũt pręſentẽ,nec ſatis eſt eis,ſed apud ſe manere faciunt, vt ipſius uerbis inſtruerent̃,q̃ ꝓferũt verbis mulieris. In qbus oĩbus ecõtrario arguit̃ duricia Iudęorũ,q nec miraculis credũt.
Mo.al. *d Et manſit.* Moral.Sic quotidie apud illos q foris ſunt,nũciatur Chr̃s ꝑ mulierem.i.eccleſiã,& credũt per iſtã famã.Inde apud eos manet ꝑ duos dies ſine mẽtione noctis,ut lux eorũ duobus præceptis charitatis inſtruatur.
*e Et mu. di.* Poſtquã dominus carnis præſentia Iudæis ſpiritualiter edoctis gratiam ſuæ cognitionis infudit, mulieri.i.legi,dicebant,iam non propter tuam loquelam credimus. († apud ipſum ſup. 2.c)
*f Ipſi.n.au.* Quia ibi primum moratus miracula fecerat, nec niſi pauci in eũ crediderũt,unde ſupra uiſo ſigno crediderũt in eum diſcipuli eius nõ alii. Et ideo a Samaritanis, qui facile nullo ſigno uiſo crediderunt, reuertitur ad iſtos:vt q ꝑ priora nõ crediderunt, modo credant. Significat qđ a Gentibus facile conuerſis, in fine ſeculi reuertetur ad Iudæos q ſunt ſua patria: qa prius in eius honorẽ nõ habuerat.
Allegor. *g Quia pro.* Alle Patria Chriſti eſt populus Iudæorum vbi ſine honore eſt, quia pauci de his credũt:quod de Galilæis ciuibus Chriſti dicitur. Eccleſia (Mat.13.g Mat.6.a Luc.4.d)
B Gentiũ facile credẽs ſimilis eſt Samaritanis,& hi multi ſolo uerbo prędicationis,illi per miracula & pauci. Ecce cur uenit.ideo reuertitur, qa teſtatus eſt, quod propheta non habet honorem in patria, alioquin uidetur non debuiſſe ad hos reuerti,ubi honorem non habet: ſed manere apud illos ubi bene receptus eſt. (Luc.d.4)
*h Et erat qui.re.cuius fi.&c.* Iſte regulus poteſt figurare aliquem gẽtis Iudaicæ doctorem,qui tandem poſt plenã eccleſię Gentium conuerſionẽ ad quã dominus a Iudæis expulſus per diſcipulos tranſmigrauit,pro filio.i.Iudaico populo,quem non niſi in fine ſeculi fidem accepturum cognoſcit,orat, ut de longa perfidiæ infirmitate ſanetur.
Et roga

a Prophetæ qui præparauerunt. Vnde & iſta mulier iam præparata dixit,Scio quia Meſſias uenit.
a quĩ ſeminat, alius eſt qui metit. Ego a b
miſi uos metere quod uos non labo- c
Ad fidem Chriſti inuitando.
b raſtis. Alij verò laborauerunt, & d
a Inuitatos Iudæos ad fidem congregatis.
uos in labores eorum introiſtis. Ex e
ciuitate autem illa multi crediderũt f
in eum Samaritanorum propter uer-
bum mulieris teſtimonium perhi-
bentis: quia dixit mihi omnia quæ-
c cumq; feci. Cum ueniſſent ergo ad g
illum Samaritani, rogauerunt eum
a Gratiam eis impertiendo. b Duo præcepta charitatis.
d ut † ibi maneret. & manſit ibi duos h
dies. Et multo plures crediderunt in i
e eum propter ſermonem † eius. Et k
mulieri dicebant: Quia iam nõ pro- l
f pter tuam loquelam credimus. Ipſi m
enim audiuimus & ſcimus, quia hic n o
uere eſt Saluator mundi. * Poſt duos p
a Quibus moratus eſt in Samaria. b In patriam ſuam ubi nutritus fuerat.
autem dies exijt inde, & abijt in Ga-
Curi
lilæam. † Ipſe enim Ieſus teſtimo- q
Affirmauit.
g nium perhibuit, quia propheta in r
ſua patria honorem non habet. Cum ſ
ergo veniſſet in Galilæam, excepe-
Quaſi propter miracula,alioquin non curarent eũ recipere.
runt eum Galilæi, cum omnia uidiſ- t
ſent, quæ fecerat Ieroſolimis in die
Curioſitate miraculorum,non voluntate audiendi prædicationem. Vt nunc credant.
feſto. Et ipſi enim venerant ad diem u
feſtum. Venit ergo iterum * in x
a Nec tamen ibi crediderunt ei niſi pauci diſcipuli.
chana Galilææ, ubi fecit aquam y
a Propter paruitatem uel regni uel fidei.
h uinum. Et erat quidam regulus z

m Ipſi enim audiuimus. *ab ipſo qui eſt Deus & homo.* C
n Et ſcimus. *firmiter credendo.quia in fide maior eſt certitudo adhærentiæ quàm in ſcientia,quamuis non ſit tanta certitudo euidentiæ.Et qa non ſufficit corde credere,ſed oportet fidem confiteri ore,ſecundum quod dicitur Ro.x.b.ideo fidem ſuam confitentur dicendo:*
o Quia hic ue.eſt ſal. *in quo tria confitentur de Chriſto.ſ. eius eminentiam ſingularẽ, ibi:Hic eſt.efficaciam ſalutarem, ibi: Vere Saluator.Influentiã generalem,ibi Mundi.*
p Poſt duos. *Deſcripta conuerſione Gentilium per doctrinam, hic conſequenter deſcribitur eorum conuerſio per miraculi operationem.Et diuiditur in tres:quia primo circunſtantia miraculi deſcribitur.ſecundo ipſum miraculum efficitur:ibi:Et erat quidam regu.tertiò intentum concluditur,ibi:Et credidit.Quãtũ ad primũ tãgitur circunſtantia tꝑis,cũ dicitur:*Poſt duos.*quibus manſerat cum Samaritanis ad preces eorũ,ut prędictũ eſt.Et ſubditur circunſtãtia loci:*Exiit inde & abiit. *Et ſubditur cauſa ſecundum Chryſ.* Diuiſio.
q Ipſe.n.Ie.teſti. *i.perhibuerat ante,ut habetur Lucæ iiij.d.*
r Quia pro,in ſua pa. *quia inuidia eſt magis inter compatriotas,vt dictum fuit Matt. xiij. & ideo Chriſtus non redijt in Nazareth,ubi fuit uilipenſus quãdo voluerũt eum præcipitare,ut habetur Lu.iiij.e.ſed abijt in aliã partẽ Galilææ,& hoc eſt quod dicitur:* († ipſi* ſub Chriſti.)
ſ Cum er.ue.in Ga. exce. *honorifice ſicut Chriſtum a Deo miſſum,& cauſa ſubditur:*
t Cum omnia uidiſſent quæ fec. *propter quæ etiam mirabilia Nicodemus legiſdoctor crediderat,ut ſupra dictum eſt ca.præcedenti.et oſtendit conſequenter qualiter Galilæi illa ſigna uiderant, di.* (* Chriſtus)
u Et ipſi enim ue. *quia ipſi tenebantur venire,ut ſupra dictum eſt.ij. ca.*
x Venit ergo iterum. *quia ibi ante fuerat in nuptijs.unde ſequitur:*
y Vbi fecit aquam uinum. *et decli.ciuita. Nazareth:ratione prædicta.Aliter exponitur ab aliis, dicendo, quod non diuertit a Nazareth,ſed oſtenditur per literam prædictam quod fuit honorifice receptus, ubi prius fuerat uilipenſus. Et ratio redditur ꝓ hoc, quod illi de Galilæa generaliter, inter quos erant illi de Nazareth,cum eſſent Galilæi.fuerunt in Ieruſalem die Paſchali, & uidentes miracula,quæ fecit Ieſus, crediderunt in eum.& ſic honorifice receperunt.Et ad hoc poteſt applicari illa litera ab illo loco: Et abijt in Galilæam, generaliter, non excipiendo Nazareth.Et ſubditur cauſa:Ipſe.n.Ieſus teſtimonium perhibuit. id eſt perhibuerat ante.q.d.mutatum erat negocium in oppoſitam partem.unde ſubditur:Cum ergo ueniſſent in Galilæam exceperunt eum Galilæi honorifice generaliter,etiam illi de Nazareth,& cauſa redditur: Cum omnia uidiſſent,quæ Ieſus fecerat &c.Venit iterum in Chana Galilææ, non diuertendo a Nazareth, ut dicit Chryſ. ſed de Iudæa ueniendo uerſus Nazareth, quia eſt in uia ueniendi illuc.* D (* Ieſus)

## NICOLAVS DE LYRA.

a Alius eſt qui me. *ſcilicet apoſtoli. ideo ſequitur:*
b Ego miſi uos. *id eſt ad perfectionem fidei adducere.*
c Qđ uos nõ la. *ꝓphetæ.n.et patriarchæ multũ laborauerũt in denũciãdo aduentum Chriſti,& arguendo infidelitatem populi,& ideo ſequitur:*
d Alii la.& uos in la. *quia prophetias ab alijs prænunciatas completas prædicabitis.*
e Ex ci. *Supra Euangeliſta inchoauerat acceſſum Samaritanorum ad Chriſtum,ſed interpoſuit informationem diſcipulorum.ideo hic reuertitur ad propoſitum,oſtendens,quod eorum acceſſus fuit ualde utilis, quia per ueram fidem conuerſi ſunt ad Deum.Et hoc eſt quod dicitur:*Ex ciuitate autem. *quæ dicebatur Sychem vel Sichar,vt dictum eſt.*
f Multi cre.in eum. *Iſtud teſtimoniũ videbatur efficax ex duobus:quia primò dicebat contra honorem ſuum ex zelo veritatis,ſecundo quia oſtẽdebat eum ſcire talia,quæ non poterant ſciri uia humana, veruntamen quia hoc teſtimonium non fuit niſi quædam perſuaſio ad credendum quia perfectio fidei ipſorum facta eſt per Chriſtum.ideo ſequitur:*
g Cum veniſſent er.ad il. *quia accepta fide per eius doctrinam,deſiderabant amplius informari ad ſuam confirmationem.*
h Et manſit ibi duos di. *acquieſcens petitioni eorum, quæ erat honeſta & deuota.*
i Et multo plures cred. *quàm à principio.*
k Et mu.di.quia iam non propter tuam lo. *quia licet doctrina alicuius aliquis inducatur ad credendum,tamen fides innititur diuinæ ueritati ſecundum ſe:ideo ſequitur:*
Ipſi

z Et erat quidam re. *Deſcriptis circunſtantijs miraculi quantum ad locum & tempus, conſequenter deſcribitur miraculi actus, cum dicitur:*Et erat quidam regulus. *Non accipitur hic regulus pro paruo rege, ut uidetur nomen ſonare: quia Romani uolentes frangere Iudæorum ſuperbiam, abſtulerunt ab eis regiam dignitatem regnum Iudææ in quatuor tetrarchias diuidentes, præcauere uolentes eorum rebellionem. unde pro illo tempore nullus rex erat in Iudæa. Dicit ergo* (In euãg.Io. hom. 34.ca. c.4.10.3.)
iſte re-

## MORALITER.

*c Ex ciuitate autem illa multi crediderunt in eum Samaritanorum propter uerbum mulieris teſt. &c.* qui licet excitati fuerunt per mulieris uerbum,tamen magis crediderũt per Chriſtum.iõ ſequitur.
*l Quia iam non propter tuam loquelam credimus.* per quod ſignificatur, quod licet doctrina philoſophica fidei noſtræ ſit in pluribus accommoda,tamen non credimus propter illam,ſed propter ſacrã ſcripturam,& potiſſime propter Chriſti doctrinam:
Moral. *z Et erat qui.re.* Moraliter quilibet peccator poteſt dici regulus diminutiue,qa deficit in ſui ipſius regimine,& tũc eius filius infirmatur,quãdo rationi ſenſibilis appetitus cõtrariat̃,q dẽt obedire rõni, ſicut filius ſuo patri,ut dicitur.j.Eth.ſed cũ homo per rationẽ Chriſtũ fideliter deprecatur:tũc ille filius per uirtutem Chriſti ſanatur, per quem ſenſibilis appetitus ſub ordine rationis collocatur.

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

E a *Et roga* Iam credēs ꝙ poſſet ſanare filium eius. ſed quia per deitatem, quæ vbiq; eſt, non credit filio adeſſe, rogat ut deſcē deret & pręſens corpore ſanaret: vnde infidelitatis arguitur: Niſi ſigna & prodi. vi nō cre. Econtrario Centurio laudatur, qui dicit: Dic verbo & ſanabitur puer meus. vnde: Non inueni tantam fi. in Iſrael. Vel forſitan cupiebat tētare qualis eſſet Chriſtus. unde arguitur: Niſi ſigna & prodigia. Poſtea autem propter ſalutem filij credidit ipſe & domus eius tota.

*Matt. 8. a*

b *Niſi ſig.* In hoc redarguitur de incredulitate, ꝙ non ubiq. credebat eū eſſe. & per huius duriciam ſignificatur duricia Iudæorum, qui nec uiſis miraculis credunt. Vere econtra per Samariam ſignatur fides gentium, quę ſolo uerbo credidit. hoc autem quantum ad allegoriam a primo Chriſti aduentu uſq; poſt regnum Antichriſti in perfidis Iudæis durabit.

*Prodigium* †puerulus

c *Et pro.* prodigiū quaſi porro dictū, quaſi qđ aliquid ſignificat. Vel, prodigium quaſi procul a digito, quia pręfigurat aliquod remotum & futurum.

d *Deſcende.* quaſi aliter nō poſſet ſanare, niſi pñs eſſet. Vñ dñs indicās ſe nō deeſſe ubi inuitaſ, ſolo iuſſu ſanat. v. ;

e *Vade, fi. tu.* Ad filiū reguli non uadit, ne diuitias honorare videaſ. ad ſeruū Centurionis ire promittit, qui naturā hominis non deſpicit: In quo ſuperbiā deſtruit, quæ in hominibus non penſat naturam, ſed quæ extra patet.

*eius

f *Credidit ipſe.* nō alij ciues, in quo paucitas fidei Iudæorum ſignatur, quāuis ſigna uiderint. unde infert: Hoc iterū ſecundum ſi. fe. Ie. Sicut ſupra multido gentium ſolo verbo conuertendarum in Samaritanis ſignabatur.

† commodius

g *Hoc ite.* De omnibus miraculis quæ fecit Ieſus in anno ante mortem Ioānis, non facit Ioannes mentionem niſi de iſtis, & de diſputatione Chrī cū Iudęis, q̄ ſupra ponitur. Cæteri. n. Euāgeliſtę q̄ hic reticētur, dixerunt plane.

F

cuius filius infirmabatur Capharna- a

¶Iſte regulus, eſt figura Iudæorum difficile ad finem venientiū.

um. Hic cum audiſſet quia Ieſus ad b ueniret a Iudæa in Galilæam, abijt

a ad eum, & rogabat eum, vt deſcen- c deret, & ſanaret filium eius: † incipie d bat enim mori. Dixit ergo Ieſus ad

¶Quibus ſignis & prodigijs crediderunt Samaritani.

b c eum: Niſi ſigna & prodigia vide- e ritis, non creditis. Dicit ad eum re-

a gulus. Domine, deſcende prius f

¶Ne cadat in deſperationem:

quàm moriatur † filius meus. Dicit g

¶Iam incipit credere quod ſermone ſanet, & ſic meruit ſalutem filio & ſibi.

e ei Ieſus: Vade, filius tuus viuit. Cre- h i didit homo ſermoni, quem dixit ei

¶Credendo.

Ieſus: & ibat: Iam autem eo deſcen- k l dente ſerui * occurrerunt ei, & nun- m ciauerunt dicentes, quia filius eius

a ¶Non diffidit de miſericordia Domini, ſed deſiderat ut virtus diuina ſeruorum confeſſione plurimis innoteſcat.

uiueret. Interrogabat ergo horam n ab eis, in qua † melius habuerat. Et dixerunt ei, quia heri hora ſepti-

a ¶In figura ſancti ſpiritus ſeptiformis in quo omnis ſalus.

mā reliquit eum febris. Cogno-

a ¶Comparant horam nunciantium horæ pronunciantis, ſcilicet Chriſti.

uit ergo pater, quia illa hora erat, in qua dixit ei Ieſus: filius tuus viuit: & o

f credidit ipſe & domus eius tota. Hoc p

g iterum ſecundum ſignum fecit Ieſus cum ueniſſet a Iudæa in Galilæam.

*etiam eum poſſe ſanare dum eſſet abſens ſolo imperio: pp quod dicebat. Dic tātū verbo, et ſanabitur puer meus. pp qđ fuit a domino cōmēdatus, dicēte: Nō inue. tātā fidē in Iſrael. Et ſic patet ex mō rogādi, ꝙ iſte regulus alius fuit a cēturione. Quarto patet ex loco. quia ipſe erat in Capharnaum, quando fuit rogatus a centurione hic dicitur quòd erat in Cana Galilææ quando fuit rogatus a regulo.* G

p Hoc ite. *Non dicitur ſecundum ſimpliciter, quia multa fecerat in Ieruſalem, ut prædictum eſt. ſed dicitur ſecundum de his quæ fecit in Galilæa. Vnde ſequitur:* Cum ueniſſet a Iudæa vſque Gali.

In cap. iiij. ubi dicitur in poſtil. Dicendum, ꝙ ſitis vno modo accipitur pro deſiderio alterius rei &c.

† erat a mori

*ADDITIO.*

*In quolibet iſtorum triū modorū quibus ſitis accipitur ſecundū Poſtil. qui biberit ex aqua ſpirituali quam Chriſtus dat, iterum ſitiet. nā ſi accipitur primo modo. ſcilicet pro deſiderio alterius rei, ſic ſecūdū ipſum omnis res ſpūalis accepta magis generat ſitim q̄ tollat. Si āt accipiatur ſitis ſcđo modo. ſ. pro deſiderio eiuſdē rei habitæ ad habendū eam perfectius, ſcđm quē modū habentes Deū p gratiā, adhuc ſitiūt habere ipſum per gloriā: Sic ēt iſto mō ſitis remanet in ipſis qui aquā ſpūalem. ſ. gratiā Chriſti accipiūt. Si aūt tertio accipiatur ſitis. ſ. pro excluſione faſtidij à dilectione habita, ſic ēt btī accipiētes aquā gloriæ adhuc ſitiunt. Vnde nullo prædictorū modorum quibus ſecundum eum ſitis accipitur, poteſt uerificari verbum Chriſti dicētis: Qui autem biberit ex aqua quā ego dabo ei, non ſitiet in æternū: immo autoritas Eccl. per illum allegata non ſolum applicatur ſiti ſecundo modo acceptæ, ſed ēt primo & tertio modo, vt patet intuenti. Vnde prædicta verba Chriſti planius & verius exponuntur ſecundum Chry. ſic in hoc loco dicētem. Hāc autem excellentiam huius aquæ, vt. ſ. qui ex ea biberit, non ſitiet in æternum. per eam q̄ conſequuntur Chriſtus oſtendit. Dicit. n. Sed aqua quam ego dabo ei, fiet ei fons aquæ ſalientis in vi. æter. q. d. ſicut qui fontem habet nequaquam interficietur ſiti, ſic & qui hāc aquam habet quam ei dabo. Hæc ille. Autoritas autem Eccle. vbi dicitur: Qui bibunt me, adhuc ſitient, intelligenda eſt de quolibet trium modorum prædictorum.* G

NIC. DE LYRA.

§ *iſte regulus: quia erat officialis imperatoris deputatus ad cuſtodiam Galilææ: propter quod manebat in Capharnaum, quæ erat metropolis illius terræ. vnde ſubditur:*

a Cuius fi. *& licet eſſet gentilis, auditis tamen miraculis Chriſti, ſperabat ab eo impetrare ſanitatem filij ſui. ideo ſequitur:*

b Hic cum. *quia Chriſtus erat in alia villa, ſcilicet in Chana.*

c Et roga. &c. *quia Capharnaum erat in ualle ſita reſpectu loci, in quo erat Chriſtus.*

d Et ſanaret fi. *licet enim crederet ipſum poſſe ſanare eum: credebat tamen, quòd hoc non faceret ſine præſentia corporali, propter quod Chriſtus dure reſpondit ei di.*

e Niſi ſig. *Nō. n. reprehēdit eum de petitione ſalutis filij ſui, ſed de defectu fidei ſuæ. verūtamē quia ex deuotione repetit petitionē ſuam dicens.*

f Domine deſcende. *ideo exauditur a Chriſto. vnde ſequitur:*

g Dicit ei Ie. ua. *Non. n. voluit Chriſtus ire corporaliter, vt amoueret ab eo falſam æſtimationem, qua putabat ipſum poſſe ſanare tantum præſentia corporali.*

h Filius tu. ui. *id eſt perfectæ ſanitati reſtitutus eſt de ianuis mortis, quia incipiebat mori.*

i Credidit hō &c. *quia fides requiritur ad obtinendum Dei beneficia.*

k Et ibat: *ſine corporali Chriſti præſentia.*

l Iam autem &c. *quia Capharnaum eſt ſita in ualle.*

m Serui occur. *congaudendo ipſi.*

n Interrogabat er. &c. *hoc fecit ad certificationem miraculi reſpectu ſui. quod patet per hoc quod poſtea ſequitur:* Cog. er.

n Neque uo. *Hic conſequẽter oſtendit eos non capere huiuſmodi teſtimonium, quod Deus oſtendit tripliciter. Primo per ſignũ ſenſibile, ſicut in baptiſmo & transfiguratione audita eſt vox ſenſibilis. Sed hãc uocem non audierãt Iudæi perſequentes Chriſtum, quia ibi non fuerant. ideo dicitur.* Neque uocem &c. *Secundo oſtendit aliquib.* †Infr.14.b *per uiſionem ſuæ eſſentię ſicut beatis. & hoc excluditur ab eis, cum dicitur.* Neque ſpeciem eius uid. *Tertio per internam inſpirationem, & hoc excluditur cũ dicitur :*

o Et uerbum eius non &c. *Et ſubdit cauſam huius. Quia quem miſit ille, huic uos non creditis. q.d. hoc nõ prouenit ex Dei defectibilitate. ſed ex ueſtra incredulitate.*

p Scrutamini. *Hic conſequenter ponitur* D *teſtimonium Dei patris per ſcripturas veteris teſtamenti, quæ manifeſte loquuntur de Chriſto. & hoc eſt quod dicitur:* Scruta. *ideſt interius diligenter aduertite.*

q Scripturas. *legis & prophetarum.*

r Quia uos putatis in ipſis uitam æternã habere. *Et bene dicit, putatis, quia ab hac opinione ſunt defraudati ex eorum incredulitate.*

ſ Et illæ ſunt quę teſti. perhi. &c. *quia ſcriptura veteris Teſtamenti determinat tempus eius aduentus Gen.penul. Non auferetur ſceptrũ de Iuda &c. Dan.ix.ſ. ubi determinatur tempus aduentus ſanctiſanctorũ ſub numero certo hebdomadarum. Determinat etiam locũ natiuitatis Mich. v.a. & tu Bethleem Ephrata paruulus es in milibus Iuda. Ex te enim egredietur qui ſit dominator in Iſrael &c. Determinat etiam modum naſcendi, Iſa. vij.c. Ecce uirgo concipiet & pariet &c. & modum conuerſandi ſcilicet in paupertate. Zach.ix.b. Ecce rex tuus venit tibi iuſtus & ſaluator, & ipſe pauper. Et modum moriendi, Iſa. liij. c. Sicut ouis ad occiſionem ducetur &c. Et breuiter omnia myſteria Chriſti in veteri Teſtamento inueniuntur expreſſa, & in Chriſto completa. & ideo ex ſcripturis ueteri Teſtamenti potuit vere cognoſci, quòd ipſe erat Chriſtus in lege pmiſſus, ſicut diffuſius declaraui in quadam quæſtione, in qua de hoc determinaui.*

t Et non uultis uenire ad me. *per fidem, quia Iudęi pro maiori parte permanſerunt in infidelitate.* Vt uitam æternam habea. *quę habetur per fidem formatam charitate.*

u Claritatem ab omnibus. *Hic conſequenter arguit eorum tarditatem ad credendum, & quia perſequebantur Chriſtum vt blaſphemum, in quo fingebant ſe moueri zelo Dei, & vt violatorem ſabbati, in quo videbantur moueri zelo legis Moyſi, ideo oſtendit vtrunque eſſe falſum. primo primum, ſecundo ſecundum, ibi.* Nolite putare. *Dicitur ergo primo ſic.* Claritatem ab hominibus non accipio. *id eſt quæro, quaſi dicat, prędicta non dixi ad iactantiam, quia non quęro hominum gloriam. Quod patet ca.ſeq. ubi dicitur ꝙ fugit quando turbæ voluerunt eum facere regem. Sed oſtendit vlterius ad quid prædicta dixerit. ſcilicet ad oſtendendum eorum duriciam dicens.*



VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

a *Quia dilecti.* Dilectio Dei non eſt in vobis, quia me nõ accipitis. i. non creditis, quia veni vt per me pater glorificetur.

2. Theſ. 2. c b *Si al.* Antichriſtus. qui propriam gloriam quærit non Dei. i. in nomine ſuo ueniet. hoc eſt quòd apoſtolus ait, ut credant mendacio, qui non crediderunt ueritati.

c *Si en.* Cur autem nõ credant ſubdit: Non q̃a non eſt aperta veritatis, ſed quia ſuperbia eos excęcat, & ambitio laudis: quæ appetit de ſe exiſtimari q̃d in ſe non habet, & ſuper alios ſe efferre. Humilitas vero ſolius Dei gloriã quęrit, eique ſoli placere appetit.

d *Si au. il.* Ex hoc colligitur, q̃a q̃ legis præcepta exteriora ſunt implere negligit, euangelica, q̃ pfectiora ſunt & ſubtiliora, multo min' ĩplere valebit.

¶ Ideo dico quia.

pio, ſed cognoui uos, quia dilectionem Dei non habetis in vobis. Ego ueni in nomine patris mei, & non

a ¶ Vnde hæc pœna uobis. b ¶ Qui dicet ſe eſſe Deum.

accepiſtis me. Si alius uenerit in nomine ſuo, illum accipietis. Quomodo poteſtis uos credere, qui glo-

¶ Qui gloriatur, in Deo glorietur.

riam ab inuicem accipitis, & gloriã quæ à ſolo Deo eſt, non quæritis?

a ¶ Autem. b ¶ Quia non ueni damnare ſed ſaluare.

Nolite putare, quia ego accuſatu-

a ¶ Quia uoci eius non creditis quæ ait, prophetam ſuſcitabit uobis Deus, ipſum audietis ſicut me.

rus ſim uos apud patrem. Eſt qui accuſat uos Moyſes, in quo uos ſpe-

¶ Quomodo.

ratis. Si enim crederetis Moyſi, cre-

¶ Irriſio increduli non dubitatio Dei. ¶ Cur.

deretis† forſitan & mihi. De me e-

¶ Quæ de me teſtantur.

nim ille ſcripſit. Si autem illius literis non creditis, quomodo uerbis

¶ Qui a lege prædictus ſum.

meis credetis?

## NIC. DE LYRA.

a Sed cogno. *i. cognoſcere feci.*

b Quia dilectionem &c. *Quod declarat ex ſigno præſenti dicens.*

c Ego u. in n. *q̃d patet p p̃dicta teſtimõia.*

d Et non acc. *ſed magis perſequimini, quod non faceretis, ſi dilectionem Dei haberetis. Hoc etiam declarat ex ſigno futuro dicens.*

e Si alius uenerit. *i. non habens prædicta teſtimonia à Deo.*

f Illum accipietis. *Hoc fuit inchoatum, quãdo Iudæi receperunt Ben[illegible]zeba tanquã meſſiam, qui tamen nullum diuinum teſtimonium habebat per miracula vel ſcripturas. Hoc etiam perfecte complebitur, quãdo recipient Antichriſtum pro vero Deo, quia faciet ſe circuncidi, & dicet ſe eis promiſſũ, & ei adhærebunt quouſque eius falſitas detegatur per Enoch & Eliam. Et cauſã huius incredulitatis ſubdit dicens.*

futique

g Quõ po. uos cre. &c. *i. gloriam humanam. Hoc enim impediuit Iudæos à fide Chriſti in parte, quia ſolum attendebant & adhuc attẽdũt ad gloriam & exaltationem temporalem dandam eis per meſſiam. Videbant autem Chriſtum pauperem & abiectum. & ideo non receperũt eum non attendentes ſcripturas prophetarũ quæ de eius paupertate & abiectione loquũtur, vt ſupra dictũ eſt. Gloria aũt et exaltatio q̃ promittitur dãda per Chriſtũ, illa eſt gloria cæleſtis, quã non intelligebant. ideo ſequitur.*

h Et gl. q̃ a ſ. *p p hoc ĩ ĩfidelitate p̃manetis.*

i Nolite putare. *Hic oſtendit eos non moueri zelo Moyſi, ipſũ perſequẽdo, quia Moyſes manifeſte ſcripſerat de eo. & hoc eſt quod dicitur.* No. pu. q̃ ego &c. *ſ. ego ſolus.*

k Eſt qui accu. uos. *mecum. ſ. Moyſes.*

l In quo uos &c. *falſo tamen.*

m Si enim crederetis &c. *ly forſitan, non eſt nota dubij, ſed libertatis arbitrij, quia nullus credit niſi volens.*

n De me. n. *ſ. dupliciter. vno modo expreſſe & manifeſte, vt prædictum eſt Gen. pen. & Deute. xviij. prophetam ſuſcitabit nobis Deus. Alio mõ figuraliter et occulte, q̃a oĩa ſacrificia & facta ve. Te. ſunt figura Chriſti.*

o Si au. il. &c. *non quòd lex Moyſi ſit maioris autoritatis quam verbum Chriſti ſecundum veritatem, ſed tantum ſecundum Iudæorum reputationem. vocatur etiam lex Moyſi litera, doctrina autem Chriſti uerbum, quia Moyſes doctrinã ſuã tradidit ſcripto, non aũt Chriſtus, quia lex euangelica eſt lex amoris. e t ĩõ primo fuit ſcripta in cordib. apoſtolorũ per receptionẽ ſpiritusſancti, ſicut diffuſius declaraui ſuper epiſtolam ad Hebr.*

Lex Moyſi litera

## GLOS. ORD. CAP. VI.

Poſt hæc abijt. Poſt verba quib. deitatis ſuæ & humanitatis arcana mõſtrauit miraculo qnq; panũ q̃s eſſet ſubditũ ait; *Poſt hæc abijt.* i. hęc inuſitata & viſibilia q̃ ad cognitionẽ inuiſibilis Dei ducunt. Sed & myſtica ſũt. Mare. n. eſt ſeculũ. Galilææ. i. rotæ, q̃a hic eſt volubilitas, nõ erectio ad Deũ. Hoc trãſit Ieſus reſurgẽdo. vñ eũ quẽ primũ vna gẽs Iudęorũ, iã ſeq̃t multitudo gẽtiũ, cupiẽs inſtrui, ſanari & ſatiari. Ieſus ãt diſcipulis ĩ mõte ſpũalib. altiora ↄmittẽs, turbis inferiorib. ſimpliciora: pxio Paſcha hoc agit, docẽs eos q̃b. facit dẽre trãſire de mũdanis ad cæleſtia. Oculi Ieſu ſũt dõa ſpũs, q̃ miſert' apit, ne errẽt veniẽtes ad ſe. Ipſe ſciẽs tẽtat diſcipulũ, vt ille tarditatẽ ſuę fidei agnoſceret, q̃ pñte creatore de paucis ſufficiẽtiã multis poſſe fieri, dubitare non debuit. Et p eius ignorãtiã ſignat ſpũalẽ intelligentiã Iudęos in lege ignorare.

*b Trans ma.* Tyberiadis & Capharnaũ in eodem litore ex parte noſtra, ultra in alio littore oppoſito, locus eſt ubi miraculum iſtud factum eſt. Nec proprie uocatur mare, ſed quædam magna Iordanis refluxio.

*c Et ſeque.* Viſo hoc miraculo, gẽtiũ magna turba ſeq̃t, quia ſicut eos, quos a corporis infirmitate ſanabat, intus ſpiritus reintegrabat, ſic ipſos a morbo incredulitatis ſanabat.

*d Cum ſuble.* Exemplo ſuo nos admonet leuare oculos cordis noſtri,

## CAP: VI.

¶ i. interfecto Iohanne uoluit dignitatem humanitatis & deitatis per miracula oſtendere. nominando locum & tempus.

Poſt hæc abiit Ieſus trans mare Galilææ: quod eſt Tyberiadis. † Et ſequebatur eum multitudo magna, quia videbant *ſigna quę faciebat ſuper his qui infirmabantur. † Subiit ergo in montem Ieſus, & ibi ſedebat cum diſcipulis ſuis. † Erat autem proximum Paſcha, dies feſtus Iudæorũ. †Cũ ſubleuaſſet ergo oculos Ieſus,

*eius

*Appropiquabat ãt

c Quod eſt Tybe. *Illud enim mare eſt quidam lacus magnus per quẽ tranſit Iordanis fluuius: ſed vocatur mare ſecundum modum loquẽdi Hebraicum, in quo congregatio aquarum vocatur mare, ſecundum illud. Congregationeſque aquarum vocauit maria. Vocatur autem mare Galileæ à prouincia iuxta quam tranſit: & vocatur mare Tyberiadis ex nomine ciuitatis ædificatę in littore: quæ antiquitus Cenereth dicebatur. ſed ab Herode tetrarcha fuit reædificata & ampliata, & Tyberias uocata in honorẽ Tyberij Cæſaris. uocatur etiam mare illud alijs hominibus, ut declaraui ſuper Matthæum. & ideo illa dimitto.*

Gen. 1. a Mare Galileæ, Tyberiadis

d Et ſequebatur eum. *quidam ex deuotione ab eo curati. quidam ex deſiderio addiſcendi. & aliqui ex curioſitate, volentes miracula, quæ faciebat, videre. ideo ſubditur:*

e Quia uidebant. *Hoc additur ad oſtendendum, quòd fiebant virtute diuina. Magicis enim artibus bene fiunt aliqua curioſa & inutilia, ſicut quòd ſtatuæ loquãtur, & cõſimilia, ſed ſanitates quæ fiunt ad reducendũ homines in Deum, fiunt tantummodo uirtute diuina, ut habetur in Itinerario Clementis.*

f Subijt ergo &c. *quia erat locus deuotionis & doctrinæ aptus. ideo ſequitur.*

g Et ibi ſedebat cũ &c. *docens eos. & ſic patet locus in quo factum eſt miraculum ſequens, tempus autem in quo factum eſt deſcribitur, cum dicitur.*

h Erat autem &c. *Iſtud eſt feſtum Paſchale, de quo iſte Euangeliſta facit mentionem, & in iſto paſchate non fuit Ieſus in Ieruſalem. Quamuis enim Chriſtus legem ſeruauerit, tamen in hac ſolennitate non fuit, quia illi qui habebant inimicitias capitales, erant excuſati à præcepto legis, quæ præcipitur omnem maſculum apparere coram domino in ſolennitate paſchali. Sic autem erat de Chriſto, quia Iudæi quærebant eum interficere. Præterea Chriſtus ſicut ſeruando legem oſtendebat ſe eſſe verum hominem de filijs Iſrael ſecundum carnem, ſic aliquando prætermittendo obſeruationem eius, oſtendebat ſe eſſe dominum ſupra legem.*

Deut. 16

i Cum ſubleuaſſet ergo. *Hic ponitur miraculi actus. Et diuiditur in tres*

## NIC. DE LYRA CAP. VI.

Poſt hæc an. *Poſtquam egit de uita ſpirituali, hic conſequenter agit de nutrimento correſpõdẽte. Et diuiditur in duas partes. quia primo ponitur ſignum ſenſibile de collatione cibi corporalis, vt per hoc inducamur ad intellectum cibi ſpiritualis. ſecundo ſubiungitur doctrina de ipſo ſpirituali cibo, ibi:* Reſpondit ei Ieſus. *Prima in tres. quia primo ponitur miraculi tempus & locus. Secundo miraculi actus ibi:* Cum ſubleuaſſet. *Tertio conſequens fructus ibi:* Illi ergo hoĩes. *In prima parte dicitur ſic:* Poſt hæc autem. *quæ prædicta ſunt.*

Diuiſio

b Abiit Ieſus &c. *Iudæi enim quærebant eum interficere, & non erat adhuc tempus paſſionis ſuæ. ideo recedendo dedit exemplum cedendi ad tempus maliciæ humanæ, oſtendens, quòd aliquando licitum ſit Chriſti fidelibus fugere in perſequutione.*

## MORALITER.

Poſthæc. Sequitur.

i *Cum ſuble. &c.* Iſta refectio magnæ multitudinis de quinque panibus, & duobus piſcibus expoſita fuit myſtice. Matt. xiiij. & Mar. vj. & Luc. ix. propter quod hic pertranſeo.





nri, vt ſi forte eo ducente ad altitudinẽ actionis & ſciæ aſcendere permittamur. Turba ſequẽtiũ carnaliũ cogitationũ nos non pturbet, nec ab altitudine ↄtemplationis deiiciat, ſed eã ſpiritualibus eſcis, quantum capere poſſit, paſcere curemus.

*a Reſpondit* Adhuc Philippus actę doctrinæ nutritus ſolidũ fidei & cognitionis cibũ capere nõ valens, iuxta ſuę uirtutis facultatẽ rñdit, impoſſibile exiſtimãs tot paucis poſſe refici, ſed eruditur Deo nihil eſſe impoſſibile. Philippus ẽt(q̃ interpretat̃ os lãpadis) figurã gerit p̃dicantium, quib. in altitudine cum Chriſto conſtitutis, de carnalium hominum cogitationũ turba paſcẽda dñs quotidie loquitur.

*b Ducentorum.* Centenarius duplicatus ſignat perfectionem bonæ actionis & rationalis ſciæ, quæ erudiendis in fide non ſufficiunt, niſi eis altitudo theologiæ addatur, quæ animas per bonã operationem purgatas, & p ſciam rerũ creatarũ illuminatas, ad cõſummatã ſpũaliũ refectiõũ plenitudinẽ pducit.

*c Eſt pu. unus.* Hic puer eſt Moyſes legiſlator, cuius lex neminem ad perfectũ perduxit. Vnus, quia vnitatẽ eccleſiæ futuram p̃figurabat. Hic. i. in uet. Teſt. q̃d quãuis nouo clareſcente iam uileſcit, adhuc tamẽ omnino nõ receſſit.

*d Quinq;* Quinq; panes, ſunt uetus lex, in quinq; libris Moyſi. Hordeacei, q̃a cibus eſt rudiũ. Medulla hordei, tenaciſſima palea & vix ſeparabili tegitur, ſic ſpũalis ſenſus, Hebræus populus puerili ſenſu legem portat quaſi onus, nec clauſis paſcitur, nec alios paſcit. Duo piſces, prophetæ & Pſalmi, iam temperantes auſterum ſaporem legis. Vel duo piſces, duæ pſonæ conſtitutæ in regimine populi: Regia, & ſacerdotalis: q̃ inter turbas fluctuantis populi quaſſantur, nec deficiũt, in quib. unus Chriſtus ſignat̃ rex & ſacerdos. Fęnũ. q̃a carnaliter ſapiebãt, in carnalib. q̃eſcebãt. Quib. vero uenit Chriſtus rex & ſacerdos, carnem calcant vt ſpũait reficiant̃. Quinq; milia, populus q̃ ſub lege ut languidi in q̃nq; porticib. Sed uiri. i. pfectiores qui ſunt digni numero p̃ter infirmam ætatem & fragilẽ ſexum, ſunt q̃nque milia. i. perfecte q̃nque ſenſibus corporeis dominantur: & hi reficiuntur a Chriſto. Accepit panes, non nouos creauit, quia antiq̃ ſcripturam non ſoluit, ſed impleuit & docuit. Gratias agit, docens nos de oĩb. beneficiis gratias agere, & intimans de noſtra refectione ſe gaudere & ſalute. Multiplicauit, quia de paucis illis tot ſcripturæ emanauerũt. Fragmenta, ſunt ſecretiora, quæ cõis non capit populus: hæc colligũt apoſtoli & cõmittuntur abiectis mũdi, & corde perfectis. Videntes prophetam vocant forſan ideo, quia adhuc in fęno reſident. Sed & uere propheta dicitur, quia dum aliquid præſens docet. Angelus dr̃: dum futurum prædicit, propheta. Tñ quia verbum caro factũ eſt, dñs eſt Angelorũ & prophetarũ.

Ioan. 9. b; Marc. 6. c

*e Sed hæc quid &c.* Q. Legis litera, vel corporei ſenſus quid pſunt ad multitudinem in te creditorum, qui ſpiritualia alimenta ſunt petituri, quæ omnem literam, omnemque corporeum ſenſum ſuperant?

*f Faci. ho.* Magiſter veritatis prius in ſimplicitate literæ quaſi in infimis locis, & in ſimplicitate uiſibilis creaturæ auditores erudiuit, vt ſic in altitudinem contemplationis erigantur.

*g Illi ergo homines cum vidiſſent quod &c.* Illi nondum plena fide proficiebant, quare hunc Deum dicere neſciebant. Nos certiores illis dicimus: Hic eſt verbum, ſine quo non eſt propheta vel Angelus.

& uidiſſet, quia multitudo maxima uenit† ad eum, dicit ad Philippum, Vnde ememus panes, ut mandu-

a ¶ Vt ignorantiam diſcipuli demonſtraret. b ¶ Fidem illius de futuro miraculo conſulens.

cent hi? Hoc autem dicebat tentans eum. Ipſe enim ſciebat, quid eſſet facturus. Reſpondit ei Philippus: Ducentorum denariorũ panes non ſufficiunt eis, ut unuſquiſque* modi-

a ¶ Eadem ſimplicitate qua Philippus.

cum quid accipiat. Dicit ei vnus ex diſcipulis eius, Andreas frater Simo-

a ¶ Puer hic, uel unus de diſcipulis fuit, uel aliquis de turba.

nis Petri: † Eſt puer unus hic, qui habet quinq; panes hordaceos, & du-

a ¶ Neque iſte adhuc perfectus in fide. ¶ Doctores non perfecte intelligentes legem dicent, quid confert lex ſaluti?

os piſces: ſed hæc quid ſunt inter† tã-

tos? Dixit ergo Ieſus: Facite homines

a ¶ Legis litera multiplex in ſymbolis.

diſcumbere. Erat autem † fœnum

a ¶ Adhuc in eis caro uiuebat.

multum in loco. Diſcubuerunt ergo viri numero quaſi quinq; milia. Accepit ergo Ieſus panes, & cũ gra-

¶ Per ſe & per apoſtolos.

tias egiſſet: diſtribuit* diſcumbentibus. Similiter & ex piſcibus quãtum uolebant. Vt aũt impleti ſunt, dixit diſcipulis ſuis: Colligite quæ ſupe-

a ¶ Illa ſubtilia ſacramenta, quę non poſſunt imperfecti capere, quæ non committuntur apoſtolis.

rauerunt fragmenta † ne pereant. Collegerunt ergo, & impleuerunt

¶ Varia uaſa ad portandum deputata.

duodecim cophinos † fragmentorum, ex quinq; panibus hordeaceis & duob' piſcib' quæ ſupfuerunt his qui mãducauerãt. Illi ergo hoĩes cũ

*eorum

† tot, tam multos

† herba, gramen

*diſcipulis diſcipuli vere

† nequid pereat

necesſitas ex defectu pecuniæ, cum ſubditur.

a Vnde ememus &c. *Non petit ignorans, quòd deficeret eis precium, ſed vt ex reſpõſione Philippi appareret certius miraculũ. vnde ſubditur:*

b Hoc au. di. &c. *vt per hoc defectus pecuniæ alijs oſtenderetur, ſicut Gen. xxij. Tentauit Deus Abraham, vt eius obedientia alijs manifeſtaretur, non ſibi. propter hoc ſubditur:*

c Ipſe. n. ſcie. *quia inquãtum homo habuit plenitudinem ſcientiæ à principio conceptionis, & inquãtum Deus oĩa nouit ab æterno.*

d Reſpon. ei Phi. Ducento. de. *q. d. pauperes ſumus, & tantam pecuniam habere non poſſumus, & ſi haberemus, nõ ſufficeret pro eorum refectione. & ideo ſequitur:*

e Vt unu. mo. *Iſte. n. Philippus adhuc rudis exiſtens non aſpiciebat ad eius virtutẽ, quæ de aqua vinũ fecerat, nec ad alia ſigna, quæ frequenter fecerat. Oſtenditur conſequenter miraculi neceſſitas ex cibi paucitate.*

f Dicit ei unus. *Hic uidetur melius diſpoſitus quam Philippus, quia in reſponſione ſua uidetur habere reſpectum ad multiplicationem panum, eo modo quo factum eſt per Eliſeum. unde ſubditur.*

g Eſt puer unus qui habet &c. *quaſi dicat etiam ſi multiplicarentur eo modo quo factum eſt per Eliſæum, qui de viginti panibus multiplicatis non ſatiauit niſi centum uiros: in iſta magna multitudine hoc eſſet valde modicum.*

4. Reg. 4. g

h Dixit ergo Ie. *Oſtenſa miraculi neceſſitate, hic cõſequenter deſcribitur eius qualitas per multiplicationem panum virtute Chriſti. hoc eſt quod dicitur:*

i Facite ho. diſ. *i. ordinate ſedere ad comedendum.*

k Erat au. &c. *Hoc interponitur, ad oſtendendum q̃ locus erat captus ad ſedendum.*

l Diſcubuerunt ergo &c. *ſecundum modũ Hebraicum ſoli viri hic numerantur à viginti annis & ſupra, vt habetur Nume. 1. mulieres autem & paruuli hic tacentur.*

m Accepit ergo Ieſus panes. *quia in manibus ſuis multiplicati ſunt. De modo huius multiplicationis dixi Matth. xiiij. ubi idem miraculum deſcribitur. Sciendum tamen, quòd Chriſtus non creauit panes de nouo, ſed præexiſtentes multiplicauit, ut miraculum eſſet magis notum: quia talis multiplicatio eſt magis perceptibilis quam creatio.*

n Et cum gratias &c. *ideſt per apoſtolos diſtribui præcepit. Sciendum etiam, quòd Chriſtus aliquando fecit miracula imperando, vt oſtenderet ſe facere illa virtute propria. aliquando autem orando, ut hic cum dicitur:* Gratias egiſſet. *vt oſtenderet, quòd talia non fiebant ab eo per dæmones magica arte, vt phariſæi dicebant.*

Miraculorum Chriſti diuerſitas

o Vt autem impleti. *Hic oſtenditur miraculi veritas. Si enim multiplicatio illa fuiſſet tantum ſecundum apparentiam, homines non fuiſſent inde ſatiati, nec remanſiſſent ibi reliquiæ ſenſibiles, ideo ad maiorem declarationem miraculi & eius publicationem ſubditur.*

p Dixit &c. fragmenta ne. *quia per fragmenta portata alijs qui non fuerant ibi, publicatum eſt miraculum & approbatum: quia uere & non ficticie reficiebantur.*

q Collegerunt ergo &c. *Non à caſu, ſed ex diuina diſpoſitione impleti ſunt duodecim cophini ſecundum numerum duodecim apoſtolorum, vt per hoc deſignaretur, quod fragmenta verborum Chriſti per apoſtolos per mundum publicarentur. Sed ſi quęratur. Vnde habuerunt illos cophinos in monte? Poteſt dici, quod acceperũt in aliqua uilla propinqua, uel quod fuerant ibi portati vt venderentur multitudini uenienti. Vel poteſt dici, quod non fuerant ibi cophini, ſed tantum collegerunt de fragmentis, quòd duodecim cophini poſſent impleri, vt bene alibi inuenitur talis modus loquendi.*

Quæſtio

r Ex quinque panibus &c. *Hoc etiam facit ad euidentiam miraculi, quia plus remanſit quam a principio fuit.*

ſ Illi ergo. *Hic ponitur miraculi fructus, qui oſtenditur triplex. Primus eſt fidei confeſſio. Secundus honoris exhibitio, ibi:* Ieſus ergo. *Tertius Chriſti ſollicita quæſitio, ibi:* Vt autem ſero. *Circa primum ſciendum, quod Chriſtus erat promiſſus in lege tanquam propheta cæteris excellentior, vt habetur Deuteronom. xviij. c. Prophetam ſuſcitabit &c. propter quod viſo miraculo prædicto populus confeſſus eſt illum eſſe, de quo loquitur prædicta ſcriptura, & ſic confitebantur eum eſſe verum Chriſtum: & hoc eſt quod dicitur:* Illi ergo &cæte. *fecerat ſignum alias non auditum. quia illa*

## NICOL. DE LYRA.

¶ *in tres: quia primo præmittitur miraculi neceſſitas. Secundo deſcribitur eius qualitas, ibi:* Dixit ergo Ieſus. *Tertiò oſtẽditur eius veritas, ibi:* Vt autem impleti ſunt. *Primum oſtenditur tripliciter ſcilicet ex populi multitudine, cum dicitur:* Cum ſubleuaſſet &c. *Tantum enim deſiderabant audire Chriſtum, quòd omiſerant apportare ſecum alimentum. propter quod neceſſarium erat fieri miraculum. Oſtenditur etiam hæc neceſſitas*



VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

E a *Ie.er.* Qui uolũt rapere & legem facere, ſigñat diſcipulos & alios credentes, qui uolunt præuenire tp̃s regni eius, putãtes eũ ſic ueniſſe vt iam regnaret. Sed hoc tp̃e colligitur regnũ, qđ in fine erit manifeſtũ, cũ dicet: Percipite regnũ qđ uobis pa.eſt. Fugit ergo non timẽs teneri, q poſtea eiſdẽ colloquitur, ſed ſignare uolẽs, ꝙ altitudo eius non põt intelligi. Fugit in montẽ.i.aſcẽdit cælos, ſolus ſacerdos interpellans pro populo foris conſtituto, qui interim iactatur fluctibus. unde ſubdit.

Matt. 25.c

b *Vt au.ſero fa.* Sero mundi, eſt poſt aſcenſionem Chriſti, in quo diſcipuli deſcendunt ad labores mundi, & regunt nauem.i.eccleſiam.

c *Et te.iam fa.erant.* quanto accedit finis mundi, tanto magis frigeſſit charitas, creſcunt errores, crebreſcunt mala: & tamen nauis non perit, ſed Ieſus ad portum tendit.

†receſſit in mon.

†Mat. 14.c Marc. 6.c

d *Cum re.* Nõ ſine cauſa ęſtimatiue dicit xxv. aut xxx. & non affirmatiue alterũ. Quinquies quinq; sũt xxv. & eſt quadratus quinarius, ſignãs libros legis, cui deerat pfectio. In ſenario autẽ q cõſtat ex partibus ſuis, notatur pfectio. Vnde ſex dieb. fecit oĩa Deus. qn que ergo p ſex multiplicatur, vt lex p Euãgeliũ adimpleat. His ergo q legẽ ſeruant, incipit apparere Ieſus, ſed per euangelicam gratiam proximus fit, & calcat fluctus.i. oẽs tumores mũdi ſub pedib. & cum pręabundantia mali q remigãt timẽt, ne deficiãt. ſed eos cõſolatur Ieſus: Ego ſum qui hoc p̃dixi, q hęc facio q̃ neceſſe eſt fieri. & iõ nolite timere, quia ecce ego cõprimo fluctus, qui uobiſcum ſum.v.ad cõ.ſę.

Gene. 1.d

Matt. 28.d

†appropinquare naui Marc. 14.c

e *Timuerunt.* Quod diſcipuli q oĩm in eccleſia futurorum figuram gerebãt, uiſo domino ſuper fluctum maris ad ſe venientem timuerunt, & vt alius euangeliſta apertius dicit, phantaſma crediderunt eum: myſterio nõ uacat, quia adhuc hodie multi in eccleſia, cum audiunt ſibi perſuaderi, vt pñtia bona & caduca pro ęternis quandoq; habendis dimittant, timent & ſe deceptos credunt, quib. dominus ait: *Nollite timere ego ſum.*

F †Venit

f *Altera die.* Inſinuatum eſt turbę hoc miraculum, quod ſup aquas Ieſus ambulaſſet, quia nõ fuerit ibi niſi nauis una, & in eã nõ intrauit Ieſus cũ diſcipulis. vñ ergo factus eſſet trãſitus, niſi ſuper aquas ambulaſſet. Allegorice. *Altera die.* id eſt poſt ostenſionem

Allegor.

*noctem imminentem non demiſerunt quęrere eum.*

d Et cum aſcendiſſet nauim uene.&c. *i. uoluerunt uenire quia, credebant illic eſſe Chriſtum. propter quod ſubditur.*

e Et tenebræ iam factæ erant. *Chriſtum enim ex altera parte maris Tiberiadis uſque ad noctem expectauerunt.* G

uidiſſent quod Ieſus fecerat ſignum

dicebant: Quia hic eſt uere prophe- a

a ¶Magnæ ſalutis mundo eſt præco futurus.

a ta qui uẽnturus eſt in mundum. Ie- b

ſus ergo cum cognouiſſet: quia ven-

¶Pro miraculo panum uolentes ſub hoc eſſe, ſub quo uidebantur non egere.

turi eſſent ut raperent eũ, & facerent

a ¶Qui poſt occurrit crucifixoribus.

eum regem: † fugit iterum in mon-

a ¶A quo deſcenderat paſcere turbas, docens proſpera mũdi fugere, & contra ea orare.

b tẽm ipſe ſolus. † Vt autẽ ſero factũ c

eſt, deſcenderũt diſcipuli eius ad ma

re. Et cum aſcendiſſent nauim: vene d

a ¶Summatim proponit, quod poſtea explicabit.

c rũnt trans mare in Capharnaum. Et e

a ¶Merito tenebræ ſunt, quia lux nondum uenit.
¶Exponit quid inueniendo contigerit.

tẽnebræ iam factæ erant, & nõ uene f

¶Mundus. ¶i. omni genere tentationum.

rat ad eos Ieſus. Mare autem uento g

¶Aduerſus eccleſiam. ¶Non deſiſtebant pro aduerſis: quia qui perſeuerauerit uſq; in ſi ſal.erit.

d magno flante exurgebat. Cum remi h

gaſſent ergo quaſi ſtadia uigintiquin

que aut triginta, uidẽt Ieſum ambu- i

lantẽ ſupra mare, & †proximũ naui

¶Non in ſeipſos confidentes.

e fieri: & timuerunt. Ille autẽ dicit eis: k

a ¶Agnoſcentes & ſecure gaudentes.

Ego ſum: nolite timere: Voluerũt er- l m

a ¶De fluctu ad ſoliditatem portus, quæ eſt in ęterna pace. n

go eũ accipe in nauim, & ſtatĩ nauis o

f †fuit ad terrã quã ibant. † Altera die p

¶Vnde uenerant diſcipuli.

turba quæ ſtabat trans mare, uidit

f Et non uene.&c. *propter quod credebãt ipſum mare tranſiſſe ſine eis.*

g Mare autem uen. *Ex quo patet deſiderium eorum eſſendi cum Chriſto, quia propter tempeſtatis periculum non differebãt uenire ad eum.*

h Cum remigaſſent ergo quaſi. *Stadium eſt octaua pars miliaris: & ſic patet quòd vigintiquinque ſtadia faciunt tria miliaria & unum ſtadium.*

i Vident Ie. *non quia habuit corpus phantaſticum, ſicut dicit Manichæus, ſed virtute diuina ſic ambulauit. quia & Petrum eadem uirtute fecit ambulare ſuper aquas, ut habetur Mat. xiiij. qui habuit corpus graue & ponderoſum, ẽt ſecũdum Matthęum.*

k Et ti. *Tum propter aquæ periculũ: Tum quia timebant ne eſſet quid phantaſticum. & ideo utrumq; timorem remouet dicens:*

l Ego ſum. *vere, non phantaſtice.*

m Nolite timere. *quia poſſum vos de periculo aquæ eripere.*

n Voluerunt ergo. *vt ſecuriores eſſent ex eius præſentia.*

o Et ſta.na. fuit ad &c. *ſ. Capharnaum, & ſic apparet ibi triplex miraculum. Primo, quia ſuper aquas ambulauit. Secundo quia tempeſtatem ſedauit. Tertio in breuiſſimo tempore fuerunt in portu, a quo multum diſtabant. Solet autem hic quæri utrum idem ſit factum quod hic ſcribitur, & Mat. xiiij. Ad hoc dicit Chryſo. quòd non. Primo quia ibi dicitur, ꝙ diſcipuli ex præcepto Chriſti nauem intrauerunt. hic dicitur quòd propria uoluntate hoc fecerunt. Secundo, quia ibi dicitur ꝙ veniens ad eos ſupra mare intrauit nauem. hic autem dicitur ꝙ uoluerunt eum accipere in nauim. tertio quia ibi dicitur ꝙ applicuerunt in terram Geneſar. hic autem dicitur quòd applicuerunt in Capharnaum. & ideo dicit ꝙ eſt aliud et aliud factum, habens tamẽ ſimilitudinem in multis, nec eſt mirum, quia Chriſtus frequenter legitur miracula ſimilia feciſſe. Aug. vero dicit contrarium: quia Matthæus poſt refectionem turbæ narrat hanc apparitionem Chriſti ſupra mare, ſicut hic. Qui vult Aug. ſequi, poteſt obiecta Chriſoſt. ſoluere. Ad primum poteſt ſic dici, quod Chriſtus pręcepit apoſtolis, vt pararent ſe ad transfretandum, & interim illis ignorantibus aſcendit in montem orare, & ipſi expectauerunt eum uſque ad veſperam. & tunc videntes quod non veniret, crediderũt ipſum alibi tranſiſſe, propter quod tunc aſcenderunt nauem propria voluntate, vt quærerent eum. & ſic non eſt hic contradictio, quia primo Chriſtus præceperat, vt dicit Matthæus, quod poſtea ipſo abſente propria voluntate executi ſunt. Ad ſecundum dicendum, quod Iohannes non negauit Chriſtum nauem intraſſe, ſed dicit quod uoluerunt eum accipere quando appropinquauit eis: ſed tunc non intrauit, ſed ibat extra nauẽ & Petrus petijt ad ipſum uenire ſuper aquas, vt dicit Matthæus: & poſtea cum Petro intrauit nauem. Ad tertium dicendum, quòd Geneſar non eſt nomen ciuitatis, ſed regionis ſupra illud mare exiſtentis. & dicitur Geneſar quaſi generans auram, propter ventum ibidem ex mari generatum. in illa autem regione eſt ciuitas Capharnaum. & ideo venire in Capharnaum, eſt venire in terram Geneſar. Sicut venire Pariſios eſt venire in terram Francię. vel ſi dicatur quòd Geneſar ſit villa, dicendum quòd erat prope Capharnaum: & in confinio vtrinſque applicuerunt, medium autem ab vtroque extremo denominatur.*

In mat. hom. 51 c.6. H †Poſtero De conſe. euãg. li. 2. 47. 4 Quæſt. Iud. & Mat. cordia

p Altera die. *Hic oſtenditur qualiter fuit quæſitus à turbis. Multi enim qui viderant & audierant ſignum factum de panibus, in craſtinum venerunt ad locum, vbi Ieſus fecerat illud ſignum: & non inuenientes eum, venerunt ad alteram partem maris, & ibi* ¶ inuenerunt

## NICOL. DE LYRA.

¶ *multiplicatio quæ facta fuit per Eliſæum, fuit multum deficiens ab iſta, vt patet per prædicta.*

a Dicebant &c. uenturus eſt in mun. *ad ipſum ſaluandum. Sic autẽ non venerunt alij prophetæ, ſed ſolũ ad denunciandum iſtius aduentum.*

b Ieſus ergo. *Hic ponitur ſecundus fructus, qui eſt honoris exhibitio. Chriſtus enim erat promiſſus rex futurus, ſecundum quòd habetur Ieremiæ. xxiii. Suſcitabo Dauid germen iuſtum, & regnabit rex & ſapiens erit & cæt. & ideo poſtquam confeſſi ſunt eum eſſe Chriſtum, voluerunt conſequenter ipſum facere regem. Chriſtus tamẽ non acceptauit hunc honorem. Et hoc eſt quod dicitur:* Ieſus ergo cũ cognouiſſet &c. *In hoc dans exemplum nobis fugiendi honores & acceptandi labores, quia ad paſſionem quæſitus ſe obtulit. Si autem quęratur, quare non acceptauit tunc regnum, cum eſſet ſuum ex diuina promiſſione, dicendum quòd licet eſſet ſuum dicto modo, tamen non erat manifeſtandum, niſi tempore debito. Hoc autem non debuit eſſe in primo aduentu, ne fides catholica potentiæ humanæ aſcriberetur, ſicut lex Mahumeti, quæ per potentiam gladii incepit, & per eam tenetur. Præterea, quia per prophetas erat denunciatus primo venturus ad ſuſcipiendum abiectionem & mortem: Poſtea autem ueniet ad manifeſtandum regium honorem. propter quod Act. 1. a. dicitur apoſtolis quærentibus: Domine ſi in tempore hoc reſtitues regnum Iſrael? Reſpondit: Non eſt veſtrum noſſe tempora &c.*

c Vt autem ſero. *Hic ponitur tertius fructus miraculi prædicti, qui eſt ſollicita Chriſti quæſitio, & primo oſtenditur qualiter quæſitus eſt a diſcipulis. ſecundo a turbis, ibi: Altera autem. In prima ergo parte dicitur ſic:* Vt autem ſero factum eſt, diſcipuli eius deſcenderunt ad mare. *vt quærerent magiſtrum ſuum, quia ab eis receſſerat, vt prędictum eſt. Et patet ex hoc deuotio eorum ad ipſum, quia propter* noctem

## MORALITER.

✽ b *Ieſus ergo &c. fu. &c.* Cum autem quæreretur ad paſſionem, uoluntarie ſe obtulit & quærentibus ſe manifeſtauit. d. ego ſum, ut habetur infra xviii.g. per hoc oſtendens ꝙ virtuoſus debet eſſe tardus ad honores, & promptus ad bonos labores. Sic autem fecerunt patres noſtri, Ambroſius, Aug. Grego. & alii multi qui dignitates eccleſiæ refugerunt quantum potuerunt bono modo, & labores fideliter executi ſunt & viriliter.

d *Et cum aſ.na.&c.* exponatur ſicut ſupra Mat. xiiii. & Mar. vi.

✽ *Amen*



A oſtenſionem Chriſti ſtabat in bonis operibus, non iacebat in terrenis expectans Ieſum. Vna nauis, catholica eccleſia, aliæ naues, conuentus eorum, qui non ſincere quærũt Ieſum. unde eis dicitur: Quæritis me non propter me, ſed propter terrena Et docentur quomodo debeant quærere.

a *Et cum inueniſſe.* Ecce præſens eſt eis quos fugerat, ne eum regem facerẽt. Cur ergo fugerat, niſi p p̃dicto ſacramẽto? Iterum pñs loquitur eis, ut quorũ ſatiauit uẽtres, eorum ſatiet & mẽtes, dicens: Amen amen dico uobis, docens eos quos doctores inſtituit, fugere laudem & terrenum imperiũ, ſed tamen inſiſtere prædicationi.

*Illa quam ingreſſi ſũt diſcipuli eius

b *Amen amen dico vo.* Poſtq̃ de diuinitate ſua qua idem eſt cum patre, tractauit & eodẽ honore honorãdus, & de humanitate ſua qua de morte liberat & ſuſcitat grandi honore dignus, uult tractare de cibo uitę i. uerbo dei. Et hæc continuatio quantum ad ſententiam. Ad literã uero ſic. Vos q̃ritis me non pp me, ſed pp panes q pcũt. Ergo operamini.i quærite me ppter me, non pp aliud. Ipſe eſt enim cibus ille q permanet in uitam æternam, vt poſt aperte dicet. Similiter quotidie quærunt multi Ieſum, nõ propter Ieſum. ſed ut bene ſit eis in tempore.

†gratias agẽte dño

*ipſi

c *Signauit Deus.* Quaſi proprio ſigno a cæteris diſcreuit, quia qui eſt filius hominis, eſt & filius Dei: & ideo me nolite contemnere filium hominis, ſed petite a me cibum ſpiritualem.

d *Hoc eſt opus Dei.* Fides per dilectionem operans, eſt opus: quia ſi deſit facultas non quæritur, niſi uolũtas. Merito etiam fides quæ per dilectionem operatur, opus dicitur, quæ eſt initiũ & finis totius boni.

Gal. 5.a

e *Quod ergo tu.* Audiunt Chriſtum promittentem maiora.i cibum, qui pmanet u uitam ęternam, quã Moyſen q promiſit terrã fluentem lac & mel, & huiuſmodi temporalia: & nondũ uidẽt ab eo ſigna niſi minor a Moyſes .n. dedit de cælo panẽ, iſte panes hordeaceos, quaſi ergo pro minimo habẽtes quod fecerat q maiora pmittebat, quærunt: *Quod ergo tu facis.*

B Exo. 3.b Ibid. 16. Exod. 16.e †ſigillauit obſignauit

f *Signum.* Quia ad fidem ſuam eos inuitabat, quærunt ſigna quibus inducerentur ad credendum. unde Apoſtolus: Iudæi ſigna quęrunt.

g *Dixit ergo.* Quod præferebant opus Moyſi ſuo operi, oſtẽdit illud eſſe minus: quia non fuit panis de cælo, ſed tantum figura illius & ſuum maius, q eſt panis de cęlo qui dat uitam. & hic eſt cibus quem ſupra dixit permanere uitam ęternam.

1.Cor.1.d †Mat. 16.a Marc. 8.b

Panis

¶In præcedente ueſpera.

quia nauicula alia non erat ibi niſi

una, *& quia non introiſſet cum di-

¶Illam.

ſcipulis ſuis Ieſus in † nauim: ſed ſo-

li diſcipulis eius abiſſent. Aliæ uero

a ¶Quibus ipſe turbæ tranſportarentur.

ſuperuenerunt nãues à Tyberiade

¶Et adhuc ibidem erant.

iuxta locum ubi manducauerant

¶Quia naues habent.

panem, †gratias agentes Deo. Cum

a ¶Qui non intrauerat nauim.

ergo uidiſſet turba, quia Ieſus non

¶Qui intrauerat nauim.

eſſet ibi, neque diſcipuli eius, aſcen-

¶Qui uenerant a Tyberiade.

derunt * in nauiculas, & uenerunt

a Capharnaum quærentes Ieſum. Et

cum inueniſſent eũ trans mare, di-

a ¶Quia nauem non intraſti.

xerunt ei: Rabbi, quando huc ueni-

a ¶Non ad quæſtionem, ſed ad intentionem.

ſti? Reſpondit ei Ieſus & dixit: Amen a b

b amen dico uobis: quæritis me, non

a ¶Quia potuiſtis me cognoſcere. ¶i. non propter ſpiritum, ſed propter carnem, ne oporteat uos laborare.

quia uidiſtis ſignã, ſed quia mandu- c

caſtis ex panibus & ſaturati eſtis.

a ¶Operibus meremini. b ¶Non panes vt prius.

Operãmini non cibũm qui perit: ſed d

a ¶Verbum quo uiuunt angeli.

qui permanet in uitam æternã: quẽ e

a ¶Nullus alius, ipſe enim & per ſacerdotes uobis dat.
b ¶Vere filius hominis uobis dabit, hunc enim Vel utique poſſum.

filiũs hominis dabit uobis. Hũnc f

a ¶Præ conſortibus ſuis. b ¶Quia intellexerunt cibum illum eſſe opus Dei.

c enim pater† ſignãuit Deus. Dixẽrũt g

a ¶Quid obſeruando hoc præceptum facere poterimus.

ergo ad eum: Quid faciemus, ut ope h

remur opera Dei? Reſpondit Ieſus, i

a ¶Non hominis, ne quis hoc ſe putet habere niſi a Deo.

d & dixit eis: Hoc eſt opus Dẽi, vt cre- k

datis in eum, quem miſit ille. Dixe- l

e f runt ergo ei: † Quod ergo tu facis ſi- m

¶Illud.

gnũ ut uideamus, & credamus tibi?

a ¶Hic aperte oſtendunt ſe comparare miraculum Moyſi miraculo Chriſti, quaſi minori.

Quid operaris? Patres noſtri mãn- n

ducauerunt manna in deſerto, ſicut

¶Ne paruum quid putes, manna quod Pſalmiſta uocat panem cœli.

ſcriptũ eſt: † Panem de cælo dedit eis

mãducare. Dixit ergo eis Ieſus: Amẽ o

g amen dico uobis, non Moyſes de-

*eum propter cibum corporalem quem eis dederat, & adhuc iterum ſperabant habere, arguit eos, dicens:* C

b Amen amen dico uobis. *Ad credendum & uenerãdum. Loquitur pro illis ſolum qui male mouebantur, quia multi bona deuotione ſequebantur eum, vt prædictum eſt, & aliqui ex mala & carnali intentione, & ideo ſequitur.*

c Sed quia man. ex. *q. d. deberetis magis eſſe ſolliciti de cibo ſpirituali quo anima ſuſtentatur, quia melior eſt cibo carnali, quanto anima eſt melior corpore. ideo ſequitur:*

d Operamini &c. *qui perma. i. operam date, vt poſſitis habere cibum ſpiritualem, quia non perit ſicut corporalis. Si enim cibus corporalis maneat in propria forma, non nutrit ſed magis nocet corpori. Sed ſi nutriat, oportet quòd a propria natura pereat, & conuertatur in membra. Econuerſo autem cibus ſpiritualis manet & conuertit in ſeipſum ſumentem, quia Deus nos ſibi incorporat & non econuerſo. unde Auguſt. loquens in perſona huius cibi dicit: Cibus ſum grãdium, non me mutabis in te. ſed tu mutaberis in me.*

† nauicula

Confeſ. li. 7. c. 10. 10. 1

e Quem fi. ho. *i. paratus eſt dare, quia ad hoc uenit in mundum.*

f Hunc enim pater ſignauit, *id eſt ad hoc ipſum aſſignauit, mittendo in mundum propter quod infra. xviij. g. dicit: Ego ad hoc ueni in mundum, vt teſtimonium perhibeam veritati, & hoc eſt dare cibum ſpiritualem.*

g Dixerunt ergo. *Hic conſequenter oſtenditur modus habendi cibum hunc ſcilicet per ueram fidem, per quam homo Deo incorporatur. Et primo circa hoc ponitur Chriſti inſtructio ſecundo Iudæorũ obiectio, ibi: Dixerunt: Inſtructioni vero Chriſti præmittitur eorum interrogatio, cum dicitur:* Dixerunt ergo ad eum. *quęrendo qualiter poſſent habere cibum prædictum.*

h Quid fa. ut ope. opera: *i. opus per quod poſſimus prædictũm cibum conſequi.*

i Reſpondit Ieſus & dixit eis hoc eſt opus, *per quòd hunc cibum poteritis aſſequi.*

k Vt credatis in illum quem miſit il. &c. *Quod autem fides hic dicitur opus, uidetur eſſe contra illud quod habetur ad Roma. iiij. a. ubi fides deſtinguitur contra opus. Dicendum quod ibi diſtinguitur contra opera exteriora. hic autem dicitur opus manens tantum in anima.* D

l Dixerunt. *Hic contra dictum Chriſti obijciunt dicentes.*

m Quod ergo tu facis ſignum ut uideamus & credamus. *quaſi dicat tu adhuc non feciſti ſimilia Moyſi, propter hoc ſubditur:*

n Patres noſtri manducauerunt manna in deſerto ſicut ſcriptum eſt. *quaſi dicat Moyſes dedit manna, tu autem panem hordeaceum. Iterum dedit. xl. annis, tu autem paiſti nos ſemel tantum. & ſubditur reſponſio.*

o Amen amen dico uobis nõ Moyſes &c. *ſcilicet proprie dicto, quia non de cælo ſidereo & empyreo, ſed de cælo aereo: quia deſcendebat, vt ros vel pruina, vt habetur Nume. xi. b.*

¶ Sed

## NIC. DE LYRA.

¶ *inuenerũt eũ cum diſcipulis ſuis. & quia erant ibi tantum duæ naues, una in qua ipſi uenerant quærentes Ieſum, & alia in qua uenerant apoſtoli & die præcedenti uiderant, quod Ieſus non intrauerat nauem cum diſcipulis ſuis, ideo mirabantur qualiter tranſiſſet illud mare: & ideo quærebant Rabbi, quando huc veniſti? Alia litera patet ex dictis.*

†Pſal. 77.c Sap. 16.c De conſe. di. 2. e. hæc Moyſes

a Reſpondit eis Ieſus *Poſito ſigno de cibo corporali, hic conſequenter ponitur doctrina de cibo ſpirituali. cibus autem ſpiritualis eſt ipſum verbum incarnatum principaliter ratione deitatis, & ex conſequenti ratione aſſumptæ carnis, quæ nobis datur in cibum in ſacramento eucharĩſtiæ. ideo primo agitur de cibo ſpirituali quod eſt uerbum. ſecundo de cibo ſpirituali quod eſt ſacramentum, ibi: Et panis quem ego dabo. Prima in duas, quia primo ponitur Chriſti doctrina. ſecundo ſubditur Iudæorũ murmuratio maligna, ibi: Murmurabant. Prima diuiditur in quatuor quia primo inuitat eos ad quærendum cibum ſpiritualem. ſecundo oſtendit ueniendi modum, ibi: Dixerunt ergo. tertio oſtenditur quid ſit iſte cibus, ibi: Dixerunt ergo ad eum, domine ſemper da nobis. quarto qui pertingunt ad fruitionem eius ibi: Omne quod dat mihi. In prima igitur parte dicitur ſic.* Reſpond. t eis Ie. *Videns .n. quòd ita ſolicite quærebant* eum

Diuiſio

## MORALITER.

✽ b *Amen amen.* Greg. Non pro ſignis dominum, ſed pro panibus quærere, eſt ad officium religionis non pro augendis uirtutibus, ſed pro requirendis ſubſidiis temporalibus inhiare.

Moral. lib. 18 cap. 17. cir. me. to. 1

d *Operamini non cibum.* Chryſ. quaſi dicat uos exquiritis eſcam temporalem, ego autem corpora neſtra nutriui, ut per hoc exquireretis illam eſcam, quæ non temporalem, ſed æternam tribuit uitam. Hæc autem eſca eſt Chriſti corpus in euchariſtia, prout patet per literam ſequentem, in qua loquitur ſatis diffuſe de ſacramento euchariſtiæ, oſtendens quid in eo realiter continetur. Vnde infra eo. c. dicitur. Caro me. ue. eſt ci. & ſan. m. v. eſt. po. Per quod tollitur error Berengarii, qui dixit Chriſti corpus in hoc ſacramento tanquam in ſigno contineri: propter quòd dictum ſuum tanquam erroneum reuocauit. In reſiduo huius c. non occurrit mihi aliquis ſenſus myſticus notabilis; ideo ſufficiat literalis.

In euan. Io. hom. 43. ex c. 6. in. xviii. to. 3.

Error Berẽ S. 7.

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

a *Panis en. uerus.* Angeli purum uerbum ſolidum cibum comedunt: Nos vero verbum, ſed in lac verſum: quia ſi non poſſumus comedere, poſſumus ſugere. Niſi enim incarnaretur, à nobis non cognoſceretur, à nobis non guſtaretur.

Sup. 4. b
b *Dom. ſem.* Sicut mulier Samaritana audiens: Qui biberit de hac aqua, non ſitiet in ęternũ ſecundũ corpus accepit, & tamen labore & indigentia carere uolens, dixit: Da mihi hanc aquam, ſic iſti quærunt panem q eos reficiat, & nunquam deficiat: propter ꝙ eum regem facere uoluerunt. Sed Ieſus ad ſe reuocat, & quẽ panẽ dixit, euidẽtius aperit: Ego ſum pa. ui. Potero dare vitã, qa ſum panis uiuificãs, igne ſpũſſcti in clibano vteri virginalis coctus & formatus, & mundo ad pellendã famẽ ignorantię Dei donatus.

c *Sed di. Q.* Non dixi de hoc pane, qui ſciam vos eſſe ſatiandos, ſed ad improperium veſtræ infidelitatis, quia uidetis & non creditis.

d *Oẽ quod dat mi. pa.* i. quæcũq; pr̃ trahit ad me, pr̃ dat filio. Pater trahit ad filiũ illos, qui ideo credunt in filium, quia credunt eum patrem habere Deum.

e *Veniet.* Mihi unitur humilis humili, & ideo non foras eiicitur, quod eſt tantum ſuperbi, qui nihil habet in bono interiori, neque hic, neque in futuro.

f *Et eum qui &c. non eij. fo.* ſed intus manebit in ſecreto beatitudinis. unde dr̃: (Matt. 25. b) Intra in gaudium domini tui. ideo nõ eiiciam foras mihi hærẽtem humilem: quia ueni facere voluntatem nõ meã, ſed patris. Superbus ſuam uoluntatem facit, non Dei, humilis Dei, non ſuam. Qđ eſt, qa humilis ſum docens humilitatem: iõ q mihi hęret humilis ſit, & faciet non ſuam voluntatem, ſed Dei. & iõ non eſt eius foras eiici, ſicut ſuperbi.

F g *Hæc eſt. n.* Dicitur: Non eſt uoluntas Dei, ut pereat unus de puſillis. de tumentibus perit, de puſillis nihil.

h *Nõ per. ex eo: ſed re. &c. hæc.* i. qa uidet me & credit in me, qui ſum uita ſicut & pater. & iõ modo habet uitam quæ non eſt ei ſola, ſed & reſuſcitabo eum.

i *Vt omnis qui.* Supra dicebat: Qui audit uerbum meum & credit ei qui me miſit, hic dicit: Qui videt filium & credit in eum. Non dicit: Qui credit in patrẽ, quia hoc eſt credere in filiũ quod & in patrẽ. qa ſicut pater hẽt uitã in ſemetipſo, ſic & filius hẽt vitã in ſemetipſo.

k *Murmurabãt ergo Iudæi de illo.* ideſt Neſcientes hunc panem, nec patrem eius cæleſtem: quia inflati de ſua iuſticia, in qua de uiribus ſuis præſumunt, iuſticiam Dei, quæ de cælo venit, non eſuriunt.

Margin: Ibidem; †Dei; †autem; Ieſum

a ¶Et ſi de aere, non tamen illum de quo uiuunt angeli,
dit uobis panem de cælõ: ſed pater a
a ¶i. uerbum, quod uertitur in lac, dum deſcendit in carnem.
meus dat uobis pãnem de cælo ue
¶Cor iuſtificans.
a rum. Panis enim † verus eſt, qui de b
¶Dum homo fit. ¶Quod non manna.
cælo deſcendit, & dat vitã mundo. c
b Dixerunt ergo ad eũ: Domine ſem d e
per da nobis panem hunc. Dixit au
tem eis Ieſus: Ego ſum panis uitæ, f
a ¶Hoc eſt, qui credit in me & comedit me. ¶Idem eſt non ſitire, utroq; enim ſignificatur æterna ſatietas.
qui uenit ad mẽ non eſuriet: & qui g h
credit in me, non ſitiet † in æter-
a ¶Ego ſum panis reficiens quem uos præſentem habetis, & non manducatis credendo.
nũ. Sed dixi uobis: quia & uidiſtis i k
a ¶Sed ſi uos non creditis, non ideo inutiliter ueni, non ideo alios perdo, ſed uenientes recipio.
d me, & nõ creditis. Omne quod dat l m
a ¶Per fidem mihi unitur.
e f mihi pater, ad me veniẽt, & eũ qui n o
a ¶Qualibus fidei & bonæ operationis.
b ¶Factus ſum homo, ut humilem Deum ſequatur ille, quem pudet ſequi humilem hominem.
uẽnit ad me, nõ eiiciam foras: quia p q
deſcendi de cælo, non vt faciam vo
¶Hominis. ¶Dei patris.
luntatem meam, ſed volũtatẽ eius
g qui miſit me. Hæc eſt † enim uolũ- r
tas eius, qui miſit me, patris, ut oẽ
a ¶Datus eſt ei tantũ humilis in quo fit prima reſurrectio.
h quod dẽdit mihi, nõ perdam ex eo ſ
¶Ecce ſecunda reſurrectio.
ſed reſuſcitem illud in nouiſſimo t u
a ¶Per me mediatorem vult pater dare credentibus utramque uitam.
die. Hæc eſt autem uolũntas pa- x
i tris mei qui miſit me: vt omnis qui
uidet filium & credit in eum, ha- y z
a ¶Credendo in eum & tranſeundo in uitam.
beat uitãm æternam: & ego reſuſci a
k tabo eum in nouiſſimo die. Mur- b
murabant ergo Iudæi de illo, quia
dixiſſet: Ego ſum panis uiuus, qui
de cælo deſcendi. Et dicebãt: † Non
a ¶Ignominioſe indignantes, & eius opprobria quærentes in humilitate generis eius offendunt. b ¶Chriſti.
nẽ hic eſt* filius Ioſeph, cuius nos

Nolite

tummodo prolungat. ideo ſequitur:

g Qui ue. ad me. *per fidem formatam charitate.*

h Non eſu. &c. & non ſi. *quia licet habens Deum, quem habet per gratiam, deſideret habere plenius per gloriam, tamen non deſiderat rem nõ habitam. Cibus autem & potus corporalis eſt contrarię conditionis: qa habitus in plenitudine in faſtidium vertitur. Sed quia poſſent iudæi dicere, nos petimus à te panem iſtum & tu non reſpondes, dabo uel non dabo: ideo ad hoc reſpondet di.*

i Sed dixi vo. ſ. *quòd ego ſum panis uitæ.*

k Quia & uidi. me. *& ſic habebitis hunc panem in præſentia veſtra quem paratus ſum dare.*

l Et non credi. *in hunc panem & non quæſiſtis: ſed magis panem corporalem.*

m Omne quod. *Hic conſequenter oſtendit qui ſunt illi qui fruuntur hoc pane, quia illi qui habent gratiam in præſenti, fruuntur imperfecte. in gloria autem fruentur perfecte. & hoc eſt quod dicitur:* Omne quod dat. *i. facit mihi pater adhærere, non ſolum ſecundum præſentem iuſticiam, ſed etiam ſecundum æternam prædeſtinationem.* († uſque)

n Ad me ue. *per fidem formatam.*

o Et eum qui. *hoc modo.*

p Non eii. ſo. *quia omnis prædeſtinatus finaliter ſaluatur. Cuius cauſa ſubditur:*

q Quia de. de ce. &c. ſed e. qui mi. *Non eſt per hoc intelligẽdum, quòd uoluntas Chriſti in aliquo diſcordet à volũtate patris: quia ſecundum naturam diuinam eadem omnino eſt voluntas patris & filij. Similiter ſecundũ naturam humanam voluntas eius non poterat à voluntate diuina diſcordare, cum anima Chriſti eſſet coniuncta verbo, non ſolum per fruitionem, ſed per realem vnionem. & ſic volũtas Chriſti nullo modo poterat à voluntate patris diſcrepare. Et ideo facere voluntatem patris & ſuam, eſt idem ſecũdum rem & econuerſo. Quando ergo dicit:* Deſcẽdi de cælo non &c. *eſt communis modus loquendi apud homines, illius, qui omnino ſequitur voluntatem alterius. Et eſt ſenſus:* Deſcendi de cælo &c. *ac ſi diceretur: Non veni ad declinandum in aliquo à voluntate patris: & per conſequens veni ad perficiẽdum ſalutem electorum. quia hæc eſt volũtas patris, ipſos prædeſtinantis. ideo ſequitur:* H

r Hæc eſt enim uoluntas &c. dedit mihi. *non ſolum ſecundum præſentem iuſticiam, ſed etiam ſecundum æternã prędeſtinationẽ.*

ſ Non perdam ex eo. *quia ſi talis aliquando cadit in peccatum, finaliter tamen reſurgit.*

t Sed reſu. illud. *vt corpore & anima perfruatur in gloria.*

u In nouiſſimo. *Homines enim reſurgent ad uitam incorruptibilem. & ideo poſt illam reſurrectionem non erit in natura humana generatio & corruptio, nec per conſequens in alijs creaturis corruptibilibus quæ ſunt propter hominem & per conſequens tunc* (†Matt. 13, Mar. 6, Luc. 4)

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ a Sed pater meus. *Diuiditur enim verum contra figurale, & ideo manna non fuit propriè panis uerus: quia fuit figura panis ſpiritualis dati in ſacramento, & ideo iſte eſt uerus panis, qui fuit figuratus per illum. Dicitur etiam de cælo vere & proprie dicto: quia Chriſtus ratione deitatis de cælo oritur ideſt de Deo patre. Similiter ratione humanitatis, quia anima immediate à Deo creatur. virtus etiam formatiua corporis fuit virtus ſpiritusſancti, vt ſupra dictum eſt. ideo ſequitur:*

b Panis enim ve. eſt qui de cæ. deſ. *modo dicto.*

c Et dat vitam mun. *Effectus enim ueri panis eſt vitam conſeruare. ideo ille eſt uerus panis ſpiritualis, qui dat & conſeruat vitam ſpũalem, hoc autem competit verbo incarnato: propter quod dicit infra. Ego veni vt vitam habeant &c.* (Infra 10. b) *Dixerunt ergo. Hic oſtendit quid ſit iſte panis ſpiritualis. Iudęi enim audientes bonitatem huius cibi, dixerunt.*

e Domine ſemper da nobis. *volebant de cætero eſſe refecti ſine eſurie & labore, ſicut de muliere Samaritana dictum fuit. iiij. b. quę petit à Chriſto: Domine da mihi hanc aquam, ut non ſitiam &c. verumtamen ſicut illa non intelligebat conditionem aquæ ſpiritualis, ſic nec iſti de pane ſpirituali. & ideo Ieſus oſtendit eis quid ſit iſte panis, dicens:*

f Ego ſum panis. *qui non ſolum vitam conſeruat, ſed etiam dat ipſam de nouo. panis autem corporalis uitam corporalem præexiſtentem tantummodo*

ſ Mortem non vi. Vita. n. beata in viſione & fruitione cõſiſtit. & ideo per excluſionem mortis gehennæ, quæ huic viſioni opponitur, cõſequutio beatitudinis intelligitur. & ſic patet quod ſupra fuit propoſitum. ſ. ꝙ ſequens Chriſtum habet lumen vitæ, quia ſequela Chriſti in obſeruatione uerbi eius conſiſtit.

t Dixerunt. Hic ponitur Iudæorum obiectio in contrarium. Et diuiditur in duas: quia primo ponitur dicta obiectio. ſecundo Chriſti reſponſio, ibi: Reſpondit Ieſus. Obiectio autem eorum incipit a conuicio: quia ſicut homines irrationabiles & turbati ſtatim dixerunt.

u Nunc c. quia dæ. ha. q. d. Prius tantum opinabamur te habere dæmonium, ſed modo ſumus certi: quia ita eſt ꝙ nulla falſitas à Deo eſt, ſed a diabolo, qui eſt pater mẽdacij, ut tu dixiſti. uerbum autem tuum eſt apertum mendacium. Ad cuius probationem inducunt.

x Abraham mortuus eſt & prophetæ, &c. qui tamen ſermonem Dei ſeruauerunt, qui eſt maioris uirtutis quàm ſit ſermo tuus, & ideo patet falſum quod tu dicis:

y Si quis ſermonem meum ſeruauerit, mortem non guſt. in æter. Ex quo patet, ꝙ decipiebantur in æquiuoco: ex quo Chriſtus dicebat de morte ſpirituali, ipſi autem acceperunt de morte corporali & ideo quærunt deriſorie duo. Primum eſt:

z Nũquid tu maior es pat. noſtro Abraham. q. d. non. Secundum eſt:

¶ Quem

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

a *Quē te.ſa.* Secūdū illos ſe faciebat filiū Dei, ęqualē ſibi, quaſi nō eſſet, ſed nō faciebat, immo uere erat. vñ Apl's: Nō rapinā arbitratus eſt facic's ſe æqualē Deo. Iō nō qs es, ſed quē te.i.fa.
b *Reſpondit.* contra hoc quod dicunt: Quem te facis: refert gloriam ſuam ad patrem, de quo eſt quòd Deus eſt.
c *Eſt pa.me.* Aperte dicit patrē ſuū eſſe Deum, qui annunciatus eſt Iudæis. nō recentē Deū vobis annuncio, ſed illū de cuius cognitione ſoletis gloriari.
d *Qui gl.* Vox pr̄is glorificat filiū in baptiſmo, ī mōte, et in aliis hmōi. *Et nō co.* Nō cognouiſtis ſpūaliter, dū pro terrenis ſeruiſtis. Ecce videt apte eos ſibi reſiſtere, ſed tñ nō deſinit ſe eis p̄dicare.
f *Et ſi di.&c.* Ne in hoc arrogās videat̄ gloriari, addit: & ſi dixero. Arrogantia ſic caueat̄, vt veritas non relinquatur.
g *Abrā* Credēs exultauit ſperādo, ut uideret intelligēdo tātum myſterium.
h *Diē m.* Aug. Incertū eſt, an diē tpalē quo erat vēturus in carne, diē æternitatis. Sed vtrumq; Abraham vidit: vñ ineffabile gaudium illi fuit. Quanti.n. eſt uidere verbum apud patrem & quòd ipſum caro factum eſt?
i *Et e.* Exiēs de tēplo.i. de figuris Iudęorū, videamus, qd fecerit in tēplo gētiū.

Phil. 2.a — Matt. 3.d — Ibid. 17.a — Supra 1.b

a ¶Vt dicas ex ſermone tuo non mori, cum ſcias illos mortuos.

tui ſunt. Quēm teipſum facis? Reſpondit Ieſus: Si ego glorifico meipſum, gloria mea nihil eſt. Eſt pater meus qui glorificat me, quē vos dicitis: quia Deus † noſter eſt: & nō cognouiſtis eum. † Ego autem noui eum: & ſi dixero quia nō ſcio eū, ero ſimilis vobis mendax. Sed ſcio eū, & ſermōnem eius ſeruo. Abraham pater veſter exūltauit, vt vidēret diem meū. Vidit & gauiſus eſt. Dixērūt ergo Iudęi ad eum: Quinquaginta annos nondum habes, & Abraham uidiſti? Dixit eis Ieſus: Amen amē dico vobis: antequam Abrahā fiēret egō ſum. † Tulērūt ergo lapides vt iācerēt in eū. † Ieſus āt abſcōndit ſe, & exiūit de templo *.

¶Tantum. ¶Non idola. ¶Quia ſi cognouiſſent, filium eius recepiſſent. ¶Cum ſciam. ¶Qui dicitis uos ſcire & neſcitis. ¶Sermonem patris ut filius loquebatur, & ipſe erat uerbum patris, qui hominibus loquebatur. ¶Autem. ¶Non timuit, quia in eo charitas. ¶Non, quia uidit. ¶Irati in ſolam ætatem carnis penſantes, non diuinam naturam. ¶Ab intuitu carnis ad diuinitatem trahens. ¶Non dicit eſſet, ſed fieret, quia creatura. ¶Non dicit factus, ſed ſum, quia creator. ¶Quia putant hoc eſſe blaſphemiam. ¶Ipſi duri ut lapides. ¶Vt homo humilis. ¶Quia commendanda erat patientia, non exercenda potentia. ¶Et ſic a duris eorum cordibus fugit.

m Vidit & ga. *quando dictum eſt ei: In ſemine tuo benedicētur omnes gentes terræ. Et quando in figura trium angelorum ſibi apparentium cognouit trinitatis myſterium, & in oblatione Iſaac: propter quod locus ille dictus eſt, dominus videt. vt habetur Gene. xxij. c. quia dominus fecit uidere Abraham occultum Chriſti myſterium. Sed contra hoc dictum Chriſti veraciſſimum, arguunt dicentes:*

Gen. 22.d — Gen. 18.a

n Quinquaginta an. *q.d. hoc eſt impoſſibile. quia a morte Abrahæ vſq; ad tp̄s Chriſti fluxerunt anni circiter duo milia. Solet quæri: Cū Chriſtum non haberet ultra. xxxij. annos, quō Iudæi aſſumpſerunt tantā ſuperfluitatem, dicendo: Quinquaginta annos, &c. Dicendū, q̄ propter labores & ieiunia videbatur longe maioris ętatis, quàm eſſet, vel ſecūdum alios propter reuerētiā anni quinquageſimi, q erat iubileus, Iudæi per ipſum computabāt. & eſt ſenſus:* Quinquaginta a. *q.d. nō vixiſti adhuc vnū iubileū. & Abraham vidiſti? Ex modo loquēdi apparet eorū falſitas & calūnia: quia Chriſtus nō dixit, vidi Abrahā, ſicut ipſi repetierunt, ſed econtrario, q̄ Abrahā uiderat ipſum. Tamen eorū obiectio procedebat ex hoc, q̄ ſolum in eo naturā humanā cōſiderabant. ideo oſtendit ſe naturam diuinam habere di.*

† velle — †Sup. 7.d

o Amen amen &c. ego ſum. *Vbi oſtenditur eius æternitas, coniungendo verbum præſentis tp̄is, ego ſum, cū verbo præteriti tp̄is, ante quā fieret, qa æternitas aſſiſtit omni tp̄i. Et qa Iudæi neſciebant uerbis eius cōtradicere rationabiliter loquendo, ideo contradixerunt corporaliter perſequendo. ideo ſubditur:*

o Tulerunt er. la. ut ia. in eum. *ſicut in blaſphemū. Et patet manifeſte, q̄ nō mouebantur amore iuſticiæ, ſed liuore inuidiæ: quia in lapidatione blaſphemi requiritur debitus proceſſus per accuſationem coram iudice: & teſtium depoſitionem, & iudicis ſententiam et tūc ſequitur lapidatio extra ciuitatem, ut habetur Leui. xxiiij. c. Ipſi autem volebant eum lapidare omiſſo proceſſu prædicto. & cū hoc loco ſacro, quod erat illicitum etiam de conuicto, propter quod Ioiada pontifex fecit Athaliam trahi extra ſepta templi, antequam occideretur, ut habetur. iiij. Reg. xi. c.*

† 7. q. 1. adueſtis § vnde la. guliam. 23. q. 3. c. 1.

q Ieſus au. ab. *Non occultādo retro parietē, vel aliquid hmōi, ſed virtute diuinitatis ſe reddendo eis inuiſibilem. & in hoc nobis exemplum patientiæ dedit, & fidelibus ſuis materiam conſolationis, qui aliquando ſe abſconſuri erant.*
r Et exiuit de templo. *per medium illorum inuiſibiliter pergen, ſicut dicitur de illis, qui voluerunt eum præcipitare. Ieſus autem tranſiens per medium illorum ibat. tamen a ſuis diſcipulis videbatur, quia ſequuti ſunt eum, &c.*

Luc. 4.c — In ſuo ex. c. 8. a. 5.

## NIC. DE LYRA.

a Quem teipſ.fa. *q. d. manifeſte patet, quòd ad gloriam uanam de te falſa dicis.*
b Reſpondit Ie. *Hic ponitur Chriſti reſponſio. & primo ad ſcd̄m. ſcd̄o ad primum, ibi: Abrahā. Et qa ī ultimo q̄ſito imponebāt ei q̄rere vanā gloriam, iō hoc excludit di.* Si e. gl. mei. *i. ſi ego quęro gloriam meam præter regulā ueritatis diuinæ, vt uos mihi imponitis.*
c Gloria mea ni. eſt. *i. falſa, quia falſum eſt non ens, uel nihil. ſed non eſt ita, quia gloria mea eſt a Deo patre, a quo nullum falſum poteſt eſſe, & hoc eſt quod dicitur hic,*
d Eſt pater meus qui gl. *per miraculorum operationem, & poſtea glorificabit per reſurrectionis & aſcenſionis gloriam.*
e Quē vos d. q. d. no. eſt. *per operum imitationem: Sed hoc eſt falſum. quod probat di.*
f Et non co. eū. *p̄ fidē formatā. in qua cōſiſtit Dei filiatio p̄ adoptionē.*
g Ego au. no. eū. *ſicut eius filius naturalis, habēs eandē ſciētiā cū ipſo.*
h Et ſi di. &c. ſi. uo. men. *ſicut eſtis mendaces aſſerendo vos eum cognoſcere, cum tamen non eum cognoſcatis, ita eſſem mendax ſi aſſererē me eum ignorare, cum inquantum Deus habeam noticiam eandem cum eo, & inquantum homo eum clare uideam. & ideo ſubdit:*
i Sed ſcio eum. *ſcilicet prædicto modo.*
k Et ſ. *Hoc addit, qa vera cognitio p̄ op̄a demōſtratur. In oī. n. op̄e malo eſt aliqua ignorantia. p̄p̄ qd̄ dicit Philoſophus. Oīs malus eſt ignorans.*
l Abraham. *Hic reſpōdetur ad primum. Quęſierant. n. primo deriſorie, ſi ipſe eſſet maior quàm Abraham, & reſpondit quòd ſic, di.* Abraham pa. ve. ex. ut ui. diem me. *quia Abraham deſiderauit cognoſcere tempus aduentus Chriſti, quod eſt videre Chriſtum in ſpiritu. Et ſic patet, quod eſt maior Abraham. propter hoc enim cognitionem hanc deſiderabat, quia ab ipſo omnium gentium redemptionem expectabat.*

* tranſiens per mediū illorum, & præterijt ſic. — 3. Ethic. c. 9

Vidit

## MORALITER.

* p *Tulerunt er. la.* Bed. Myſtice autem, quot malas cogitationes quis aſſumit, quaſi tot lapides in Ieſum mittit, ac deinde quantum ad ſe pertinet, ſi ad deliberationem tranſit, Ieſum extinguit.
q *Ieſus au. ab.* Quid autem abſcondendo ſe, dominus ſignificat niſi vt q̄ eis ipſa veritas abſconditur, qui eius verba ſequi contēnunt? Eam quippe, quam non inuenit humilem ueritas fugit mentem. Quid autem nobis hoc exemplo loquitur, niſi cum etiam reſiſtere poſſumus, iram ſuperbientium humiliter declinemus? Hæc Beda.

Myſtice

## GLOS. ORD. CAP. IX.

a *T præte.* Non ſtans in via peccatorum, ſed ſecus viam noſtrę mortalitatis.
b *Cæcum.* Cæcus ſignificat humanū genus, in quo cœcitas naturalis, quia peccante primo homine, vitium p̄p̄ naturā inoleuit. unde ſcd̄m mentem omnis homo cęcus natus eſt.

Neque hic

## NIC. DE LYRA. CAP. IX.

*T præ. Ie. Poſtquā Chriſtus oſtēdit ſe habere virtutē illuminatiuā verbo, hic cōſequēter hoc oſtēdit ſenſibili ſigno. Et diuiditur in tres, qa primo ponitur quedā miraculi præfatio, ſecūdo miraculi operatio, ibi: Et cū dixiſſet. tertiò miraculi facti examinatio, ibi: Itaq; vicini. Præcedētia miraculū ſunt duo. Secūdū ponitur ibi: Reſpōdit Ieſus. Primum q̄ fuit præcedens ipſum miraculum, & eius occaſio, fuit diſcipulorum interrogatio de cæco nato. & hoc eſt quod dicitur:*
a Et præteriens Ieſus. *in exitu templi: de quo dictum eſt in fine præcedentis capitu.*
b Vidit ho. *quia ibi ſedebat mendicans eleemoſynam ab ingredientibus templum. & diligenter intuitus eſt eum Ieſus, ut dicit Chryſo. quaſi uellet aliquid agere circa eum: et ideo diſcipuli moti ſunt ad quærendum de cauſa cæcitatis eius dicentes:*

* dicentes †24. q. 3. c. 1. § his ita de conſ. d. 4. cap. ante bapt. aſſūā. — In euāg. hom. 11. c. 9. in prin. 1.

## CAP. IX.

ET præteriens Ieſus uidit hominem cęcū a natiuitate, & interrogauerūt eū diſcipuli ei⁹: *Rābbi, quis peccauit? hic aut parentes eius, vt cęcus naſce-

¶i. miſertus eſt. ¶Magiſtrum appellant quia ſcire deſiderant.

c Rabbi quis peccauit? hic aut parentes. *Ex hoc. n. q̄ ſupra dominus ſanando languidum dixerat: Iam amplius noli peccare, ne deterius tibi contingat, oſtendens q̄ peccatum fuerat cauſa illius languoris, vt ibi dictū fuit: ideo apoſtoli conſimiliter crediderunt de iſto cœco nato, quod peccatum ipſius vel parentum eſſet cauſa huius cæcitatis.*

Reſpondit

## MORALITER.

* a *Et præteriens Ieſus.* Myſtice, Cæcus naſcitur omnis habens peccatum originale, quia priuatus eſt Dei viſione. Hanc autem priuationem non facit eius actuale peccatum, quod adhuc non habet, nec etiam parentum ſuorum immediatorum. ideo ſubditur:

Neque hic



a *Neq; hic pe.ne.* Peccauerūt quidē, ſed nō illo peccato factū eſt ut cęcus naſceret̄: ſed hęc eſt cauſa, ut manife. ope. Dei in il.
b *Sed ut ma.* Vt cum illuminando: & per eum quid in cęcitate humani generis facturus ſit, ſignificando, filius Dei manifeſtetur. unde ſubdit: Me oportet operari.
c *Quam diu ſum.* Non ſolum tūc Chriſtus lumen erat in mundo, ſed & ſemper uſq; ad conſummationem ſeculi per fidem eſt cum electis, & eſt tēpus operādi. Nox illa eſt īfernalis, in qua nulli licet operari, vt nec ardenti diuiti licuit. ſed tantū eſt tēpus recipiendi.
d *Et fe.lu.* Sicut primum hominē de limo terrę formauit, ita per idē genus luti genus humanum reformauit. De ſaliua lutum fecit, quia uerbum caro factum eſt. Saliua eſt ſapīa, quę ex ore altiſſimi prodiit. Terra, eſt caro Chriſti. Vnxit oculos. i. cathecuminum fecit, qui credit uerbum carnē fac. Vnctus nondum uidet, ſed mittitur ut lauet. i. baptizetur in miſſo. i. in Chriſto. propter quod nomē piſcinæ interpretat̄. Baptizatus a peccatis lumē recipit.
e *Vade & la.* Siloa fons eſt ad radicem montis Sion, qui non iugibus aquis, ſed incertis horis ebullit per concaua terrarum, ubi cœcus lota facie lumen recepit: quia cęcitas Iudæorū uel quorumcunq; infidelium non poteſt ſanari, niſi doctrina aquarum Chriſti, q̄ ſine ſtrepitu clamore uerborum leniter fluit. unde Iſai. Aquæ Siloe, quæ uadunt cum ſilentio.
f *Et ve.vi.* Quęritur quomodo iſtum ſine fide ſanauerit, cum legatur nemi nem ſine ſanatione interiori, exterius ſanaſſe? ſed hoc dicitur de illis qui propter peccata infirmabantur. iſte non propter peccatum, ſed propter gloriam Dei languebat.

Matt. 28.d — Luc. 16.f — Gen. 2.d — Ioan. 1.b — Eccl. 24.a — Iſa. 8.b — Quæſtio — † cæcus — ·nequaq̄ ſed

Non eſt

a ¶Enim. ¶Prædicare, illuminare cæcos.

retur? Reſpondit Ieſus: Neque hic peccauit, neque parentes eius: ſed vt manifeſtentur opera Dei in illo. Mē oportet operari opera eiūs, quī miſit me, donēc dies eſt. Vēnit nōx, quādo nemo poteſt operari. † Quandiu ſum in mundo, lūx ſum mundi. Hæc cum dixiſſet, expuit in terram, & fecit lūtum ex ſputo, & † liniuit lutum ſuper oculos † eius, & dixit ei: Vade, & laua in nātatoria Siloe, quod interpretatur miſſus. Abiit ergo, & lauit, & venit videns. Itaq; vicini & qui viderant eum prius, quia † mendicus erat, dicebant: Nonne hic eſt qui ſedebat & mendicabat? Alij dicebant: quia hic eſt. Alii autem nēquaquam, ſed ſimilis eſt eius. Ille uero dicebat, quia ēgo ſum. Dicebāt ergo ei: Quomodo aperti ſunt tibi oculi? Reſpondit: *Ille homo qui dicitur Ieſus, lutū fecit, et unxit oculos meos, & dixit mihi: Vade ad natatoriam Siloe, & laua. † Et abij & laui, & video. Et dixērunt ei: Vbi eſt ille? Ait, neſcio. Adducunt ad

¶Quia filius de illo, ipſe de nullo: unde gloriam dat illi. ¶Ecce ille miſſus in quo cœcus oculos lauit. ¶Id eſt dum ſum in mundo. ¶Quare dum dies eſt. ¶Quia. ¶Id eſt perſecutio apoſtolorum, vel perſecutio Antichriſti. ¶Ecce quis eſt dies. in eo cœcus lauat oculos & uidet diem. ¶Monens bonos, & terrens malos. ¶Ecce collyrium quo ungitur genus humanum. ¶Nondum intus. ¶Id eſt in piſcina, quæ dicitur Siloe. ¶Quia aperti oculi vultum mutauerant. ¶Vox grata ne damnaretur ingratus. ¶Videns euangelizat gratiam. ¶Qui non habebant in corde quod ipſe in facie.

k Et fecit lu. ex ſputo. *ut oſtenderet ſe eſſe illum qui formauit primum hominem de limo.*
l Et lini. lu. ſu. ocu. *inter corpora animalium nobilius eſt corpus humanum, & in corpore humano caput eſt pars nobilior, & in capite oculus: & ideo ex formatione partis nobilioris repertę in corporalibus, oſtendit Chriſtus ſe eſſe formatorem corporis.*
m Et di. ei. ua. & la. in na. ſi. *Hoc dicit, vt cæcus trāſeundo ſic p̄ ciuitatē linitus luto a multis uideretur, & per conſequens miraculum magis diuulgaretur & confirmaretur.*
o Quod in. mi. *Hoc addit euangeliſta, volens interpretari nomē Hebraicū ad deſignādum myſteriū Chriſti miſſi ad ſalutē hom.*
p Abijt ergo. *in quo patet fides cæci.*
q Et la. & ve. vi. *non virtute luti. alioquin vidiſſet ſtatim cū impoſitū fuiſſet: Et iterum hoc patet, quia nō uidit donec lutū amotum fuit. nec uirtute aquæ, quia hoīes ibi frequēter ſe lauabāt, & idē cæcus alias de illa ſe lauerat, quia cōis erat, & tamē uirtutē illuminatiuā nullus ibi expert⁹ fuerat. et ſic patet q̄ illa illuminatio diuina uirtute fctā eſt.*
r Itaq; ui. *Hic cōſequēter ponitur miraculi facti examinatio. & primo, a turbis. ſcd̄o, a phariſæis, ibi: Adducunt aūt. In prima examinatione fit inquiſitio de tribus. Primo de ipſo illuminato. vtrū eēt ille q prius dicebatur cęcus natus. & hoc eſt qd̄ dicitur.* Itaq; vi. & qui vi. eum prius. *Cuius cā ſubditur:*
ſ Quia mē. erat. *& ſic ſuā cęcitatē frequēter eis expoſuerat eleemoſynam petendo.*
t Dicebant: Nōnne hic eſt qui ſe. & mē. *q. d. Sic pro certo: quia dictum eorum erat firmum, propter experientiam frequentem.*
u Alij autem. *volentes impugnare facta Chriſti dicebant:*
x Nequaquam. *ſupple eſt ille cęcus natus.*
y Sed ſi eſt e. *Ex viſu. n. fit homo maxime cognoſcibilis. & ideo reſtitutio viſus ita mutauerat vultum eius, q̄ vix poterat recognoſci niſi a ualde expertis, quales erant uicini, qui frequenter eum uiderant.*
z Ille ve. di. *quia ego ſum. Et in hoc excludit aliorū dubiū: & ſicut gratus cognoſcit diuinū beneficiū. Sed cōſequēter quærunt de mō illuminationis di.* Qūo ap. ſunt tibi oc.
a Reſpondit. Ille homo qui di. Ie. *Licet. n. ipſum alias non vidiſſet, cum eſſet cęcus, tamē frequenter audiuerat nomen eius, & per vocem ipſum cognoſcebat.*
b Lutū fe. & un. ocu. me. *Aſſerit tamē illud quod fiebat: Senſerat. n. lutum poſitū ſup̄ oculos ſuos per tactū: et cū eſſet in loco ſicco, in quo non erat lutum: & per hoc ſciuit q̄ Chriſtus illud lutum fecerat: ſed utrum feciſſet cum ſputo uel aqua, hoc non cognouit: & ideo repetēdo non dicit lutum ex ſputo, ſed tantum, fecit lutum. &c. Quæſito de modo illuminationis, quæritur tertio de ipſo illuminato, dicentes.*
c Vbi eſt il. ait, neſcio. *quia antequam eſſet reuerſus de natatorijs Siloe videns, Ieſus a loco illo declinauerat.*
d Addūcūt. *Poſita examinatione miraculi coram turbis, hic conſequenter ponitur examinatio eius coram phariſæis. Et diuiditur in duas: quia primo examinant miraculum, ſecundo inducunt illuminatum ad ueritatem negandum, ibi, Vocauerunt rurſum. Prima in duas: qui primo examinant miraculum per ipſum illuminatum, ſecundo, per parentes eius, ibi, non crediderunt. Prima in duas. quia primo ponitur illuminati interrogatio, ſecundo ex hoc audientium diuerſa opinio, ibi: Dicebant ergo. In prima parte dicitur ſic:* Adducunt au. eum ad pha. qui cœ. fue. *Hoc fecerant malignantes contra ipſum, volentes oſtendere quòd feciſſet contra legem. propter quod ſubdit euangeliſta.*

†Sup. 8.b Infra 12.g — † illiuit — † cæci — * dixit — † Vt autē abij, & laui viſum recepi — Diuiſio

Erat autem

## NIC. DE LYRA.

a Reſpondit Ieſus. *Hic ponitur ſecundum præambulum ad miraculum. ſ. Chriſti reſponſio: ex quo oſtenditur quòd cæcitas cōtigit, ut uirtus diuina in eius ſanatione declararetur. & hoc eſt quod dicitur:*
b Neq; hic pec. neq; pa. e. *vt cæcus naſceretur. Non negat ſimpliciter ipſum peccaſſe uel parentes eius, ſed ſolum ad illud de quo interrogatur. q. d. nec peccato proprio cæcus natus eſt: quia ante natiuitatem peccare non potuit. In quo apparet quæſtio apoſtolorum ridiculoſa quantum ad hanc partem. Nec mirum: quia adhuc rudes erant ante receptionem ſpiritusſancti. Neq; peccato parentum contigit. Licet. n. parentes pro peccatis ſuis aliquando puniantur in filiis monſtruoſis, inquantum talia monſtra ex diuina iuſticia naſcuntur, tamen frequentius fit ſine peccato, ſ. propter indiſpoſitionem materiæ uel debilitatem uirtutis quæ eſt in ſemine, Veruntamen quamuis talia ſint a caſu reſpectu naturæ creatæ, ſunt tamen ordinata reſpectu diuinæ prouidentiæ. & aliquando ordinantur ad declarationem diuinæ uirtutis in operibus miraculoſis, & ſic erat de iſto. ideo ſequitur,*
c Sed ut ma. o. Dei in il. *in eius mirabili illuminatione. vnde ſubditur:*
d Me opor. ope. *Iſtud non importat coactionem voluntatis in Chriſto, ſed immobilitatem eius a diuina ordinatione.*
e Ope. eius qui mi. *ſ. patris. hoc dixit: quia miracula illa faciebat virtute diuina, & humanitas Chriſti operabatur inſtrumentaliter.*
f Donec dies eſt. *i. quandiu ſum præſentialiter ſuper terram in humanitate aſſumpta. Sicut. n. præſentia ſolis ſuper terram facit diem, ſic præſentia Chriſti qui eſt ſol iuſticiæ, in humanitate aſſumpta fecit quādam diem gratiæ ſpiritualem: quæ dies durauit a Chriſti natiuitate uſque ad eius aſcenſionem, licet poſtea remanſerit nobiſcum ſacramentaliter uſque ad mundi finem & tunc.*
g Venit nox, quan. ne. po. ope. *quia poſt iudicium nullus poterit mereri, uel a culpa ad gratiam reuerti.*
h Quandiu ſum in mundo, lux ſum mundi. *ipſum doctrina & miraculis illuſtrando.*
i Hæc cū di. *Hic cōſequēter ponitur miraculi operatio, in qua duo exprimūtur q̄ in miraculis diuinis requirūtur. ſ. Dei potētia operās, & ſanatiſ fides, & obedietia diſponēs. & hoc eſt qd̄ dicitur:* Hæc cū di. ex. in te. *Saliua. n. fluit a capite. & ideo per hāc expuitionē oſtēdit, q̄ virtus ſanatiua quodāmodo erat ab eius humanitate, inquantum eſt organum diuinitatis. propter hoc dicitur. Virtus de illo exibat, & ſanabat omnes.*

Luc. 6.

Et

## MORALITER.

* b *Neq; hic pec. ne. p. eius.* vt cœcus naſceretur.
c *Sed ut ma. ope. Dei in il.* Sic. n. permiſſus eſt naſci iſte cœcus, vt illuminaretur Chriſti miraculo. & ſimiliter emūdatio peccati originalis eſt opus diuinæ virtutis, cuius modus ſignificatur cū dicitur:
l *Et fecit lu. ex ſpu.* per quod ſignificatur catechiſmus præcedens baptiſmum, de quo ſubditur:
n *Vade & la. in na. Si.* id eſt Chriſti miſſi à patre pro ſalute mundi.
o *Abijt er. & l. & v. vi.* p̄ illuminationē fidei datā uirtute baptiſmi.
z *Ille uero di. quia ego ſum.* per hoc oſtendens, quòd quilibet tenetur recognoſcere grate & conſtanter beneficium diuinum.
d *Adducunt e. ad pha.* qui interpretantur diuiſi: propter quod per ipſos hęretici ſignificantur, qui ſunt ab eccleſia diuiſi, quorum a...

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

a *Non eſt hic homo.* Ille ſpiritualiter cuſtodit ſabbatum, qui eſt ſine peccato: illi non, qui ſerui ſunt peccati.
b *Tu quid di.* quærunt calumniam, vt ille ſynagoga pelleretur, ſed a Chriſto inueniretur.
c *Ille au.* Adhuc inunctus in corde, q nōdū filiū Dei cōfitetur, nō tamē mētitur.
Myſtice d *Donec vo.* Myſti. Parētes .i. diabolus uel vitia, qui dicunt: Aetatē hēt, ipſe de ſe loquatur: qui nolūt hoīem cōfiteri Chrm.
e *Da glo. Deo.* Dare gloriā Deo, eſt veritatem de aliquo quaſi præſente Deo dicere. hoc eſt: Confitere iſtum non eſſe Deum ſicut nos, ſed peccatorem.
Inuenī. Io. c. 9. tra. 44. port. medij. f *Quid iterum uul.* Aug. Stomachatur contra duriciam eorum, de cœco factus uidens, & cœcos iam non ferens.
g *Maledic.* Secundum cor eorum maledictio eſt; Sed quod dicitur optabile eſt omnibus, ut diſcipuli Chriſti ſint. Auguſti. De ſtulta maledictione eos redarguens

## NIC. DE LYRA.

† quia ¶ a Erat au. ſab. *Phariſæi.n. arguebant Chriſtum de violatione ſabbati.*
b Iterum ergo. in. *Sciēdum, quòd interrogauerunt eum ordinate de tribus prædictis in prima examinatione, ſed euangeliſta breuiter hoc repetit.*
c Ille autem dixit. *reſpondendo ſicut prius.*
d Dicebāt ergo ex. *Hic ponitur diuerſitas opinionum ſequentium ex eius reſponſione, quia q-dam ex phariſæis arguebant Chriſtum de violatione ſabbati in hoc facto, dicentes:*
e Non eſt h. &c. qui ſab. non cu. *Ipſi falſum dicebant. quia opera corporalia ad Dei magnificentiam ordinata, licite fiebant in ſabbato, ſicut dictum eſt ſupra. v. c.*
f Alii autem. *econuerſo uolentes factum Chriſti excuſare & magnificare.*
F g Dicebant: quomodo. *q. d. nullo modo. Sed contrarium videtur Matth. vij. c. vbi dicitur de malis hominibus: Domine, nonne in nomine tuo dæmonia eiecimus, & uirtutes multas fecimus? Sequitur: Non cognoui vos: Diſcedite a me operarij iniquitatis, &c. Dicendum, quod* Miraculum *miraculum eſt opus excedens omnem virtutem creatam, & per conſequens ſit a ſolo Deo. Talia autem ſiunt ab ipſo ad teſtificandum aliquid quod eſt ſupra humanam cognitionem. & hoc eſt dupliciter. Vno modo ad teſtificandum ueritatem alicuius doctrinæ exiſtentis ſuper facultatem intellectus noſtri: & tunc oportet q illa doctrina ſit uera, cum Deus non ſit teſtis falſitatis: tamen non oportet, quòd ille qui docet doctrinam illam ſit bonus, quia miraculum illud non ſit ad teſtificandum eius bonitatem, ſed doctrinæ ueritatem: & hoc modo aliquando per malos homines prædicantes fidem catholicam facta ſunt miracula ad confirmationem fidei catholicæ. & ſic intelligitur illud verbum Matth. præallegatum. Alio modo ſiunt miracula ad teſtificandum de bonitate ipſius docentis, & tunc oportet, quòd bonitas ſit in illo, aliter Deus eſſet teſtis falſitatis. Et hoc modo fiebant miracula Chriſti, ſicut dictum fuit ſupra. v. f. Opera quæ ego facio, teſtimonium perhibent de me. Et hoc modo loquebantur iſti dicentes:* Quomodo poteſt homo pec.

†De cond. d. 4. c. cum pro parentibus.

h Et ſchiſma. *propter quod requiritur ſententia illius illuminati, cum dicitur:*
i Tu quid di. *Illud quæſitum non fuit ab illis qui impugnabant facta Chriſti. quia probabile erat quòd reſponderet pro ſuo illuminatore, ſed ab alijs. Et ſubditur eius reſponſio, cum dicitur:*
k Ille au. di. *Non eſt intelligendum, quòd confiteretur eum eſſe prophetam communiter dictum: ſicut fuit Iſaias vel Ieremias, ſed prophetam antonomaſice dictum, qui erat promiſſus ad ſalutem hominum ſecundum quod dicitur Deuter. xviij. d. Prophetam ſuſcitabit vobis d. &c.*

phariſęos eū, qui* cœcus fuerat. Erat autem ſabbatum, quando lutum fecit Ieſus, & aperuit oculos eius. Iterū ergo interrogabāt eū Phariſæi quomodo† vidiſſet.
a ¶ Vt ſimilis inuncto loquitur, prædicat, & neſcit quæ prædicat.
Illeᵃ autē dixit eis: Lutū poſuit mihi ſuper oculos: & laui, & video.
a ¶ Non omnes, quia iam quidam inungebantur, iſti nec uidentes, nec inuncti.
Dicebant ergo ex Phariſæis quidā: Non eſt hic homo à Deo, qui
¶ Iam inuncti.
ſabbatum non cuſtodit. Alij autem dicebant: Quomodo poteſt homo peccator hęc ſigna facere?
a ¶ Dies ille diuiſit inter lucem & tenebras.
¶ Dixerunt.
Et ſchiſmaᵃ erat inter eos. Dicunt
¶ Æſtimas.
ergo cęco iterū: Tu quid dicis de
¶ Conſtanter exprimit quod ſentit.
illo, † q aperuit oculos tuos? Ille autem dixit: Quia propheta eſt. Nō crediderunt ergo Iudęi de illo, quia cęcus fuiſſet, & vidiſſet,
a ¶ i. Qui cœcus fuerat, & viderat.
donec vocauerunt parentes ęius qui viderat, & interrogauerunt eos dicentes: Hic eſt filius veſter quē vos dicitis, quia cęcus natus eſt? Quomodo ergo nūc uidet, Reſpōderunt eis parētes eius, & dixerūt: Scimus, quia hic eſt filius noſter: & quia cœcus eſt natus: Quomodo aūt nūc videat, neſcimus: aut quis eius aperuit oculos,
a ¶ Vt inſtruamini: quid nobis calumniamini?
nos neſcimus: Ipſū interrogāte:
a ¶ Non eſt opus nobis loqui, pro infante.
† Aetatem habet: ipſeᵃ de ſe† loquatur. Hæc dixerunt parentes eius, quonim timebant Iudæos: Iam enim cōſpirauerant Iudęi, ut ſi quis eum confiteretur eſſe
a ¶ Quod iam non eſt malum: Expulſos enim Chriſtus ſuſcipit.
Chriſtum, extrāᵃ ſynagogam fieret. Propterea parentes eius dixerunt: quia ętatem habet: ipſum interrogate. Vocauerunt ergo rurſus hominem, qui fuerat cœ
a ¶ Q. Negat quod accepiſti: quod eſt blaſphemare non Deo gloriam dare.
cus, & dixerunt ei: Da gloriāᵃm deo: Nos ſcimus, quia hic homo peccator eſt. Dixit ergo ille: Si
a ¶ Non patet calumniæ, nec ueritatem celat.
peccator eſt, neſcio: unum ſciō, quia cęcus cū eſſē, modo video. Dixerūt ergo illi: Quid fecit tibi? Quomodo aperuit tibi oculos? Reſpondit eis: Dixi vobis iam, & audiſtis. Quid iterum vul-
a ¶ Sicut ego iam uideo, & non inuideo.
tis audire? Nunquid & vōs vultis diſcipuli eius fieri? † Male-

G *bis de. &c. et ſic confeſſus eſt ipſum eſſe verum Chriſtum.*
l Non crediderunt. *Hic ponitur inquiſitio miraculi per parentes cæci. & hoc ex diuina ordinatione factum eſt ad maiorem fidei & miraculi declarationem. Interrogauerunt ergo parentes de tribus. Primo de perſona filij cū dicitur:*
m Hic eſt fil. *intelligitur interrogatiue. Secundo, de modo naſcendi cum ſubditur.* Quem vos di. quia cœc. *i. fingitis, quamuis forte nō ſit ita. Hoc dicebant, vt inducerent eos ad negandum quia parentes ſolent occultare monſtruoſitatem filiorum, quam trahunt a natiuitate: quia talis monſtruoſitas magis conuertitur in confuſionē parentum, quam ſi poſt natiuitatem eſſet cōtracta per pueri defectum. Tertiò: Si natus ſit cæcus, quærunt de modo videndi, dicentes:* Quomodo ergo nunc videt. *Subditur parentum reſponſio, Et de duobus primis reſpondent aſſertiue, dicentes:*
n Scimus quia hic eſt fi. *Magis volunt confiteri turpitudinem ſuam, quàm dicere falſitatē. De tertio autem remittunt ad filium, non audētes ueritatem dicere. Et cauſa infra ponitur: & hoc eſt quod dicitur:*
o Ipſum inter. *quaſi dicat melius poteſt ueritatem dicere.*
p Ipſe de ſe lo. *i. in cauſa ſua, vt dictū ſuū nobis nō imputetur. Cuius cām ſubdit euangeliſta.*
q Hęc dixerunt paren. eius, quoniam time. Iudæos. *quia erant principales in populo.*
r Iam enim &c. extrà ſynago. *i. extra ſocietatem Iudæorum, tanquam excommunicatus & reprobatus: quod apud Iudæos erat maximum opprobrium.*
Diuiſio ſ Vocauerunt. *Hic inducitur illuminatus ad negādum facti veritatem. Et diuiditur in tres: quia primo ponitur dicta introductio. ſecundo, iniuſta condemnatio ibi: Maledixerunt. tertio eius a Chriſto receptio, ibi: Audiuit autem. Circa primum ſciendum, quod phariſæi uidentes, quod factum negari non poterat: ideo uoluerunt decipere ipſum illuminatum. & hoc eſt quod dicitur:* Vocauerunt ergo &c. da glori. Deo. *i. confitere ueritatem. uolebant. n. eum inducere ad dicendum, quod illuminatus fuiſſet magica arte. ideo ſubditur:* H
t Nos ſci. *q. d. diuina uirtute non fecit. Et ſubditur ipſius illuminati conſtantia: quia inter aduerſarios exiſtens fortius quam ante veritatem confitetur: di.*
u Si peccator eſt. *Hoc non dicit dubitans de Chriſti ſanctitatē, ſed irridendo eorum maliciā. q. d. Vos dicitis, quia ſcitis eum eſſe peccatorem & ego non dico hoc, immo contrarium. Quod probat conſequenter per factum.*
x Vnum ſcio. quia cum c. *Et ex hoc manifeſte arguit eius ſanctitatem: quia tale factum excedit omnino facultatem totius naturæ creatę. & per conſequens non ſit à magica arte, ſed a Deo ſolo, qui non facit aliquid ad teſtimonium bonitatis alicuius, niſi in veritate ſit ſanctus. Cętera patent.*
v Maledixerunt. *hic ponitur eius iniuſta condemnatio, cum dicitur:* Maledi. er. ei. *ſecundum ſuam reputationem: tamen ſecundum veritatē erat magis benedictio. vnde dicit Aug. Vtinam ſuper me veniat iſta maledictio.*
¶ Et di-

† viſum recepiſſet. † loquetur. Vbi ſupra. † Communiſunt.

## MORALITER.

✻ ceremonias legis obſeruāt. ſ. Nazarei. Et iſti ſignificant p illos q dicebāt de Chriſto: *e Non eſt hic homo à Deo.* Alii vero dicunt hominem naſci ſine originali peccato. ſ. pelagiani. Et iſti ſignificantur per illos, de quibus ſubditur:
*l Non cre. er. Iu. de illo, q cæcus fuiſ.* Id eſt natus in originali peccato. Per parētes autem cœci, qui de modo ſuæ illuminationis non reſponderunt timore ducti, ſignificantur fideles infirmi, qui tempore perſequutionis fidem non audent confiteri. Per cæcum uero cōfidēter veritatē cōfitentē, ſignificantur in fide firmi, cōſtāter cōfitētes ueritatē fidei.
✻ *Et eiecerunt*



A darguēs dicit, Maledictio iſta veniat ſup nos. ac ſi diceret: Vtinā talia opa facere poſſemus, vt diſcipuli eius fieri mereremur.
Sup. 4. f a *Hunc aut neſ.* Superius dixerant: Hunc ſcimus: unde hinc dicunt ſe neſcire: ſed neſcire nos dicimus quæ abijcimus. Ille neſcitur, latet humilitate, proditur ſignorum virtute: Neſcitur unde ſit: & vt Deus cęcos illuminat.
b *Niſi eſ. &c.* Spreta eorum ira, libere veritatē cōfitet. Hæc. n. nō niſi a dño, nec a diſcipulis fierēt, niſi Deus in eis.
c *In peccatis.* i. cū clauſis oculis: quod dicunt eſſe pro peccatis parētum: ſed Chriſtus totum ſanat: extra oculos, intus cor aperit.
d *Et tu do. &c.* Totiens interrogādo vt diſcerent, magiſtrum fecerant, ſed ingrati docētē proiecerūt foras. Sed qa expulſus, magis factus eſt chriſtianus.
e *Quis eſt.* Adhuc inunctus his uerbis oſtendit ſe iam dudum cor ad credendum habuiſſe paratum, ſed in quem credere debeat, ignoraſſe.
f *Et uidiſti.* Iam dominus lauat faciem inuncti, iam cordis oculos illuminat, & ille non tantum filium hominis, ſed etiam confitetur filium Dei.
g *Vt qui non vi.* i. qui ſe videre putant, & quærunt vt videant, & qui vident. i. qui ſe videre putant, & medicū non quærunt, & hoc eſt iudicium .i. diſcretio, quod diſcernit cauſam credentiū a ſuperbis. Iudicium. n. damnationis non modo, ſed in fine faciet. vnde.
Sup. 5. d Ego non iudico quemquam.

q Audiuit Ie. *Hic ponitur eiecti receptio. Et diuiditur in tres, quia primo ponitur eius in fide inſtructio: ſecundo fidei ſuæ commendatio, ibi, Et dixit ei Ieſus. tertiò, phariſæorum murmuratio, ibi: Et audierunt. In prima ergo parte dicitur ſic:* Audiuit Ie. &c. *Licet omnia nouerit antequam fierent, tamen hæc audiuit auditu corporali:* C

dixerunt ergo ei, & dixerunt: Tu di-
a ¶ Quod ſi eſſent, Chriſto crederent, quem Moyſes nunciauit.
ſcipulus illius † ſis: nos autem Mōyᵃſi diſcipuli ſumus. Nōs ſcimus, quia
a ¶ Quia.
a ¶ Seruum Dei præferunt.
b ¶ Quod Moyſes docuit, a Deo accepit.
Mōyſi loquutuᵇs eſt Deus: Hunc au-
a ¶ Neſciebant autem diuinitatem. ¶ Vnde hoc acceperit.
tem neſcimus, vndeᵃ ſit. Reſpondit ille homo, & dixit eis: In hoc enim mirabile eſt, quia uos neſcitis unde ſit, & aperuit meos oculos. Scimus autem, quia peccatores Deus non au-
a ¶ Adhuc inunctus, quia peccatores Deus audit, vt Publicanum confitentem. ¶ Magna res eſt.
dit: ſēd ſi quis Dei cultor eſt, et voluntatem eius facit, hunc exaudit. † A ſeculo non eſt auditum, quia quis aperuit oculos cœci nati. Niſi eſſet hic a Deo, nō poterat facere quidquam. Reſponderunt, & dixerunt ei: In peccatis natus es totus, & tu doces nos? Et eiecerunt eum foras. Audiuit Ieſus, quia eiecerunt eum foras: et cum inueniſſet eum, dixit ei: Tu credis in filium Dei? Reſpondit ille, & dixit: Quis eſt domine, vt credam in eum?
¶ Corporaliter. ¶ Ecce miſſus in quo lota facie, iam filium Dei agnoſcit in filio hominis.
Et dixit ei Ieſus: Et vidiſti eum, & qui loquitur tecum, ipſe eſt. At ille ait.
¶ Qualem credit indicat.
Credo Domine. Et procidens adora-
a ¶ Vt Deum. b ¶ Ecce dies inter lucem & tenebras diſcernit. ¶ Diſcretionis, non vltimæ retributionis.
uit ēum. Et dixit ei Ieſus: In iudiᵇcium ego in hunc mundum veni, ut
a ¶ Humiles cœci. b ¶ Per me lumen. c ¶ Sapientes ſuperbi, vt phariſæi ex iſtis uerbis commoti.
qui non vidēnt, videānt, & qui uidēt cœci fiant. Et audierunt quidam ex Phariſæis, qui cum ipſo erat, & dixerunt ei: Nūquid et nos cęci ſumus?
a ¶ i. ſi cœcos uos exiſtimaretis, ad medicum curreretis.
Dixit eis Ieſus. Si cēci eſſetis, non ha-
a ¶ Quia ego veni tollere peccata.
beretis peccātū. Nunc vero dicitis, qa
a ¶ Propter quod medicum non quæritis.
b ¶ Et ita cœci permaneris.
uidēᵇmus: peccātū * veſtrum manet.

## NIC. DE LYRA.

¶ a Et dixerunt: Tu diſcipulus i'. &c. *i. illius malefici & tranſgreſſoris.*
b Nos autem mo. &c. *Hoc erat tātummodo nomine, ſed nō re: quia veri diſcipuli Moyſi ſunt, qui eius opera imitantur, & eius ſcripturas pie interpretantur. Iſti autem faciebant contrarium. propter quod Saluator dixit eis, ſupra. v. g. Si crederetis Moyſi, crederetis forſitan & mihi.* B
c Nos ſci. quia mo. lo. eſt Deus. *In hoc verum dicunt, quia expreſſe hoc in ſacra ſcriptura continetur.*
d Nunc autem neſci. vnde ſit. *i. nullius auctoritatis ipſum reputamus, nec a Deo miſſum. Non. n. ſimpliciter loquendo neſciebāt unde eſſet: quia patriam & genus eius cognoſcebant. vnde, ſupra dictum eſt. ij. c. Hunc ſcimus vnde ſit: ſed iſte illuminatus eorum maliciam & falſitatem confutat. d.*
e In hoc. n. mi. eſt. *Iſta. n. mirabilia dicuntur, quæ ſunt inconſueta. Conſuetum autem erat Iudæis ſigna quærere, vt habetur. 1. Corin. 1. d. Iudæi. n. ſigna petunt, & manifeſtis ſignis credere, ſicut patet de Moyſe faciente ſigna coram populo: propter quod ei crediderunt, vt habetur Exo. iiij. & ideo inconſuetū erat & mirabile, q non credebant Chriſto facienti ſignum maximum in illuminatione huius cæci: quia nec Moyſes, nec alius propheta ſimile fecerat. ideo ſubditur:*
f Scimus autem quia pec. Deus non au. *faciendo miracula ad Teſtimonium bonitatis eorum, vt patet ex prędictis.*
g Sed ſi quis cultor Dei eſt. *per actum latriæ debitum.*
h Et voluntatem eius fa. *per impletionem mandatorum.*
i Hunc exaudit, *faciendo miracula ad declarationem ſuæ bonitatis.*
k A ſeculo non eſt au, &c. *Hoc enim non inuenitur in tota ſerie vet. te & ideo concludit propoſitum.*
l Niſi eſſet hic &c. *ſpecialiter miſſus.*
m Non poterat facere quidquam, *de talibus facultatem naturæ excedentibus. Et quia mali homines & obſtinati non recipiunt perſuaſionem; ideo ex veritate oſtenſa reddunt ei vituperationem dicentes:*
n In peccatis natus. *ſcilicet in anima & corpore, ut patet in cæcitate.*
o Et tu do. nos. *q. d. non decet, ſed hoc eſt falſum: quia veritas a quocumque dicatur, recipienda eſt.*
p Et eiecerunt eum fo. *id eſt a ſocietate aliorum hominum excommunicauerunt.*

r Et cum inue. eum. *non a caſu factum eſt: ſed ex ſua voluntate & ordinatione.*
ſ Dixit ei: Tu cre. &c. *i. paratus es credere in filium Dei, qui aperuit tibi oculos. & ille ſicut ualde paratus ad hoc, reſpondit:*
t Quis eſt do. &c. *Non. n. cognoſcebat Ieſum in facie, quia illum alias non viderat, ut ſupra dictum eſt. ſed eum deſiderabat uidere: & ideo dignum erat, vt ei ueritas reuelaretur, ideo ſequitur:*
u Et di. ei Ie. Et ui. *nunc in præſenti.*
x Et qui lo. &c. *& ſtatim credidit et fidem ſuam ore profeſſus eſt di.*
y Credo domine. *& opere.*
z Et procidens adora. eum. *adoratione latriæ, credens eum Deum & hominem.*
a Et dixit ei Ieſus. *Hic conſequenter ponitur fidei ſuæ commendatio a Chriſto dicēte:*
b In iu. ego. &c. *Non accipitur hic iudiciū condemnationis, & pręmiationis, qd erit in ſecūdo aduētu Chriſti: ſed iudicium diſcretionis credentium a nō credentibus: quod factū eſt in primo eius aduentu. ideo ſequitur:* †Infr. 11.
c Vt qui non ui. vi. &c. *Id eſt ad illuminationem ſimplicium & humilium, qui reputant ſe non videre.*
d Et qui vi. cę. fi. *i. ad excęcationem legiſperitorū ſuperborū reputantiū ſe videre & patet impletū in hoc cæco nato, & apoſtolis qui erant ſimplices, & a Chriſto ſunt illuminati: Sacerdotes autē & legiſperiti propter ſuperbiam ſunt excęcati. Aliter exponitur hoc de illuminatione gētiliū per fidei ſuſceptionē et obtenebrationē Iudæorū per ipſius refutationē. quia antea gētiles reputabātur cęci, vt Iudæi videtes: qa erāt vnius Dei cultores. p p hoc dicitur ī Pſ. Notus in iu. Deus.* Pſal. 75. a
D e Et au. *Hic ponitur phariſæorum murmuratio. ex verbis. n. Chriſti male intellectis acceperūt, q cōminaretur eis cæcitatē corporalem, qualem amouerat ab illo cæco nato: hoc autem iniurioſum reputauerunt. ideo ſtatim repugnauerunt dicentes:*
f Nunquid & nos cę. *Sed ex eorum reſponſione eos confutat. d.*
h Si cæ. &c. *quia ſi nō uidiſſent opera Chriſti, haberēt aliquā excuſationē de hoc q nō crediderunt ei. Vel aliter: Si cæci eſ. i. ignorantes ſcripturas & prophetias de me.*
i Non ha. pec. *ſ. tantū q̄tum habetis nunc.*
k Nunc ue. di. quia vi. *id eſt reputatis vos intelligere ſcripturas.*
l Peccatum ue. ma. *i. aggrauatur. Poteſt ēt exponi de uiſione corporali miraculorū quæ aggrauabat peccatū eorū. Hic quæritur vtrū cęcitas mentis excuſet peccatū. Et arguitur primo q nō. quia peccatū additū peccato nō excuſat ſeu diminuit peccatū, ſed magis auget. Cæcitas aūt mētis, peccatū eſt: quia meretur pœnā ſecūdū q dicitur. 1. ad Cor. xiiij. g. Si quis ignorat &c. Itē illud p p q duplicatur pœna, non excuſat peccatum, ſed magis aggrauat, cæcitas mentis eſt hmōi, quia. ij. Eth. dicitur, q ebriis duplices maledictiones debentur. Contrariū arguitur per hoc q dicit Saluator in litera: Si cęci eſ &c. Reſponſio. Hic tria ſunt uidenda. Primo, ſ. quid ſit cæcitas mentis. ſecūdò, quale peccatum excuſat. tertio, quomodo excuſat. Circa primum ſciendum, q cęcitas non dicit ſimplicem negationem uiſus, cum ſit priuatio, ſed dicit negationem in ſubiecto apto & pro tempore, in quo uiſus debet ineſſe, quia catulus ante nonum diem non dicitur cæcus. Ad ſimilitudinem huius in ſpiritualibus cæcitas mentis non dicit ſimplicem negationem*
¶ *ſcientiæ,*

An mentis cæcitas peccatum excuſet. Solutio

## MORALITER.

✻ o *Et eiecerunt eum fo.* Sed Chriſtus eum ſuſcepit benigne. & p hoc ſignificatur, q eiecti de ſocietate malorum propter Chriſtum ab eo recipiūtur gratioſe, ſicut dicit Mat. v. a. Beati eritis &c. Sequitur & eiecerint nomen veſtrum tanquam malū pp filium hominis.
g *Dixit e. Ie. ſi c. eſ. nō h. p.* Ex quo patet, q ſciētes ſcripturas: & nō obſeruātes eas grauius delinquūt & grauiorē pęnā īcurrūt. Lu. xij f. Seruus q ſciuit volūtatē dñi ſui, & non fecit, vapulabit multis plagis:

Audiuit

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

E *ſcientiæ,ſed negationem ſcientiæ,quæ debet alicui ineſſe, & pro tempore,pro quo tenetur illud ſcire:quia non oẽs tenentur eadẽ ſcire,nec pro eodem tpe:Plus.n.tenetur ſcire ſacerdos,vel clericus,q̃ ſimplex laicus nec pro quolibet tpe. Plus.n.tenetur idẽ homo ſcire in ætate perfecta & ſenectute,q̃ in adoleſcentia uel iuuentute.& ſic patet primũ. Circa ſcd'm conſiderandũ,ꝙ cæcitas mentis conſequẽs ad actum peccati poteſt ſe habere tripliciter:antecedenter,concomitãter,cõſequẽter.Conſequenter ſe habet,quãdo homo per volũtatẽ ſic inhęret pctõ perpetrato ꝑ cõſenſum,ꝙ nõ vellet ſcire ea ꝑ q̃ poſſet à peccato ꝑpetrãdo quantũ ad actũ ĩpediri uel retardari:& ſic vult talia neſcire,ut liberius peccet.& tale peccatũ non excuſatur per cæcitatem mentis ſed magis aggrauatur: quia talis cæcitas procedit ex maxima intentione uoluntatis erga peccatum, Concomitanter ſe habet ad peccatum,quando aliquis peccat neſciẽs: tamẽ ſic eſt diſpoſitus,ꝙ ſi ſciret, nihilominus idem faceret,ſicut ſi aliquis percutiens hominem, credit percutere canẽ, nihilominus ſi determinate cognoſceret illũ hoĩem,idem faceret.& talis cæcitas non excuſat,nec aggrauat actum. quia nõ eſt cã actus,ſed tantũmodo ipſum cõcomitatur: talis.n.non peccat per ignorantiã,licet peccet ignorans,vt habetur.iij. Ethi. Antecedẽter ſe hẽt ad actũ peccati,quãdo eſt cauſa actus: & hoc eſt quãdo ſic eſt diſpoſitus homo,ꝙ ſi ſciret illud eſſe peccatũ,nõ faceret: & talis peccat per ignorãtiã vel mẽtis cæcitatẽ:propter quod tale peccatum per ipſam excuſatur.& ſic patet ſecundũ.Circa tertiũ conſiderãdum,ꝙ prædicta cæcitas uel ignorãtia,quæ eſt cauſa peccati, poteſt tripliciter cauſari.Vno modo ex ruditate intellectus ipſius hoĩs: & ſi ſit tãta ruditas,ꝙ illa ignorãtia uel cęcitas ſit inuincibilis, excuſat totaliter a pctõ.Alio mõ cauſatur ex negligẽtia ſtudendi ea,q̃ homo tenetur ſcire, vt pote,quia refugit laborem ſtudij,uel quia circa alia occupatur,& tũc excuſatur peccatũ nõ ĩ toto: qa illa ignorãtia nõ eſt oĩno inuolũtaria:et quãto minus hẽt de inuolũtario,tãto minus excuſat:nõ tamẽ põt in hoc certa regula poni,ſed dẽt ex circũſtãtijs penſari:Tertio mõ cauſatur ex malicia ꝓpriæ volũtatis,ita ꝙ homo bene eſt diſpoſitus in mẽte & corpore:totaliter tamẽ laborẽ acquirẽdi illuminationẽ mẽtis expellit,illam ignorãtiam pro nihilo reputãdo.& ille excuſari nõ põt a pctõ.& ſic patet tertiũ.Ad primũ dicẽdũ ꝙ additio peccati ad peccatum ſemper facit plura peccata, nõ tamẽ ſp facit maiorẽ grauitatẽ.quia põt cõtingere,ꝙ primũ ſic diminuit ſcdm.ꝙ ambo ſimul iuncta non hẽnt tantã grauitatẽ, quãtã haberet ſcdm per ſe acceptũ.ſicut homicidiũ perpetratũ ab hoĩe ſobrio,grauius eſt q̃ ſi perpetraretur ab hoĩe ebrio:ita ꝙ ĩpõderat ebrietati & homicidio ex illa ſecutẽ:quãuis ſint duo pctã. Ad ſecundum dicendum,quod duplices punitiones vel maledictiones debentur ebrijs propter duo peccata,quæ ibi concurrunt:tamen ſi illæ punitiones fiant ſecũdum menſuram peccati,non erunt tantæ quantitatis,quanta eſt punitio pro uno ſolo peccato grauiori,vt dictum eſt. Aliter poteſt dici,ꝙ illud dictum non eſt dictum Philoſophi,ſed eſt uerbũ cuiuſdam legiſlatoris noĩe Pitaci,qui hoc ſtatuit circa ebrios amplius puniendos,non reſpiciens ad peccati grauitatẽ, ſed ad communem populi utilitatem:quia multi ex ebrietate peccant,& in talibus,ad q̃ ꝑpetrãda multitudo prona eſt, grauior pœna ſolet adhiberi,ſicut in multis terris ſimplex furtũ grauius punitur quàm blaſphemia. quãuis blaſphemia ſit multo magis peccatum.* G

Cæcitas mẽtis habet ſe tripliciter ad peccatũ.

Cæcitas vel ignorantia peccati põt tripliciter cauſari

In ca.ix.vbi dicitur in poſtil.Circa ſecundũ conſiderandũ,ꝙ cæcitas mentis cõſequens ad actum peccati ſe põt habere tripliciter.

### ADDITIO.

*Videtur poſtillator in hac quæſtione indifferẽter accipere iſta duo.ſ. cæcitatem mentis & ignorantiam:eſt tamen inter illa ſecundum doctores differentia. Nam cæcitas mentis communiter accepta eſt peccatũ. quia ſecundum Greg.ponitur inter vitia,quæ cauſantur ex luxuria.Ignorantia autem pluries eſt ſine peccato, vt manifeſtum eſt.*

Mor. 31. 17. ſub ſin. i.

### REPLICA.

In ca.ix.diſtinguit poſtillator cęcitatẽ mentis tripliciter,& vtiliter declarat quõ ſe habeat ad peccatũ,ſimiliter & ignorantiã: non habens Bur.unde inuaderet poſtillatorẽ,dicit eũ accipere cęcitatẽ mentis & ignorantiã indifferẽter:quod tamẽ falſum eſt,vt patet ex reſolutione poſtil.Nec eſt generaliter verum omnem mentis cæcitatem eſſe peccatum:quia aliqua eſt pœna peccati præcedentis.

### GLOS. ORD. CAP. X.

Men amen di. Quia phariſæi iactabant ſe videre, qđ poſſent, ſi oues Chriſti eſſent,dñs contra eorũ arrogãtiã de grege ſuo,& de oſtio,quo intratĩ in ouile ſimilitudinẽ proponit oſtẽdens ꝙ nec ſapiẽtia, nec obſeruatio legis,nec bona vita qđquã valet niſi ꝑ eũ, ſine eo nihil ſunt in quocũq; Iudæo, ve gẽtili & philoſopho uel phariſæo, q docẽt beatę viuere, vel hæretico ſub nomine Chriſti,nec tamen in Chriſto prędicante. ſed omnes ſine eo rapiũt & occidũt.

† 1 q. 1. ordinatiões 23. quę. 4. tres perſonas. de iure pa.c. relatum.

F *b Per oſtium.*i.per me, vt poſt exponit. Hæc ianua eſt humilis.qui ꝑ hãc vult intrare, oportet vt ſe humiliet, ne ſi erectus eſt, offendat in humilẽ ianuã.

*c Fur.* Quia quod alienum eſt,ſuũ dicit.i.oues Dei ſuas facit. Latro, quia quod furatus eſt,occidit. Sed omnes qui veritatem tenent & docent in Chriſto paſtore, ſunt vnus paſtor.

*d Paſtor eſt o.* Chriſtus proprie paſtor eſt ſcdm officium paſcendi oues,vt ipſe poſt exponit,q ꝑ ſe oſtiũ intrat in ouile ouiũ. Sed qa alij cũ participes ſunt paſtoralis officij, q̃ de eo ꝓprie dicuntur,ẽt eis ſuo mõ cõgruunt. Oſtiũ eſt quo intratĩ Chriſtus. ergo paſtor ꝑ ſe oſtiũ,& quicũq; ſub eo paſtor, ꝑ ipſũ oſtiũ intrat in corda ouiũ, qa ſi aliud ꝑdicat,nõ audiũt oues.ſi Chrm,oues Chriſti hãc vocẽ agnoſcũt. Qđ oſtiũ eſt Chriſtus, ſibi ſoli tenuit,quia nõ eſt alius,qui ꝑdicetur ouibus, vel in quẽ credatĩ, non eſt alius per quẽ ꝑdicans intret ad corda ouium, vel per quem oues intrent ad Deum. Quod paſtor eſt,cõicat ſuis. Paſtor autem intrat per oſtium,quia & ipſe ſe Chriſtum prædicat. vt lumen,& alia,& ſe oſtendit,intellectus & alia & ſe intelligit,& alij paſtores ſimiliter Chriſtum prædicant.

*e Huic o.* Oſtiarius.i.Chriſtus qui ſe aperit, vel ſcriptura,q̃ ducit ad Chriſtũ, vel ſpũſſanctus qui docet omnem ueritatem.

In euãg. Io. c. 10. tract. 45. poſt me. rum 9.

*f Et oues vo.&c.* Aug. Aliqui ſunt veræ oues,quia nouit dominus qui ſunt eius, ſiue iam cœperit,ſiue nondum,et tamẽ ſunt errantes foris,audientes vocem alienorum in multis. Ecõtra lupi ſunt intus,& audiunt vocẽ paſtoris in multis. Sed eſt q̃dã propria vox paſtoralis.ſ. Qui perſeuerauerit vſque in finẽ.ſ.e. Hanc nul-

2. Tim. 2. c

Matt. 10. c

### CAP. X.

a †Men amẽ dico uobis, qui nõ intrat ꝑ

b a ¶i. in catholicam eccleſiam in conſortium fidelium.

oſtium in ouile ouium, ſed aſcẽdit a-

a ¶Caſurus ex alio humilis intrat.

a ¶Quoquo modo præter Chriſtum, vel non bene de eo ſentiendo,uel non eius gloriam,ſed ſuam quærendo. b ¶i. qui recte ſentit de Chriſto, & non ſua,ſed quæ Chriſti ſunt quærit.

c liũde, ille fur eſt & latro. Qui au- b

d tem intrat per oſtium, paſtor eſt o-

a ¶Prædeſtinatis ad vitam. b ¶Prædeſtinati ad uitam.

e f uiũm. Huic oſtiarius aperit,& oues c d

a ¶In quocumq; ſonat vox verbi Dei. b ¶Obediendo. c ¶Quia habet nomina ſcripta in libro vitæ:vnde & dicitur. Nouit dominus qui ſunt eius.

vócem eius audiunt. Et próprias o- e

a ¶Quaſi de Ægypto in doctrinam vel regnum.

ues vocat nominatim, & edúcit eas. f

a ¶De tenebris ad lucem,dum ante eas vadit,quaſi in columna nubis & ignis. b ¶Exemplum eis faciens quod docuit,vel ad regnum præcedit.

Et cum proprias oues émiſerit, ãnte g

### NIC. DE LYRA. CAP. X.

Men amen di.vo. *Hic oſtenditur, ꝙ doctrina Chriſti ſit viuificatiua.Et primo oſtenditur hoc per verbũ.ſecundo,per ſenſibile ſignum,quia conſuetudo eſt huius euangeliſtæ adiungere ſignum ſenſibile correſpondens doctrinæ. Secunda ſe.c.Erat autem quidam languẽs. Prima in duas:quia primò ponitur Chriſti benignitas in docendo.ſecundo,Iudæorum malignitas ipſum perſequẽdo,ibi:Facta ſunt encenia.Prima in duas: quia primo doctrina Chriſti ponitur. ſecundo, eius effectus oſtẽditur ibi:Diſſenſio iterum.Prima adhuc in duas:quia primò Saluator præmittit quandam parabolam.ſecundo expoſitionem eius, ibi:Hoc prouerbiũ. In parabola exprimitur conditio furis & paſtoris ouium.Primo ꝓpter diuerſum ingreſſum ipſorum.& hoc eſt quòd dicitur:* Diuiſio H

a Amen amen dico vo.qui non int.per oſtium. *Non.n. uenit propter bonum: ideo quærit indebitum ingreſſum.*

b Qui autem intrat per oſtium &c. *Secundo oſtenditur eorum diſtinctio per effectum cum ſubditur:*

c Huic oſtiarius aperit. *quia ſcit eum beniuolum ouibus.*

d Et oues vo.eius au. *i. cognoſcunt: quia bruta aĩalia ſuos benefactores recognoſcũt, ut patet per experiẽtiã,& per Iſaiã prophetam. Cognouit bos poſſeſſorem ſuum & cæ.* Cap. 1. A

e Et proprias oues vo. no. *quia diſtincte eas cognoſcit:quod non facit alienus:*

f Et educit eas.*ad paſtum.*

g Et cum proprias oues emiſerit, ante eas vadit. *Hunc,n.modũ habẽt paſtores in terra illa,*

### MORALITER.

✱ a *Amẽ amẽ di.* Per ouile ouiũ põt intelligi clauſtrũ,regulariũ cuius oſtiũ eſt melioris vitæ propoſitũ firmũ,oſtiarius aũt eſt ſpiritusſãctus q ſpirat ipſum. Intrãs ãt aliunde eſt ingrediẽs religionẽ,cũ propoſito lautioris vel honorabilioris vitę,ſicut ſunt aliq pauperes, et de humili plebe,q q̃rũt ingredi religionẽ magnas poſſeſſiões hñtẽ,nõ vt ſeruiãt Xp̃o deuote,ſed magis ut Xp̃s eis ſeruiat de bonis illi⁹ eccłię:& iſti ſunt fures et latrones ꝑ vitiũ ꝓprietatis:et mactãt et pdũt,qa dignitates vel officia ambiũt, & ſic ulterius diſſenſiões faciũt, ꝑ quas corrũpitĩ charitas fraterna, in qua cõſiſtit ſpũalis vita. 1. Io. iij. c. Qui nõ diligit,manet ĩ morte.

i Infirmitas. *Non eſt ꝑ hoc intelligẽdũ, ꝙ Lazarus nõ fuerit mortuus, ut dixerũt aliq, qa hoc eẽt deſtruere ueritatẽ euãgelij, cũ infra dicat Saluator. Lazarus mortuus eſt: Sed pro tanto dicitur. Hæc infirmitas nõ eſt ad mortẽ, qa nõ tẽdebat ad mortẽ ibi ſiſtendo, ſed ꝑ ꝑ reſurrectionẽ ſeq̃ntẽ, ut inde glorificaretur Deus per oſtẽſionẽ ſuæ uirtutis, & in Xp̃o declararetur virtus deitatis, iõ ſeq. Sed ꝓ gloria Dei, ut glorificetur filius dei ꝑ eũ.* Infra eod.

k Dili. *Hoc additur ad oſtendendum, quare non oportuit, quod Martha & Maria irent* ¶

MORALITER.

✠ a *Erat autem.* Per quem ſignificari poteſt grauẽ tẽtationem patiẽs. Per eius ſorores ſignãt̃ perſonæ pro eius alleuiatione deuote Chriſtũ depc̃antes, q̃ nõ ſp exaudiuntur. ſed talis patiens aliqñ per actũ pc̃ti mortalis mori permittitur ab eo, qui eſt tantæ bonitatis & potẽtiæ, ꝙ ſcit & p̃t bona de malis elicere. Per Ieſum aũt, qui ſalus interpretatur, prædicator uel confeſſor, ſalutem amarũ ſitiens ſignificatur, qui pc̃tõrẽ non ſolũ mortuũ reperit per culpam, ſed ẽt aliquando fętentem per infamiam & ſepultũ ſub lapide per obſtinationem, & tamẽ Deo principaliter operãte ſic per bonã monitionem reducit eum ad uitã grãe, ꝙ non ſolũ tollit̃, obſtinatio & mors culpæ, ſed etiã infamiæ fœtor, & ſuauis odor redditur bonæ famæ.



VNiVERSiDAD DE SALAMANCA GREDOS USAL

a *Duobus die.* Vt quatriduum impleretur. Prima enim die, quo nunciatum eſt ei, mortuus eſt languidus trans iordanem, per duos dies manſit, ecce tres, quarto autem die venit.

*Myſtice* b *Eamus in Iudæam* Myſtice ſignificat fidem redituram ad Iudæos in fine per Eliam & Enoch.

c *Dicunt ei di.* Territi, volentes conſilium dare magiſtro ne moreretur, ſicut & alibi Petrus: Abſit a te domine, nõ fiet tibi iſtud. Sed ſicut Petrus laudatur de alieno: Beatus es Simon bariona, quia pater reuelauit tibi, culpatur de ſuo, Redi poſt me Sathana, quia ſapis non quæ Dei, ſed quæ hominis ſunt. Ita & hos corripuit, dicẽs ſe diem, in quo debent ambulare ne offendant, & ſine eo ambulantes offendant, vt modo nolentes eum mori, qui pro hominibus venit mori. Illos autem dicit eſſe horas, quæ diem ſequuntur, non dies eas, ſed dies eas illuminat. Duodecim eſt ſacratus numerus, qui permanet plenus: Deiecto enim Iuda, qui non lucebat inter horas, alius ſurrogatur.

(Matt. 16.d; Ibidem. c; Act. 1.d)

d *Vt credatis*, Non quod modo inciperent credere, ſed vt robuſtius crederent. Semper enim fides eorum miraculis augebatur.

*Myſtice. Quatuor dies mortis. Tob. 4.c; Deu. 27.c*

e *Et inuenit.* Myſtice quatuor ſunt dies mortis. Naſcitur homo cum originali peccato, ecce dies unus mortis. Poſtquam venit ad rationales annos naturalem legem, quæ dicit in corde, Quod tibi non vis, alii ne feceris, trãſgreditur: Ecce ſecundus dies mortis. Data eſt a Deo etiam lex ſcripta prohibens mala, quæ & ipſa contemnitur. Ecce dies tertius mortis. Additur euangelium, prædicatur Chriſtus: æterna vita, econtra gehenna. Sed & hoc contemnũt homines. Ecce quartus dies mortis, in qua putret homo, ſed nec tales relinquit miſericordia.

f *Erat autem.* Quod Bethania, id eſt domus obedientiæ, vbi ſcilicet, ſuſcitandus erat mortuus, vicina eſt Ieroſolymis bene myſterio congruit, quia gens Iudæorum, quæ in fine ſeculi conuertetur, cito ad Ieruſalem. i. ad pacis viſionem perueniet. Non tamen niſi expletis. xv. ſtadiis. i. poſt cognitionem veteris Teſtamenti ſpiritualem.

[Gospel text with interlinear glosses]

rorem eius Mariam & Lazarum. Vt ergo audiuit quia infirmabatur, *(¶Diſtulit ſanare, vt poſſet reſuſcitare.)* tunc quidem manſit in † eodem lo- *(¶Vt quatriduum impleretur.)* co duobus diebus. Deinde poſt hæc *(¶Quod diſceſſit infirmitatis fuit, quod fecit poteſtatis eſt. ¶Quæ eſt circa Ieruſalem. A regibus de Iuda Iudæi, ſicut a Romano Romani.)* dicit diſcipulis ſuis: Eamus in Iudæam iterum. Dicunt ei diſcipuli: Rabbi, nunc quærebant te Iudæi lapidare, & iterum uadis illuc? Reſpondit *(¶Qu. Non vos detis mihi conſilium, ſed me ſequimini, & in me die ambulate, & non offendetis.)* Ieſus: Nonne duodecim horæ ſunt diei? Si quis ambulauerit in die, non *(¶Id eſt me.)* offendit: quia lucem huius mundi uidet. *(¶In tenebris peccatorum vel ignorantiæ.)* Si autem ambulauerit in nocte, *(Ego. ¶Oſtendens rationem ſui tranſitus.)* offendit, quia lux non eſt in eo. Hæc ait: & poſt hæc dicit eis: Lazarus *(¶Niſi hominibus mortuus.)* amicus noſter dormit: ſed uado, ut *(¶Secundum quod intellexerant.)* a ſomno excitem eum. Dixerunt ergo *(¶Quia ſolet eſſe ſomnus ægrotantium ſalutis indicium.)* diſcipuli eius: Domine ſi dormit ſaluus erit. Dixerat autem Ieſus de morte eius: Illi autem putauerunt, quia de dormitione ſomni diceret. *(¶Qui obſcure dixerat dormit.)* Tunc ergo Ieſus dixit eis manifeſte Lazarus mortuus eſt: & gaudeo *(¶Me nihil latere. ¶Et tamen ſcio, quia mortuus eſt.)* propter uos, ut credatis: quoniam non eram ibi. Sed eamus ad eum. *(Geminus.)* Dixit ergo Thomas, qui dicitur Didymus, ad † condiſcipulos: Eamus *(¶Ecce verus amantium affectus, uel cum eo uiuere, vel cum eo mori.)* & nos, † & moriamur cum eo. Venit itaque Ieſus & inuenit eum quatuor dies iam in monumento habentem. Erat autem Bethania iuxta Ieroſolymã quaſi ſtadijs quindecim,

(† diſcipulos; † vt)

Saluator vſus eſt tali modo loquendi. Et oſtendit alterius, quod deberent eſſe ſecuri, dicens. G

i Si quis ambu. in die, *i. ſancte & iuſte. Vel aliter:* In die, *i. mecum qui ſum lux mundi, faciens diem diuina gratia.* (Supra. 11)

k Non offendit, *i. ſecurus debet eſſe.*

l Quia lu. huius mundi ui. *i. meipſum qui poſſum eum ſaluare. Vel aliter:* Lucem. *i. iuſticiam ad quam attendit.*

m Si autem am. in no. *i. ſine præſentia mea, uel ſine iuſticia.*

n Offendit. *i. debet ſuſtinere pœnam offenſæ debitam.*

o Quia lux non eſt in eo. *i. iuſticia: vel ego qui ſum lux q. d. Chriſtus: quandiu vobiſcum ſum præſentialiter, non debetis timere Iudæos, quia Chriſtus etiam in captione ſua ſuos diſcipulos ſaluauit dicens: Sinite hos abire. ut habetur infra. xviij. b. ſed poſt mortem meam periculum erit vobis inter Iudæos ambulare.*

p Hæc a. *Hic conſequenter exprimit cauſam quare volebat ire in Iudæam. ſ. propter Lazari ſuſcitationem. Et diuiditur in duas: quia primo denunciat mortem Lazari, tamen occulte. ſecundo, exprimit eam manifeſte, ibi: Tunc ergo ait: Circa primum dicitur ſic.* Hæc ait. *quæ immediate prædicta ſunt.* (Diuiſio)

q Et poſt h. dicit eis: La. amicus no. dor. *Mortem eius vocat dormitationem, quia cito erat ſurrecturus.*

r Sed ua. ut a ſom. exci. eum. *quia tam facile imo facilius eſt Chriſto ſuſcitare mortuum, quam alteri dormientem. Hanc cauſam ſui itineris dixit ad aſſecurandum diſcipulos. q. d. non debetis timere: quia non uado ad diſputandum cum Iudæis, ſicut ante, ſed ad Lazarum ſuſcitandum.*

s Dixer. ergo diſcipu. e. do. ſi dormit ſal. erit. *q. d. ex quo dormit, ſignum eſt ſuæ curationis non eſt neceſſe, quod vadas illuc. nondum enim erant ad plenum aſſecurati per uerba Chriſti: nec mirum, quia adhuc erant infirmi, & imperfecti.* H

t Dixerat au. Ie. de mor. e. *eam exprimens per dormitionem. ratione prædicta.*

u Illi au. pu. quia de dor. ſo. di. *Sed videtur mirabile, quod intellexiſſent Chriſtum velle ire tam longam uiam ad excitandum hominem de ſomno. Dicendum, quia adhuc erant rudes, & in timore poſiti, vt patet ex prædictis: & ideo male capiebãt uerba Chriſti. Vel dicẽdum: quod Chriſtus conſueuerat eis parabolice loqui: & ideo neſciebant quid per excitationem a ſomno intelligerent, ſuſpicantes ne forte parabolice loqueretur.*

x Tunc ergo. *Hic conſequenter exprimit mortem Lazari manifeſte, dicens:*

y Lazarus mor. eſt & gau. *non de morte eius abſolute, ſed.*

z Propter uos. *vt videntes eius reſuſcitationem, in fide confirmemini. Vel ſic:* Et gaudeo. *ſ. quia non eram ibi, non propter me, ſed propter uos, quia ex præſentia mea mors eius fuiſſet impedita, cum mors habere locum non debeat ubi eſt uita: & per conſequens eius reſuſcitatio non eſſet: quæ tamen eſt utilis vobis.*

a Dixit ergo Thomas, qui dicitur Didymus. *id eſt dubius.*

b Ad condiſcipulos ſuos, eamus & nos, ut moriamur cum eo. *Iſte erat magis timidus quam alij. quaſi dicat. exponamus nos periculo. Vel ſecundum alios dicebat hoc ex magna dilectione, q. d. melius eſt nobis cum illo mori, quam ſine illo uiuere.*

c Venit itaque Ieſus & inuenit eum quatuor dies. *Hic conſequenter agitur de aduentu Chriſti ad Lazarum. Et diuiditur in duas: quia primo agitur de eius peruentione: ſecundo, de eius ſuſceptione, ibi: Martha ergo. In prima ergo parte dicitur ſic:* Venit itaque Ieſus, & inuenit eum quatuor dies iam in monumento habentem. *Quatuor dicit ad certitudinem mortis: quia licet ſint aliquæ infirmitates latentes, quibus uidetur aliquis mortuus ad tempus: hoc tamen non durat per quatuor dies. Dicit etiam in monumento ſcilicet in terra recluſus, quia dato quod fuiſſet ibi poſitus viuus, nihilominus in tanto tempore fuiſſet ibi mortuus.* (Diuiſio)

d Erat autem Bethania iu. &c. quaſi ſtadijs quindecim. *quæ valent leucam, excepto uno ſtadio.*

## NIC. DE LYRA.

¶ ria irent ad Chriſtum perſonaliter, ſicut fecit Regulus, de quo ſupra dictum eſt. iiij. ca. ſ. quia Chriſtus erat familiaris Lazaro & eius ſororibus, qui ibi frequenter hoſpitabatur.

a Vt ergo audiuit. *Hic conſequenter deſcribitur mors Lazari. Et diuiditur in duas, quia primo deſcribitur huius mortis expectatio. Secundo expectatæ denunciatio, ibi: Deinde poſt hæc. Circa primum ſciendum, quod Chriſtus audita infirmitate Lazari non ſtatim iuit ad eum, ne a Iudæis eius miracula impugnantibus, & virtuti dæmonũ ea imponentibus poſſet dici, quod illa infirmitas & mors ſequens fuiſſet tantum ſecundum apparentiam & illuſionem factam a Chriſto per artem magicam. & hoc eſt quod dicitur:* Vt ergo au. quia infirmabatur, tunc quidem man. in eo lo. &c. *trans Iordanem.* (Diuiſio)

b Duobus die. *expectando mortem Lazari, ſic quod eſſet quatriduanus antequam illuc veniret, ad maiorem miraculi certitudinem.*

c Deinde poſt hæc. *Hic conſequenter ponitur mortis Lazari denunciatio. In qua denunciatione Saluator ſic procedit: quia primo propoſitum eundi in Iudæam prædicit. ſecũdo cãm ſubiungit, ibi: Hæc ait. tertio ad locum prædictum peruenit, ibi. Venit itaque Ieſus. In prima ergo parte dicitur ſic:* Deinde poſt *ſ. expectationem mortis Lazari prædictam.*

d Dicit diſcipulis ſuis, eamus in Iudæã. *Hoc autem prædixit eis præter conſuetudinem, quia ſciebat eos inde terreri, ut minus iacula feriret quæ præuiderentur.*

e Dicunt ei diſci. *timentes in Iudæam reuerti.*

f Rabbi, nunc. *hoc habitum eſt ca. præceden.* Et tu ite. ua. il. *q. d. non eſt tibi nec nobis ſecurum.*

g Reſpon. Ie. *eos aſſecurando.*

h Nonne duodecim horæ diei ſunt? *q. d. ſi voluntatem habebant tũc me lapidandi, modo tamen non facient, quia mutato tpe poteſt volũtas mutari. Erat enim prouerbium apud Iudæos, & adhuc eſt apud nos: quod loquendo de mutatione propoſiti, dicitur, duodecim horæ ſunt diei. & ideo Saluator* (Prouerbiũ vulgare)





a *Sed & nunc ſci.* Hoc ſcio, quia potes ſuſcitare ſi uis, quod tuo relinquo arbitrio, non autem præſumo, neque rogo vt ſuſcites, quæ neſcio an ſit vtilis fieri reſurrectio.

*Chriſtus tres mortuos ſuſcitauit* b *Etiam ſi mor. fue.* Tres mortuos ſuſcitauit Ieſus, vnum in domo. i. in corde ſecundum in porta. i. in ore. tertium in monumento. i. in opere & conſuetudine peccandi.

c *Viuet.* Vt uiuit Abraham, Iſaac & Iacob, quorũ Deus dr̃ ſicut viuorum Credens etiam mortuus uiuit, ſicut non credens etiã viuens mortuus eſt

d *Silent.* Quia ſi audiſſent Iudæi eam uocatam fuiſſe a Ieſu, non ſequerẽtur & ita non uiderent miraculum. Sed quia putauerunt eas ſepulchrum fratris ituras, ſequuti ſunt.

e *Et uocat te.* Cauſa breuitatis in uerbis Marthæ oſtendit non prius dictũ .i. quod dominus Mariam vocauerit.

f *Sequuti ſunt eam di.* Hæc ideo euãgeliſta narrare curauit, vt uideamus quæ occaſio fecerit, vt plures haberet teſtes reſurrectio quatriduani.

g *Infremuit ſpi.* Nota ptãtem, Ipſe fremuit & turbauit ſe, quem alius turbare non potuit, ſicut omnia huiuſmodi ſuſcepit, quia voluit. Significat autem quantum homo turbari dẽat, pſſus tãta mole peccati. Quãdo aũt peccator computans quę bona Dei accepit, quæ mala reddidit, fremit in ſpiritu & turbatur. Chriſtus fremit in eo & turbatur, qa fides de Chriſto, Chriſtus eſt in corde. Fremit uero fides in homine, dum de peccatis increpat ſe.

B h *Vbi poſuiſtis eum.* Qui abſens ſciuit mortuum, ſcit & vbi ſit ſepultus. ſed ſic dicens, ſe quaſi neſcire perditum hominem ſignificat. vnde dicitur, Non noui uos. Et: Vbi es Adam? (Matth. 7.d; Gen. 3.d)

Ieſus ergo

[Gospel text with interlinear glosses]

Multi autem ex Iudæis uenerant ad Martham & Mariam, ut conſolarentur eas de fratre ſuo. Martha ergo ut *(Actiua uita primum occurrit per opera miſericordiæ.)* audiuit, quia Ieſus uenit, occurrit illi: *(Quia contemplatiui quietem deſiderant.)* Maria autem domi ſedebat. Dixit ergo Martha ad Ieſum, Domine, ſi fuiſſes hic, frater meus non fuiſſet mortuus. Sed & nunc ſcio, quia quæcumque popoſceris a Deo, dabit tibi *(¶Ambigue dictum, non determinat quando & ideo illa dicit ei,)* Deus. Dicit illi Ieſus: Reſurget frater tuus. Dicit ei Martha: Scio quia re- *(¶De illa certa ſum, de hac incerta.)* ſurget in reſurrectione in nouiſſimo *(¶Q. Dicis quod reſurget, & uerum eſt, ſed per quem tunc reſurget, poteſt & modo, quia ego ſum reſurre.)* die. Dicit ei Ieſus: Ego ſum reſurre- *(¶Ideo reſurrectio, quia uita.)* ctio & uita, qui credit in me etiam *(¶Vt modo eſt Lazarus.)* ſi mortuus fuerit, uiuet: & omnis *(¶In carne. ¶Iam viuens in anima.)* qui uiuit, & credit in me, non morietur *(¶Si ad tempus moriatur ſecundum carnem. ¶Sciens fidem, quærit confeſſionem.)* in æternum. Credis hoc? Ait illi: *(¶Omnia hæc credo, quia.)* Vtique domine. Ego credidi, quia tu *(¶Miſſus ad ſalutem mundi.)* es Chriſtus filius Dei uiui, qui in hũc mundum † ueniſti. Et cum hæc di- *(¶Explorata a Deo fide, & ab ea data.)* xiſſet, abiit & uocauit Mariam ſororem *(¶Id eſt ſuppreſſa voce.)* ſuam † ſilentio, dicens. Magiſter adeſt, & uocat te. Illa ut audiuit, ſurrexit cito, & uenit ad eum. Nondum enim uenerat Ieſus in caſtellum, ſed erat adhuc in illo loco, ubi occurrerat ei Martha. Iudæi ergo, qui erant cum ea in domo, & conſolabantur *(¶De reſurrectione.)* eam, cum uidiſſent Mariam, quia cito ſurrexit & exiit, ſequuti ſunt eam dicentes: Quia uadit ad monumentum, ut ploret ibi. Maria ergo cum ueniſſet ubi erat Ieſus, uidens eum, cecidit ad pedes eius, & dixit ei: Do- *(¶Quia te præſente nulla infirmitas auſa fuit apparere. apud quas vita nouerat hoſpitari.)* mine, ſi fuiſſes hic, nõ eſſet mortuus frater meus. Ieſus ergo, ut uidit eam plorantem, & Iudæos, qui uenerant cũ ea plorantes, infremuit ſpiritu, & *(¶Alius non.)* turbauit ſemetipſum, & dixit: Vbi

(† uenturus es; † clam)

l Ego ſum reſur. *ſcilicet cauſaliter. Tum quia reſurrectio Chriſti eſt cauſa noſtræ reſurrectionis. Tum quia reſurrectio generalis futura fiet virtute Chriſti vocantis mortuos ad iudicium.* C

m Et uita. *per eſſentiam: propter quod ſum cauſa vitæ omnibus uiuentibus, & poſſum dare vitam mortuis, quia quod eſt tale per eſſentiam, eſt cã omnium aliorum, quæ ſunt per participationem, vt habetur. ij. Metaph.*

n Qui credit. in me. *ſicut prædeſtinatus.*

o Etiam ſi mor. fue. *per lapſum in peccatum mortale.*

p Viuet. *finaliter uitæ gratiæ.*

q Et oĩs qui u. & cre. in me. *fide formata.*

r Non mo. in æter. *i. morte æterna, licet moriatur morte temporali: ad ſoluendum debitum naturæ.*

s Credis hoc. *non petit hoc quaſi ignorans, ſed quærens eius confeſſionem ad meritum, quia ore fit confeſſio ad ſalutem, ut habetur Ro. x. b.*

t Ait illi. utique d. *quia per Chriſti verba erat inſtructa in fide plenius quam ante, quod patet ex eius ſequenti confeſſione. in qua primo exprimitur ipſius Chriſti dignitas ſacerdotalis & regia, cum dicitur,*

u Ego credi. quia tu es Chriſtus. *i. vnctus. vnctio autem debebatur regibus & ſacerdotibus. ſcdo Chriſti diuinitas cũ dicitur*

x Filius Dei. *ſ. naturalis. tertio, incarnationis ueritas, cum ſubditur,*

y Qui in hunc mun. ue. *non per loci mutationem, ſed per carnis aſſumptionem.*

z Et cum hæc dix. *hic agitur de ſuſceptione Chriſti quo ad Mariam, quia Martha a Chriſto edocta ſtatim.*

a Abiit & u. ma. ſo. ſuam. *vt audiret bonos rumores, quos ipſa a Chriſto audierat.*

b Silentio. *propter Iudæos præſentes, quorum aliqui contra Chriſtum machinabantur. dicens.*

c Magiſter adeſt, & uo. te. *licet non ſit ſupra expreſſum quod Chriſtus uocaret Mariam, tamẽ hoc eſt credẽdũ, qa nõ eſt probabile, quod Martha in hoc mẽtiretur, ſed propter breuitatẽ euangeliſta illud omiſit, quia ſufficit ex verbo Marthæ exprimere.* D

d Illa ut au. ſur. ci. & ue. ad eum. *ex magna deuotione.*

e Nondum e. ue. Ie. in caſt. *oſtendens quod ad miracula facienda non ſe ingerebat, & ut ex aduentu Iudæorum cum Maria ad ipſũ, magis celebre & notoriũ eſſet miraculũ.*

f Iudæi ergo. *Et patet litera uſq; ibi,* di.

g Quia ua. ad mo. ut plo. ibi. *Credebant enim eam eſſe ſubito motam ex compaſſione fratris ſui, quia non audierant uerbum Marthæ ut dictum eſt.*

h Maria &c. ceci. ad pedes eius. *quod nõ fecerat Martha. Ex quo patet, quod Maria magis amabat Ieſum & venerebatur.*

i Et dixit ei, do. ſi fuiſ. hic. *Exponitur ſicut ſupra.*

k Ieſus ergo. *Hic cõſequẽter agitur de Lazari ſuſcitatiõe. Et diuiditur ĩ duas: qa primo ponitur ſuſcitatiõis actus. ſcdo ſequẽs effectus ibi: Multi ergo ex Iudæis. Prima in tres: qa primo deſcribitur affectio Xr̃i ad Lazarũ. ſcdo ſequẽs ĩde murmuratio Iudæorũ, ibi Dixerũt ergo. Tertio Chriſtus ſuſcitat mortuũ, ibi: Ieſus ergo rurſum, &c. Affectio Chriſti ad Lazarũ oſtẽditur primo ex ſigno, cũ dicitur:* Ieſus ergo ut ui. eam pl. & Iu. qui ue. cum ea plorã. *ex morte amici.* (Diuiſio)

l Infremuit ſpi. & tur. ſeip. *Fremitus conſurgit ex indignatione. ſic enim Chriſti fremitus procedebat ex indignatione eius contra diabolum, per cuius ſuggeſtionem mors intrauit in mundum, quem erat cito debellaturus. turbatio autem illa procedebat ex compaſſione Lazari & ſororum eius. Sciẽdum tamen, quod iſtæ paſſiones & conſimiles non erant in Chriſto vitioſæ, ſed magis uirtuoſæ, quia non erant præuenientes iudicium rationis, ſed magis ſequentes & per ipſum excitatæ, ſicut dicit Philoſophus iiij. Ethico. quod paſſio iræ excitata per uirtutem fortitudinis, adiuuat ad actũ eius fortius exequẽdum. Secundo oſtenditur affectio Chriſti ex uerbo, cum dicitur.* Vbi poſuiſtis eum, &c. *Tertio ex facto cum ſubditur.* (Gen. 3.a; Paſſiones in Chriſto erãt uirtuoſæ)

## NIC. DE LYRA.

¶ a Multi au. ex Iudæis. uene. ad Mar. & Mariam, ut con. eas de fra. ſuo. *Tum quia erant nobiles dominæ. Tum quia locus erat ſatis prope, vt patet ex dictis.*

b Martha ergo. *Hic agitur de Chriſti ſuſceptione. & primo quo ad Martham. ſecundo quo ad Mariam ibi: Et cum hæc dixiſſet. Prima in duas, quia primo Chriſtus a Martha deuote ſuſcipitur. Secundo fratris ſui ſuſcitatio ei promittitur, ibi, Dixit illi Ieſus. In prima parte dicitur ſic,* Martha er. ut au. *quia* Ieſus u. *ipſa enim habebat curã domus, & io primo nũciatus eſt ei aduẽtus Chriſti p aliquẽ, qui aduentum Chriſti preuenerat.* E (Diuiſio)

c Occurrit il. *Reuerenter & deuote.*

d Maria u. domi. ſedeb. *Cum Iudæis, qui uenerant ad eas.*

e Dixit er. Mart. ad Ieſ. Domi. ſi fuiſ. hic frater meus non fuiſ. mor. *Ex quo apparet quod credebat ipſum poſſe præſeruare fratrem ſuum a morte, tamen imperfecte credebat, quia videtur innuere, quod non poſſet Chriſtus tantum abſens quantum præſens.*

f Sed & nunc ſcio, quia quæcunque popoſ. a Deo da. ti. de. *Videtur per hoc nõ fuiſſe edocta plene de eius deitate, quia non dixiſſet, quæcunque popoſceris, ſed dixiſſet, quæcunque iuſſeris, fient.*

g Dicit illi Ie. *Hic ſuſcitatio fratris ſui ei promittitur. cum dicitur,*

h Reſurget fra. tu. *Sed illa intellexit hoc de reſurrectione futura. Ideo ſubditur:*

i Dicit ei Mart. ſcio quia reſur. in no. die. *Ex quo patet, quod erat de ſecta phariſæorum, quantum ad hoc, quod confitetur reſurrectionem futuram, & non de ſecta ſaducæorum, qui hoc negant.*

k Dicit ei Ie. *explicans intentionem ſuam de reſurrectione fratris ſui propinqua.*



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

a Ieſus er. Diſſicultatẽ oſtendit viuificationis talis peccatoris.
E b Erat autem ſpe. Lazarus mortuus, figura eſt Iudæorum in Chriſto nõ credẽtiũ, & lapide.i. onere legis oppreſſorũ. Soro

Moraliter

res ꝑ eo rogãtes, fideles ſunt in populo Iudęorum. Moraliter, Vnuſquiſq; pctõr mole pctõrum preſſus & ſua lege grauatus & conſuetudine ſua mala iã fœtens, alios exemplo ſuo malo aperte corrũpit, Sorores cogitationes aliquę, quia quãque cogitans ſe male feciſſe dolet.
c Domine iam fœtet. Timebat remoto lapide potius ſętorem excitari, quam fratrem reſuſcitari.
d Sed propter po. His verbis ſe gloriam patris quærere, ſicut in aliis operibus oſtendit. Nam quia ſecundum hominem minor erat patre, ab eo petit ſuſcitationem Lazari, & ideo ſe exauditum dicit, & hoc propter circunſtantes, vt ſic crederent Dei filium.
e Voce magna c. Fremuit: lachrymauit, clamauit, qa difficile ſurgit quem moles malæ conſuetudinis ꝓmit, ſed tñ poſt magnam vocem ſurgit.i. per magnam Dei gratiã viuificat dñ pęnitet
f Et ſtatim pro. Dum peccator cõtemnit, ſepultus iacet, qñ pœnitet, ſurgit, qñ confitetur prodit, quaſi de occultis exeundo manifeſtus. ſed adhuc ligatus eſt: & dicitur miniſtris. Soluite eũ, & ſinite abire. vnde, Quæ ſolueritis ſuper terram, ſolu. erunt & in cęlis. (Matt. 16.)
g Soluite eum. Chriſtus per ſe uiuificat intus, miniſtris tribuit ptãtẽ ſoluendi.
h Qui. &c. ab Siue annunciando vt crederent, ſiue prodiendo vt ſeruirent. Sed quomodo hoc factum ſit dicit, Collegerunt pontif.

Credent

poſuiſtis eum? Dicunt ei: Domine,
¶ Miſerere. ¶ Ploret ergo ſe peccator. ¶ Humanitus.
ueni & uide. Et lachrymatus eſt Ieſus.
¶ Vnde dicitur, Non veni vocare iuſtos, ſed peccatores.
Dixerunt ergo Iudæi. Ecce quomodo amabat eum. Quidam autem
¶ Potuit, ſed noluit, quia plus eſt ſuſcitare mortuum, quam ne moreretur facere.
ex ipſis dixerunt. † Non poterat hic
¶ Inuidi hoc quod confitebantur, non credebant.
qui aperuit oculos cæci nati, facere ut* hic non moreretur? Ieſus ergo rurſum
¶ Fremat & in te, ſi vis reuiuiſcere.
frẽmens in ſemetipſo uenit ad monumentum. Erat autem ſpelunca,
¶ Mortuus ſub lapide, reus ſub lege, quia rei ſub lege boni cum lege.
& lapis ſuperpoſitus erat ei. Ait
¶ Onus legis remouete, prædicate gratiam.
Ieſus: Tollite lapidem. Dicit ei Martha ſoror eius, qui mortuus fuerat.
¶ Conſuetudine peccandi.
Domine iam fœtet, quatriduanus eſt enim. Dicit ei Ieſus, Nonne dixi
¶ Quia fœtentem quatriduanum ſuſcitat: omnes enim peccauerunt & egent gloria Dei.
tibi, quoniam ſi credideris, uidebis gloriam Dei? Tulerũt ergo lapidem. *Ieſus autem eleuatis ſurſum oculis, dixit: Pater, gratias ago tibi, quoniam audiſti me. Ego autem ſciebam, quia ſemper me audis, ſed propter populum, qui circumſtat dixi, ut credãt, quia tu me miſiſti: Hęc cum dixiſſet, uoce magna clamauit: Lazare ueni
¶ Sicut potentia eſt quod ſurgit, ita, quod ligatus adhuc prodit, i. foras proceſſit.
foras. Et ſtatim prodiit qui fuerat mortuus, ligatus pedes & manus
¶ Vinculis peccatorum. ¶ Velamen ſuper cor.
† inſtitis, & facies illius ſudario erat ligata. Dicit eis Ieſus: † Soluite eum,
¶ Non omnes.
& ſinite abire. Multi ergo ex Iudæis, qui uenerant ad Mariam & Martham, & uiderant, quæ fecit Ieſus, crediderunt in eum. Quidam

* ubi erat is, qui mortuus fuerat poſitus

† faſcijs ſepulchralibus

## NIC. DE LYRA.

¶ a Et lachrymatus eſt Ie. ex pietate uidens locum ſepulturæ. per hoc etiam oſtendit ueritatem humanæ naturæ. Paris enim periculi eſt diſcredere ueram humanitatem in Chriſto, ſicut & deitatem. & ideo vbi Chriſtus oſtendit ſuam deitatem, adiungebat aliqua ad declarandum ſuam humanitatem, & econuerſo, & hoc patet in eius natiuitate, quando iacens in præſepio, ut homo infirmus, ſtellam fecit radiare in cælo, vt Deus. (Luc. 2. b) Similiter in paſſione, quando ipſo moriente ex natura paſſibili ſol obſcuratus eſt inuiſibili uirtute Dei. (Luc. 23. f) Et hic ſimiliter in ſuſcitatione Lazari quatriduani, quod erat maximæ uirtutis, turbatus eſt & fleuit, ad declarandum ueritatem humanitatis.
b Dixerunt. Hic ex effectu Chriſti oſtenditur ſequens murmuratio. Iudæi.n. viderunt Chriſtum triſtari, & per conſequens arguebant, quod mors illa contra volũtatem Chriſti ſimpliciter accidiſſet, quia triſticia eſt de his, quæ nobis nolentibus acciderunt, ut dicit Aug. xiiij. de ciuitate Dei. (Triſtitia; Cap. 5. 10. 5.) & per conſequens concludebant, quod nõ potuiſſet Lazarum præſeruaſſe a morte. & hoc eſt quod dicitur, Dixerunt ergo Iudæi, ecce quomo. ama. e. quia videbant euidens ſignum inuenientes per hoc quod libenter ſi poſſet præſeruaſſet eum a morte, & ex hoc vlterius miraculum de cæco nato illuminato uolebant annihilare & in aliũ retorquere, dicentes,
c Non poterat hic, qui aperuit oculos. q. d. ex quo non poteſt hoc, nec illud potuit, nec fecit. Iſti non expectabant ſufficienter, ſed iudicabant ante tempus, quia Chriſtus plus fecit. Plus enim eſt mortuum ſuſcitare, quam mortem infirmantis impedire.
d Ieſus ergo. Hic conſequenter ponitur Lazari ſuſcitatio. Et ponuntur hic quinque per ordinem facientia ad miraculi certitudinem & magnificentiam. Partes patebunt proſequendo. Primum eſt deſcriptio ſepulchri, quod erat ſpelunca cauata in rupe magna & profunda, ita quod poterant poni plura ibi corpora, ſcilicet corpora eorum, qui fuerunt eiuſdem parentelę. unde frequenter dicitur in libris Reg. Sepultus eſt in ſepulchro patrum ſuorum. Sic igitur erat factum ſepulchrum Lazari, & deſuper grandi lapide claudebatur. Ex quo patet uera mors Lazari, quia ſi fuiſſet ibi poſitus uiuus & ſanus, infra quatriduum fuiſſet mortuus ex loci corruptione. & hoc eſt quod dicitur. Ieſus er. rur. fre. indignatus contra maliciam Iudæorum de factis ſuis inique murmurantium. & talis indignatio eſt uirtuoſa, quia ſicut ad uirtuoſum pertinet applaudere bono, ita & indignari contra malum.
G
e Venit ad mo. Dicitur enim ſepultura monumentum, quaſi monens mentem, quia monet viuentes, ut præcogitent mortem.
f Erat autem ſpe. modo prædicto facta.
g Ait Ieſus. Hic ponitur ſecundum. ſ. lapidis amotio, cum dicitur:
h Tollite la. &c. do. iam fe. q. d. licet aliquando ſuſcitati ſint mortui recenter, tamẽ quod iam quatriduanus ex fœtore ſolutus reſuſcitetur, non eſt ſic auditum. Et hoc verbum videtur proceſſiſſe ex admiratione Marthæ & eius ignorantia, quia eiuſdem virtutis eſt ſuſcitare mortuum vtroque modo. ideo ſequitur.
i Dicit ei Ieſus. corrigendo eius dictum.
k Nonne di. ti. &c. ut glo. Dei. i. glorioſã eius virtutem in ſuſcitatione fratris tui. († Sup. 11)
l Tulerunt er. la. ad præceptum Chriſti.
m Ieſus autem. Hic ponitur tertium ſcilicet Chriſti oratio in Lazari ſuſcitatione quod facit ad declarationem miraculi, quia Iudæi Chriſto imponebant quod faciebat miracula virtute dæmonis. quod oſtenditur falſum per hoc, quod in faciendo orat Deũ. & hoc eſt, quod dicitur: Ieſus autem ele. ut oſtenderet nobis formam orandi, quæ eſt per eleuationem mentis in Deum.
n Dixit, pa. gra. Deus enim pater cæleſtis magnificentiſſimus, & ideo ex gratiarum actione de præteritis ad præſtanda beneficia ſequentia prouocatur. hoc enim eſt proprium magnifici, ut habetur. iiij. Ethicorum.
o Ego au. ſcie. In his enim, quæ Chriſtus abſolute uolebat, deliberatiua voluntate conformabatur diuinæ voluntati, & ſic exaudiebatur. Sciendum tamen, quod orare patrem conuenit Chriſto ratione humanitatis, in qua eſt minor patre, non autem ratione diuinitatis, in qua eſt ei æqualis.
p Sed propter populum qui circunſtat di. multi enim ex Iudæis dicebant, quod in Beelzebub faciebat ſigna, quod remouet conformando uoluntatem ſuam cum voluntate diuina. (Mat. 12)
H
q Hæc cum dixiſ. Hic ponitur quartum. ſ. Lazari vocatio, cum dicitur, Hæc cum dixiſſet, uoce magna cla. Hoc facit ad declarationem miraculi. quia ſi dixiſſet in ſilentio poſſent dicere aduerſarij, quod uerba magica dixiſſent, vel interpoſuiſſet. Per hoc etiam tollitur error eorum qui dicebant animas defunctorum latitare in ſepulchris, & ideo clamauit Ieſus voce magna in ſuſcitatione Lazari, quaſi animam reuocans a longinquo, ſcilicet ab inferno, vt ad corpus rediret.

† De ſtitis …

r Et ſtatim prodiit qui fuerat mortuus. Hic ponitur quintum ſcilicet Lazari ſuſcitatio, cum dicitur: Et ſtatim pro. qui fue. mor. quia virtus diuina operatur in inſtanti.
s Ligatus ped. & manus. Hic declaratur virtus diuina non ſolum ſuſcitando mortuum, ſed etiam faciens exire ligatum. per hoc etiam apparet certitudo miraculi, inquantum exiuit Lazarus eo modo quo fuerat in ſepulchro poſitus.
t Dixit eis Ieſus: ſoluite. hoc præcepit alijs, licet poſſet facere per ſeipſum. ut accedentes deprope & tangentes ex viſu & tactu eſſent teſtes miraculi efficaciores, ſicut ſupra dictum eſt de amotione lapidis.
v Et ſinite abire. vt oſtendatur uere ſuſcitatus & non phantaſtice, per opera vitæ, cuiuſmodi eſt ambulatio & comeſtio & conſimilia: ideo infra dicitur ſe. a. quod Lazarus erat unus de diſcumbentibus.
x Multi ergo. Hic ponitur ſuſcitationis effectus dupliciter. Primo quo ad præſentes. Secundo quo ad abſentes, ibi: Collegerunt ergo. Effectus miraculi circa præſentes oſtenditur ex hoc, quod viſo prædicto miraculo multi eorum crediderunt Chriſto. nec mirum, quia illud ſignum fuit diuinæ virtutis manifeſte oſtenſiuum. quæ non poteſt adeſſe ad teſtificandum aliquod falſum. & hoc eſt quod dicitur, Multi ergo ex Iudæis qui uenerant ad Mariam & Martham, & uiderant quæ fecit Ieſus, crediderunt in eum. & patet. Sequitur,
y Quidam autem ex ipſis abierunt ad phariſæos, & dixerunt eis, quæ fecit Ieſus. Dicunt doctores aliqui, quod hoc fecerunt bono zelo moti, volentes ex miraculo viſo refrenare iram eorum contra Ieſum, tanquam irrationabilem. alij dicunt, quod male moti

¶ hoc fecerunt.



a Credent. Et quia ſentiebãt doctrinam eius eſſe contra templum & paternas leges, timebãt, ne ſi omnes crederẽt in Chriſtum, nemo remaneret, qui contra Romanos ciuitatem Dei & templum defenderet. Et ue. Ro. De temporalib. timẽt, non de æternis, & utraq; ꝑdiderũt. Locus ẽ Ieruſalẽ, quẽ ꝑdiderũt Gẽtẽ ſuã perdiderunt ubiq; diſperſi. (A; In euãg. Io. tract. 49. circ. fin.)
b Hoc a ſemetip. Aug. Nota etiam malos per ſpm̃ prophetię prędicere futura, qđ tñ euangeliſta diuino tribuit ſacrõ, qa fuit pontifex.i. ſummus ſacerdos, & myſteriũ hũs in manib ſpiritu Dei loquutus eſt. Deus cõſtituit vnũ ſummum ſacerdotem, cui mortuo vnus ſuccederet. Sed per ambitionẽ poſtea euenit, ut plures eſſent, & uicibus miniſtrarẽt, Forte & plures ĩ uno anno, ex qb. forte exibat, qui incẽſũ poneret, quod non licet niſi ſummo ſacerdoti, ut de Zacharia legitur. (Mali prophetant; Luc. 1. a)
c Pro gente. Iudæorum. ſ. in qua erant oues. hoc tantum Caiphas. Sed quia nouerat euangeliſta eſſe alias oues, addidit: Sed ut ſi. Dei qui e. diſp. con. Filij prædeſtinatione, ſicut & oues in Iſrael, nondum enim erant, quia nondum crediderant.
d Proxi. an. Imminẽte paſcha figurali in quo iã verus agnus immolãdus ẽ, cõſiliũ erat ĩter Iudęos de eo occidẽdo. & ipſe apꝓpinquat paſſiõis loco.

¶ Qui uenerant, uel ex his qui crediderant.
autem ex ipſis abierunt ad phariſæos, & dixerunt eis, quæ fecit Ieſus. Collegerunt ergo † pontifices & phariſæi concilium, & dicebant: Quid
† principes ſacerdotũ ¶ aduerſus Ieſum. ¶ Q. Cur non prouidemus nobis?
facimus? Quia hic homo multa ſigna facit. Si dimittimus eum ſic, omnes credent in eum. Et uenient Romani, & tollent noſtrum locum &
¶ Inueſtigans, vel ſagax vel veniens ore interpretatur
gentem. Vnus autẽ ex ipſis Caiphas nomine, cũ eſſet pontifex anni illius dixit eis: Vos neſcitis quidquam, nec cogitatis, quia expedit uobis, ut unus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat. † Hoc a ſemetipſo non dixit, ſed cum eſſet pontifex anni illius, prophetauit: quia Ieſus moriturus erat pro gente: Et non tantum pro gente, ſed ut filios Dei, qui erant diſperſi, congre-
¶ Non quin & prius, ſed modo diſſiniit.
garet in unum. † Ab illo ergo die † cogitauerunt ut interficerent eum. Ie-
¶ Non quod hoc non poſſet, ſed docet ſuos cedere furori perſequentium.
ſus ergo iam non in palam ambula-
¶ Significat tranſitum ad gentes in Ephrem, quæ interpretatur fructificatio, i. eccleſia.
bat † apud Iudæos: ſed abiit* in regionem iuxta deſertum, in ciuitatem quæ dicitur Ephrẽ: & ibi morabatur cum diſcipulis ſuis. † Proximum

† i. q. r. dictum eſt a domino.
† conſultauerunt
* illinc

## NIC. DE LYRA.

¶ hoc fecerunt. quia ſicut ex ſignis viſis boni & electi conuertuntur, ita frequenter mali obdurantur: & hoc magis videtur ex litera ſequenti, vbi agitur de cõgregatione phariſæorum ad tractandum de morte Chriſti.
a Colleger. Hic ponitur effectus ſuſcitationis Lazari reſpectu abſẽtiũ. qa audita ſuſcitatione Lazari, ex ira & inuidia moti ſunt ad tractãdũ de morte Chriſti. (Mat. 12. b; Marc. 3. a) Et diuiditur ĩ tres: qa prĩo ponitur eorũ cõgregatio. ſcd̃o, cõgregatorũ dubitatio, ibi: Et dicebãt. tertio dubij determinatio, ibi: Vnus ex ipſis. (Diuiſio; B) In prima ergo parte dicitur ſic: Colle. er. po. qui erant maioris autoritatis & magis literati († inter)
b Et phariſæi. qui videbantur præ alijs religioſi: ex quibus factũ eorum grauius erat.
c Concilium. ſ. aduerſus Ieſum. Hoc nõ eſt ex textu, ſed ſubintelligitur. Circa hoc notãdũ, ꝙ pontifices erãt de tribu Leui: Phariſæi autẽ pro magna parte erãt de tribu Symeon. quia ex illa tribu habuit ortum ſecta phariſæorum. iõ in figura huius prædictum fuit: Symeon & Leui fratres vaſa iniquitatis bellantia: in concilium eorum non veniat anima mea. (Gen. prima)
d Et dice. Hic ponitur eorum dubitatio quid facerent de Ieſu, quia habebant rationes ad vtranque partem. Ex euidentia enim miraculorum cogebantur dicere.
e Quia hic homo mul. ſi. fa. & ex hoc ſequitur, quod erat ei credendũ magis quam Moſi, quia Moyſes non tot nec tanta ſigna fecit, & maxime quando populus ei primo credidit, immo valde pauca, vt patet Exo. iiij. Et ſic habebant argumentũ ad ipſum recipiendum & honorandum tamquam verum Chriſtum, ſed ecõuerſo arguebant ad contrariũ dicẽtes
f Si dimit. eum ſic, omnes cre. in e. ſicut in Chriſtum, & quia Chriſto debebatur regimen ſecundum ſcripturas, quas male intelligebant de temporali regno, ideo ex hoc uidebatur ſequi contra imperatorem Romanum rebellio, qui tunc temporis dominabatur eis. & hoc uidebatur propinqua occaſio deſtructionis ciuitatis & templi per poteſtatem Romani imperij, quæ tunc erat maxima, & ideo ipſi non habebant aliquam uirtutem reſiſtendi. & hoc eſt quod dicitur:
g Et ueni. Roma. in tanta fortitudine, quod non poterimus reſiſtere.
h Et tol. no. lo. i. ciuitatem & templum.
i Et gentem. captiuando populum: & ſic patet, quod paſſio timoris ſubuertebat in eis iudicium rationis.
k Vnus autem ex ipſis. Hic ponitur dubij determinatio. Et diuiditur in tres, quia primo dubiũ determinatur. ſcd̃o determinatio approbatur, ibi: Ab illo autẽ die. tertio a Chriſto euitatur, ibi: Ieſus ergo iã nõ in pa. (Diuiſio) Prima in duas, quia primo ponitur Caiphæ determinatio. ſcd̃o, huius determinationis expoſitio, ibi, Hoc aũt a ſemetipſo: In prima igitur parte dicitur ſic: Vnus ex ipſis Caiphas nomine. Non eſt de textu, ſed intelligitur nomen eius propter autoritatem ſui officij. vnde ſubditur,
l Cum eſſet pon. anni illi. Dominus autem præceperat eſſe tantũ unũ ſummum ſacerdotem, & per totam uitam ſuam, quo moriente alius ſibi ſuccederet. vnde & in morte eius reuertebantur fugitiui. ſed propter cupiditatem & ambitionem ſuam ſtatuerũt inter ſe illi, qui erãt de genere ſacerdotali, ut quolibet anno unus eſſet qui illo officio fungeretur. Aliã autem rationem aſſignat Ioſephus dicens: A tempore Herodis Aſcalonitæ, qui auxilio Romanorum occupauit regnum Iudææ, ſacerdotium communiter vendebatur. & ſic propter maius lucrum temporale ſummus ſacerdos frequenter mutabatur.
C
m Dixit eis. propter autoritatem officij ſic loquutus eſt dicens:
n Vos ne. quic. nec cogi. q. d. prima facie quilibet intelligens videre poteſt, quod ad mortem huius hominis debemus laborare. Cuius ratio, eſt, quia bonum commune magis eſt eligendum quam bonum particulare. Si aũt hõ iſte dimittatur, bonũ totius populi diſſipabitur, ut patet ꝑ ꝓdicta ſecundum eorũ æſtimationem, & ſic concludit, ꝙ ſit agendum ad mortẽ Chriſti, etiam ſi ex parte eius nõ ĩueniatur aliqua cã. & hoc ẽ qđ dicitur:
o Expedit uo. ut unus moriat. homo. etiam ſi eſſet bonus & iuſtus.
p Pro popu. i. pro conſeruatione populi.
q Et non to. gens. p. ſed maneat in uita. Hic patet manifeſte, quod paſſio inuidiæ & timoris contra Chriſtum, & paſſio timoris ꝑdendi gentem & locum ſubuertebant in eis rónis iudiciũ, quia in nullo caſu licitũ eſt interficere innocẽtẽ, ꝑ hoc.n. nõ procuratur bonũ cõe, ſed magis deſtruitur. ꝑ ꝑ qđ Dei iudicio factum eſt, ꝙ illud malũ, quod credebant per mortem Chriſti euadere. ſ. deſtructionẽ loci & gẽtis, ꝑ mortẽ Chriſti incurrerũt. qa ĩ pœna huius pcti Romani ꝑ Titum & Veſpaſianum locum & gentem deſtruxerunt anno. xlij. poſt paſſionem Chriſti, ſicut fuerat a Daniele prophetatum Et ciuitatem & ſanctuarium diſſipabit populus cum duce uenturo, &c. (Cap. 9. g) & a Saluatore prædictum Videns ciuitatem ſanctam Ieruſalem. &c. (Luc. 19. f)
r Hoc a ſe. Hic ponitur ꝓdictæ determinationis expoſitio: ꝙ quidẽ expoſitio eſt Iohãnis euangeliſtæ oſtẽdẽtis qualiter Caiphas ꝓdictã determinatiõẽ ꝓtulit. Quãuis.n. eſſet intẽtio Caiphæ dicẽ ſolũ cõſiliũ de Chriſti morte pro temporalis piculi euaſione circa populũ Iudæorũ, tamẽ uerbũ eius ſic ſonabat, ꝙ Chriſtus erat moriturus pro gẽte & populo. & qđ ſic fuit prolatũ, fuit ꝓphetia quodãmõ de futuro, ꝙ Xps erat moriturus ꝓ ſalute ſpũali, & non ſolũ Iudæorum; ſed ẽt oĩm gẽtiũ, q crediuri erãt in ipſum, & hoc eſt qđ dicitur: Hoc a ſemetipſo non dixit ſuppl. prædictum verbum hoc modo protulit, ſed per motionem alterius (D; Mat. 26. a; Marc. 14. a; Luc. 22. a)
s Sed cum eſſet pon. quia ipſo ignorante dictum propheticum protulit, non ratione ſui meriti. ſed dignitatis officij.
t Quia Ie. mo. er. pro gen. ſ. Iudæorum, quia multi de Iudæis ſaluati ſunt per ipſum.
v Et ſed ut ſi. Non quia adhuc eſſent filij Dei actu, ſed in potentia ad actum reducendi, quia erant prædeſtinati.
x Qui erant diſper. per diuerſos ritus gentilium.
y Congregaret in unum. i. in unam eccleſiam ex Iudæis & gentibus conſtitutam, vt eſſet vnum ouile, ſicut eſt unus paſtor, ut ſupra dictum eſt præce. ca. propter quod dicitur de Chriſto: Ipſe erit expectatio gentium, non ſolum Iudæorum. (Gen. 49. g) Nec hoc eſt contra illud quod dicit Saluator Non ſum miſſus niſi ad oues, quæ perierunt domus Iſrael. (Matt. 15.) quia ibi Saluator loquitur de ſua miſſione ad prædicandum in perſona propria. Propter quod apoſtolus dicit. Dico enim dominum Ieſum Chriſtum miniſtrum fuiſſe circunciſionis. (Rom. 15. b)
z Ab illo. Hic ponitur determinationis Caiphæ approbatio quãuis eſſet iniqua, qa oẽs alij erãt affectati ad procurandũ mortem Chriſti, ſicut & ipſe. & hoc eſt quod dicitur: Ab illo ergo die co. ut. inter. e. Licet. n. ante habuiſſent voluntatem interficiendi ipſum, ut patuit per prædicta, tamen ex conſilio Caiphæ diffinierunt hoc adimplere ꝗ citius poſſent.
a Ieſus er. Hic conſequenter ponitur huius determinationis declinatio. non enim adhuc erat tempus paſſionis Chriſti a Deo præordinatum: & Iudæi quærebant occidere eum, ut uiſum eſt, ideo receſſit ad tempus. & hoc eſt quod dicitur: Ieſus er. iam non in pa. ambu. ap. Iudæos. Quamuis enim inter eos exiſtens poſſet eorum impetum refrenare, tamen uoluit ad tempus latere & ſe occultare, rationibus prædictis c. viij. & . x. ubi ſimiliter agitur de ſua occultatione.
b Sed abiit in regionem iuxta deſertum. vbi pauci de Iudæis erant.
c In ciuitatem quæ dici. Ephrem, quæ erat parua & parũ populata
d Et ibi morabatur cum diſci. ſuiſ. vſque ad tempus propinquum ſuæ paſſionis.
e Proximum au. e. pa. Iu. Hoc ſubditur ad oſtendẽdũ, ꝙ Chriſtus paruo tpe in illa ciuitate ſe occultauit, quia ante paſcha in Ieruſalem uenit.



VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

E a Et aſcen.m Ie.de re. *quia tenebantur de tota Iudæa ad ſolemnitatem venire.*

b Ante Paſcha, ut ſanctifi.ſeipſos.*orationibus & ſacrificijs, ad digne comedendam agnum paſcalem. & ſi hoc fiebat de agno figurali, multo magis ſe debet homo ſanctificare orationibus & bonis operibus ad digne recipiendum verum agnum immaculatum corpus Ieſu Chriſti.*

c Quære.er.Ie.*vt audirent eius doctrinã, de cuius miraculis audierant famam.*

d Et col. ad inui.*quia mirabantur, quod in tanta congregatione non venerat ad docendum ideo quærebant,* Quid pu. *Et ſubdit euangeliſta quaſi reſpondens quæſtioni eorum.*

aũt erat Paſcha Iudæorũ, & aſcẽderũt
a multi Ieroſolimã de regione ante Pa-
b ſcha, ut ſanctificarẽt ſeipſos. Quęre-
c bãt ergo Ieſum, & colloquebãtur ad
inuicem in templo ſt-tes. Quid † pu-
d tatis, quia nõ uenit ad diem feſtum?
e Dederant autem pontifices & Phatiſęi mãdatũ, ut ſi quis cognouerit ubi
ſit, indicet, ut apprehenderent eum.

a ¶Sicut præceperat Deus undique conuenite ad Paſcha, ut illius diei ſanctificarentur celebratione. ¶Male. ¶Obliti ſuæ ſanctificationis, in ipſo loco orationis tractant de nece agni.
¶Ad occidendum.

e De.au.*& patet litera. Propter hoc enim ab eis licite ab ingratis & obſtinatis receſſerat vſque ad tempus ſuæ paſſionis diſpoſitũ Circa prædicta in hoc ca. quæritur, utrum Caiphas erat uere propheta? Et arguitur primo, quod ſic, quia Balaam dicitur uere propheta, vt habetur li. Num. xxiiij. & tamen fuit malus homo. donum enim prophetiæ aliquando malis hominibus conceditur. ergo malicia Caiphæ non impediuit in eo veritatem prophetiæ, Item in litera dicitur hic, quod prophetauit quod Ieſus eſſet moriturus pro gente & ut filios Dei qui erant diſperſi, congregaret, & hoc uerbum euangeliſtæ videretur falſum, quod nullo modo eſt dicendum, niſi Caiphas fuiſſet vere propheta. Contrarium arguitur per hoc quod ipſe dixit falſum, dicens illis qui de morte Chriſti tractabant: Expedit vobis ut unus homo moriatur. Mors enim Chriſti non fuit expediens illis qui eam procurauerunt. falſitas autem non ſubeſt prophetiæ, ergo, &c. Reſponſio. dicendum, quod ad rationem veri prophetæ duo requiruntur. Primum eſt, quod habeat veram cognitionem de aliquo occulto reſpectu aliorum hominum cum quibus conuerſatur. propter hoc dicitur propheta quaſi procul fans vt ſupra dictum eſt: inquantum cognoſcit ea quæ longinqua ſunt a cognitione aliorum. propter quod ſi alicui fiat apparitio, indicans aliquid occultum, non dicitur propheta, ſi illud ſit ei cognitum. Sic Pharao vidit ſpicas deſignantes qualitatem futurorum annorum, & Nabuchodonoſor ſtatuam deſignantem mutabilitatem regnorum: neuter tamen fuit propheta, ſed Ioſeph & Daniel qui de occultis illis cognitionem habuerunt. propter quod dicitur Dan. x. a. Intelligentia opus eſt in viſione, quia non poteſt dici propheta ſine intelle-*
F *ctuali cognitione. ſola enim viſio imaginaria non facit prophetam, vt uiſum eſt. Secundo requiritur, quod illa cognitio fiat mediante ſpiritu bono. maligni enim ſpiritus aliquando reuelant hominibus ea quæ ſunt aliis occulta, non tamen ex hoc dicuntur veri prophetæ, ſed ſolum cum additione diminuente, ſicut in ſacra ſcriptura dicuntur frequenter aliqui prophetæ Baal, vel prophetæ excelſorum. talis enim non dicitur propheta abſolute, ſicut nec homo mortuus dicitur homo: propter additionem diminuentem. prophetia enim uera computatur inter ſpiritusſancti dona. Cum ergo quæritur de Caipha, dicendum quod non fuit vere propheta, quia nullam cognitionem habuit de ſecreto dominicę paſſionis, quod eſſet futura pro ſpirituali ſalute humani generis: ſed tantum intendebat dare conſilium de morte Chriſti propter timorem Romanorum. Veruntamen ſecundum quod hic dicunt Chriſo. & Aug. Spiritusſanctus in prolatione ſui conſilij ſic mouit linguam eius, quod ipſo ignorante verba quæ protulit ſignificabant Chriſti mortem eſſe futuram pro ſpirituali hominum ſalute, non tamen poteſt dici vere propheta, ex hoc quod verbum propheticum ignorans protulit, alio linguam eius ad hoc mouente, Sicut nec aſina Balaam poteſt dici animal rationale, ex hoc quod uerba rationabilia protulit, ut patet Nu. xxij. e. quia illa non proceſſerunt ex interiori conceptione ſeu propria cognitione, ſed magis ex diuina motione, ſecundum quod ibidem dicitur: Aperuit dominus os aſinæ, &c. Licet enim Caiphas de morte Chriſti cogitauerit, & alios per ſuum conſilium ad hoc inducere voluerit, quod fuit ex propria conceptione & diabolo hoc ſuggerente. quod tamen conſilium ſuum ſic protulit, quod per verba illa ſignificaretur paſſio Chriſti pro futura ſpirituali hominum ſalute, hoc nullo modo ab eo fuit, vt dictum eſt. quia quantum ad hoc ſolum verbum illud erat propheticum. ideo per hoc non poteſt dici propheta. Ad primum dicendum, quod non eſt ſimile de ipſo Balaam, quia quamuis fuit malus, habuit tamen ueram cognitionem occultorum, ut ibidem dicitur: Dixit uir cui obturatus eſt oculus, qui uiſiones omnipotentis uidet. Caiphas autem talem cognitionem non habuit, ut uiſum eſt: & ideo negatur ab eo prophetia: non propter ſuam maliciam ſed propter cognitionis defectum. Ad ſecundum dicendum ꝙ uerbum euangeliſtæ eſt uerum ſi bene intelligatur, non enim dixit, quod Caiphas eſſet propheta, ſed quod prophetizauit, i. uerbum propheticum protulit: non tamen a ſemetipſo ſicut euangeliſta dicit, ſed ſpiritusſancto linguam eius ſic mouente ipſo ignorante, propter quod non habuit uere rationem prophetæ. Argumentum etiam in contrarium eſt ſoluendum, quia ſicut dictum eſt, Caiphas illud uerbum protulit per motionem ſpiritusſancti, a quo nullum eſt falſum, & ideo Caiphas dicendo: Expedit nobis ut unus moriatur homo, &c. uerum dixit, ſi bene intelligatur quod mors Chriſti quantum eſt in ſe, fuit expediens omnibus, etiam illis qui de eius morte tractauerunt, quamuis aliqui eorum per ſuam maliciam eius utilitatem recuſauerunt, ſicut & alij peccatores in peccato mortali decedentes.* G

An Caiphas fuerit verè propheta

Ad prophetam verum duo requiruntur. Gen. 41. a

Dan. 2. e

In euãg. Io. hom. 64. ex c. 11. De Gen. ad lit. lib. 12. c. 22. in pri. tom. 3.

In ca. xj. ubi dicitur in poſtil. Infirmitas curabilis non dicitur proprie languor.

*ADDITIO I.*

*Languor non deſignat infirmitatis incurabilitatem, quinimmo debilitatem tantum ſignificat, quæ contingit quandoque ſine graui infirmitate. Vnde aliquando additur huic termino languor, dictio ſignificans magnitudinem eius. unde. ij. Par. xxiiij. g. Dimiſerunt eum in languoribus magnis. Si enim languor de ſe ſignificaret incurabilitatem infirmitatis, ſuperflue adderetur magnum, cum qualibet infirmitas incurabilis ſit magna. Nec facit ad propoſitum, utrum infirmitas Lazari eſſet curabilis uia naturæ, uel non, quia miraculum Lazari ex reſuſcitatione maxime inſolita ſingulariter prædicatur: non autem de curatione infirmitatis. Chriſtus enim innumerabiles infirmitates curauerat, ut patet in proceſſu euangeliorum: de quibus tamen non ſic ſolemnizatur. Curatio enim infirmitatum non eſt in tanto gradu miraculorum ſicut reſuſcitatio mortui præſertim quatriduani, ut ſanctus Tho. in prima parte. q. cv. arti. ul. in cor. quæſtio.*

† videtur vobis

In eo. ca. vbi dicitur in poſtil. Circa hoc notandum, quod pontifices erant de tribu Leui.

*ADDITIO II.*

*Licet tam ſacerdotes quam Leuitæ omnes erant Leuitæ ratione generis, cum tam Aaron, a quo ſacerdotes deſcendebant, quam alij eiuſdem tribus a Leui patriarcha deſcendiſſent, tamen ſoli Leuitæ qui non erant ſacerdotes, retinuerunt ſibi nomen generis: unde Nume. xviij. c. Filijs autem Leui dedi omnes decimas Iſraelis, &c. In quo cap. pluries uocat Leuitas prout diſtinguuntur a ſacerdotibus Aaronitis, vt ibidem patet, & ſic in multis alijs locis. vnde ſic loquendo de ſacerdotibus & Leuitis. ſ. prout ab inuicem diſtinguuntur, tenendum eſt quod Leuitæ non fuerunt participes in fabricatione ſeu adoratione uituli: quod fuit maximum peccatum inter cætera a populo Iſraelitico commiſſa, ut Exod. xxxij. g. Similiter nec participes fuerunt in occiſione Chriſti, licet in utroque ſcelere ſacerdotes de principalibus fuerunt ſpecialiter, ſecundum opinantes quod Aaron idololatraſſet in illo facto. Primum patet Exo. xxxij. ubi* H *cũ Moyſes uolẽs uindictam facere in populo idololatrante clamaſſet: Si quis eſt domini, adiungatur mihi. ſtatim ſubditur: Congregatique ſunt ad eum omnes filij Leui, & ſic patet quod Leuitæ in illo actu domino adhæſerunt: Quod etiam habetur in glo. Deu. xxxiij. ubi ſic: Quomodo fecerunt uitulum aureum Leuitæ accincti gladijs, iubente Moyſe a porta uſque ad portam idololatras interfecerunt. Sed conſtat, quod Aaron de principalibus fuit in illo crimine, prout ibidem patet, ſcilicet ſecundum prædictos opinantes. Addunt etiam Hebræi prout Ra. Moy. tradit in ſuo Deu. titulo de idololatria ca. i. quod licet populus Iſraeliticus pluries idololatraſſet, ut in multis & uarijs ſacræ ſcripturæ locis habetur, Leuitæ tamen nunquam idololatrarunt: & ſic patet primum. Secundum uero habetur expreſſe in glo. Deut. ubi ſupra, ubi ſuper illud uerbum quod legitur de Leui, Iudicaſti eum ad aquas contradictionis, ſic ait: Aquæ populi ſunt qui contradicentes clamauerunt, Crucifige crucifige eum. & Sanguis eius ſuper nos & ſuper fi. no. Ad cumulum. n. perfectionis Leui adiungit, Qui dixit patri ſuo, &c. Hæc in glo. Ex qua manifeſte habetur quod Leui ſeparatus fuit ab illis qui clamabant, Crucifige, &c. & per conſequens a crimine quod cæteri Iſraelitici commiſerunt in occiſione Chriſti, in quo principes ſacerdotum & huiuſmodi fuerunt manifeſte participes. Veritas huius glo. ex ſerie literæ euangeliſtæ poteſt haberi, in materia paſſionis Chriſti, in qua de omnibus ſtatibus Hebræorum expreſſa fit mentio. ſ. de pontificibus, ſacerdotibus & ſummis ſacerdotib. ſcribis & phariſæis, & huiuſmodi. De Leuitis tamen nullus euangeliſtarũ in hac materia legitur facere mentionem, ut patet diſcurrenti quatuor euangelia in materia paſſionis. Conſtat etiam, quod in alijs euangelicis hiſtorijs, vbi Leuitæ interueniunt, mentio fit de eis prout a ſacerdotibus diſtinguuntur, vt ſupra. i. b. Miſerunt Iudæi ſacerdotes & Leuitas, &c. & ſic in alijs. & ſic patet ſecundum. Ex quibus ſequitur, quod prophetia Iacob, Symeon & Leui fratres, &c. per poſtil. allegata, ſi ad paſſionem Chriſti applicetur, intelligenda eſt de Symeone, a quo phariſæi & huiuſmodi deſcenderunt, & de Leui in perſona ſacerdotum tantum ſeu pontificum ab Aaron deſcendentium, non autem Leuitis prout a ſacerdotib. diſtinguuntur. Prophetia uero Moyſi applicanda eſt tribui Leui, prout diſtinguitur a ſacerdotio, qui immunes fuerunt, vt iam dictum eſt tam a peccato vituli quam ab occiſione Chriſti, & ſecundum Hebræos etiam a quacunque idololatria. Si autem contra prædicta obijciatur de hoc quod dicitur in prophetia Moyſi Deut. ubi ſupra, Qui dixit patri ſuo & matri ſuæ, neſcio uos, & fratribus ſuis, ignoro illos, &c. Ex quibus uidetur, quod Leuitæ patres & matres ſimiliter & fratres & filios habebant idololatras ſeu procurantes occiſionem Chriſti, Dicẽdũ, ꝙ quia Leuitæ admiſcebantur cũ alijs tribubus in matrimonijs, ſicut & aliæ*

Matt. 27 Gen. 49. a



A *& aliæ tribus: inde potuit ſæpe contingere, ꝙ leuitæ haberent matres et patres matrum ex alijs tribus. ſimiliter & nepotes. ſ. filios ſororum, qui dicuntur fratres. unde de Abraham & Loth nepote ſuo dicebatur: Fratres. n. ſumus, vt Gen. xiij. b. Similiter & filios filiarum, quæ contraxerãt in alia tribu. & tales ſunt quaſi filij. unde de talibus uerificatur prophetia Moyſi prædicta. ſ. Qui dixit patri ſuo et matri ſuæ &c. Eo ꝙ proprij leuitæ. ſ. de genere leuitarum per maſculinam lineam deſcendentes, ſeparauerunt ſe a prædictis conſanguineis de tribubus alienis deſcendentibus in prædictis duobus caſibus, vt Deo adhærerent, prout glo. prædictæ teſtantur. quibus litera conſonat, ut dictum eſt.*

REPLICA.

In ca. xj. ubi dicitur: Lazarus lã. dicit poſtilla. ex hoc infirmitatẽ fuiſſe per naturam incurabilẽ, quia infirmitas curabilis proprie non dicitur languor. Bur. dicit ꝙ languor non dicit incurabilitatẽ: quia illi termino additur alius terminus ſignificans magnitudinẽ. ij. Par. xxiiii. ubi dr̃: Magnus languor. Ibi dico, ꝙ magnus refertur ad intenſionẽ doloris, quia multi morbi incurabiles ſunt parui doloris. ut Ptiſis, Hydropyſis, &c. Quidam aũt intẽſiui doloris ſunt, ſicut febres & hmõdi. Cũ igit̃ in ſcriptura languori additur magnitudo, lãguor ptinet ad incurabilitatem, magnitudo ad doloris intenſionẽ. C

REPLICA.

In eo. ca. vbi dicitur: Collegerunt pon. & pha. conci. dicit poſti. pontifices fuiſſe de tribu Leui: phariſæos aũt vt plurimũ de tribu Symeon, iuxta illam prophetiam Iacob dicentis: Simeon & Leui fratres vaſa iniquitatis bellantia, in conſilium eorũ non ueniet aĩa mea. Burg. Forraſſe de tribu Leui, per magnam digreſſionem vult ſaluare Leuitas, vt diſtinguũtur contra ſacerdotes, qui ab Aaron deſcenderunt, dicens eos nũquam idololatraſſe, nec in morte Chriſti conſenſiſſe. Quod ſi uerum eſt, ſicut non credimus, rõnabile fuiſſet Leuitas vt ſic diſtinctos etiam a vindicta mortis Chriſti præſeruare, vel ſaltem ad fidem Chriſti præ aliis conuerti. qd factum non eſt. de conuerſione. n. Iudæorum legimus de ſacerdotibus conuerſis. Multa turba ſacerdotum obediebat fidei de Leuitis nihil in ſpeciali præſumo. igitur contra Burg. quia fruſtra eos excuſat.

Gen. 49. a

Actu. 6 b

GLOS. ORDIN. CAP. XII.

Myſtice.

IEſus &c. An. ſe. Omnia myſtice. ſexta. quia ſex diebus omnia fecit: ſexta die hoĩem condidit, ſexta ætate redimere venit, ſexta feria paſſus eſt, ſexta hora mortuus eſt. Venit autẽ ad Bethaniã. i. ad domum obedientiæ, ipſe obediens patri vſq; ad mortẽ, docens eccleſiã obediẽtiã, quæ eſt in monte Olei. i. miſericordiæ. nec põt abſcondi, in qua ſuſcitat ſepultos a peccatis grauibus. Ibi fit cęna in fide & deuotione iuſtorũ. Martha miniſtrat. i. dũ quilibet fidelis opera deuotionis dño impendit. Lazarus. i. ſuſcitati de grauibus cũ his, qui mãſerũt in iuſtitia, læti epulantur de præſentia dñi. Maria quæ olim pœnitens vnxit pedes: nec ibi dicit̃ quo vnguẽto, modo caput & pedes precioſo. ibi rudimenta pœnitentiũ: hic iuſticiã deſignat perfectorum. vnde hic libra unguenti. i. perfectio iuſticię. Vnguentũ: quia bonus odor ſumus Deo: Caput ungit, qui alta de eo prædicat. Pedes,
B qui infirma ueneratur. Capillis tergit, qui ſuis ſuperfluis pauperes, qui in terra indigent reficit. Odore domus. i. bona fama mundus repletur:

Matt. 5. b

Iuc. 7. f ſigitur

2. Cor. 2. d

*b Venit in Be.* Ideo prius Bethaniã venit, vt reſuſcitatio Lazari altius memoriæ omnium traderetur, & inexcuſabiles Iudæi confunderentur, tractãtes de morte tanti ſuſcitatoris.

*c Maria er.* Precioſum vnguentum fit de Nardo maxime de ſpicis. hic autẽ dicitur piſtici a loco vnde erat. Et interpretatur fidelis, non alia admixtione corrupti.

*d Dixit ergo unus.* Iudas & ſi malus, tamen inter apoſtolos numeratur, vt doceamur malos tolerare, ne corpus Chriſti diuidamus, & malos bonis non obeſſe.

*Non*

CAP. XII.

¶Sciens eos conſpiraſſe, venit quaſi agnus ad victimam, vt verum Paſcha habeamus.

a IEſus ergo ante ſex
b dies Paſchæ venit in Bethaniam, vbi Lazarus fuerat mortuus, quem ſuſcitauit * Ieſus. Fece-
c runt † autem ei cœnam ibi: & Mar-
d thã miniſtrabat: Lazarus verò unus
e erat ex diſcũbentibus cum eo. † Mã-
f ria ergo accepit libram vnguenti nar-
g h di piſtici precioſi, & vnxit pedes Ie-
i k ſu: & exterſit capillis ſuis pedes eius
l & domus impleta eſt ex odore un-
m guenti. Dixit ergo vnus ex diſcipulis
n o eius Iudas * Scariothis, qui erat eum
p traditurus: Quare hoc unguen- q

a ¶Soror Lazari. b ¶Vt non phantaſma, ſed vera eius reſurrectio probetur: comedit, loquitur &c.
a ¶Altera ſoror Lazari.
a ¶Iſte moritur bono odore, de quo alij viuunt.
¶A loco.

* Simonis Iſcariotes

† a mortuis

tã. Exulta ſatis filia Sion, iubila filia Ieruſalẽ, ecce rex tuus venit, &c.

c Fecerunt au. ei cę. ibi. *Hões illius loci. Et fuit hæc cœna in domo Symonis leproſi, vt cõiter tenẽt doctores. fuerat tamen prius a Chriſto curatus: ſed nomen remanſerat ad memoriã miraculi. Origenes autem dicit, quòd illa cœna fuerat in domo Marthę, quod probat ex eo quod ſubditur:*

d Et Martha mi. *Sed põt dici, ꝙ iſte Simon erat vicinus Marthæ: & pp hoc ipſa miniſtrabat in domo eius, ſicut hões ſolẽt facere in domibus amicorũ ſuorũ. & maxime pp reuerẽtiã ipſius Chriſti comedentis ibidem.*

e Lazarus ue. vnus erat ex diſ. cum eo. *Inuitatus a Simone. hoc autem factũ eſt ad declarationẽ veri miraculi de eius ſuſcitatiõe.*

f Maria ergo. *Hic deſcribitur obſequium Chriſto impẽſum a Maria in ſpeciali. Et diuiditur in tres: quia primo ponitur Marię deuotio, ſecundo Iudæ indignatio, ibi: Dixit ergo vnus. tertio eius reprehenſio, ibi: Dixit ergo Ieſus. in prima igitur parte dicitur ſic:* Maria ergo. *ſcilicet ſoror Lazari.*

g Accepit li. *In quo notatur quantitas unguenti. non eſt ueriſimile, quod eſſet aliquid groſſæ materiæ, ſicut ungẽta cõiter dicta, qa indecens eſſet tale quid ponere ſuper caput hominis ſedentis in menſa. Maria autem nõ ſolum vnxit pedes domini, ſed etiam caput, vt Mat. exprimit. & Marcus, licet hic omittatur. Et ideo dicendum, ꝙ hic vocatur unguentum liquor precioſus de re aromatica expreſſus, ſicut aqua roſacea de roſis exprimitur. Aliter dicitur, quòd fuit lacrhyma fluens naturaliter de arbore aromatica.*

† Mat. 26. Marc. 14. Luc. 7. f
D
Cap. 26. a Cap. 14. a

h Nardi. *nomen eſt herbæ nigræ aromaticæ habentis ſpicas. propter hoc dicitur. Nardi ſpicati. & de illis ſpicis extrahebatur liquor prędictus per artificium, uel naturam ſecundum alios.*

Marc. 14.

i Piſtici *ſecundũ Aug. nomen eſt loci, vbi creſcit herba, vnde talis liquor exprimitur: ſed melius dicitur:* Piſtici. *i. fidelis. Piſtis. n. Græce. fides eſt Latine. hoc eſt dictum, quòd ille liquor erat purus & verus, non habens aliquid aliud admixtum, nec ſophiſticatum.*

In euãg. Io. c. 12. tract. 50. poſt prin. tom. 9.

k Precioſi. *quia valebat trecentos denarios, vt habetur Mar. xiiij. ca. i. trecentos nummos uſuales. erat. n. liquor ille refrigeratiuus & confortatiuus membrorum, & conſolidatiuus, & valde odoriferus.*

l Et un pe. Ieſu & ex. capillis ſuis ped. eius. *Ordine conuerſo factum fuit quã hic ſcribatur, qa primo lauit pedes & exterſit, & poſtea unxit.*

m Et domus impleta eſt ex odore unguenti. *Ex quo patet precioſitas unguenti & deuotio Mariæ expendentis rem tam precioſam in obſequium Domini. Vtrum autem iſta fuit mulier, de qua narrat Lucas, dictum fuit cap. præcedenti.*

n Dixit ergo. *Hic ponitur Iudæ murmuratio. cum dicitur:*

o Vnus ex di. e. Iudas Scari. *Hoc dicitur ad differentiã alterius Iudæ.*

p Qui erat eum traditur. *Licet. n. primo fuerit bonus, quando vocatus fuit ad apoſtolatum, ut ſupra dictum eſt, tamen poſtea lapſus eſt in peccatum. Quod autem dominus in ſua ſocietate tolerauit eum, dedit nobis exemplum tolerandi malos.*

q Quare hoc vn. non ue. trecen. dena. *i. venditũ? unde uerſus: De re quæ venijt, gratia nulla venit. Habet. n. ſenſum paſſiui ſub uoce actiua.*

¶ Et datum

NIC. DE LYRA. CAP. XII.

IEſus er. *Poſtquam Ioannes declarauit diuinitatẽ Chriſti per opera facta in eius vita, hic etiã declarat p ea q̃ in eius morte ſunt facta. Et diuiditur in duas: qa primo determinat de eius morte & paſſione. ſcđo de eius reſurrectione. xx. ca. Vna aũt ſab. Prima in duas: qa primo declarat mortis Chriſti occaſionẽ. ſcđo ipſam mortẽ. ſc. ca. Ante diẽ feſtũ. Circa primũ ſciẽdũ, ꝙ occaſio mortis Xp̃i fuit inuidia Iudæorũ ex fama & gloria Xp̃i. Iõ diuiditur in duas: quia primo deſcribitur eius fama ſiue glorificatio. ſcđo Iudæorum infidelitas & obſtinatio, ibi: Cũ aũt tãta ſigna. Prima in duas, qa primo ponitur eius glorificatio ab hoĩe. ſcđo a Deo patre ibi: Nũc aĩa mea turbata. Prima ĩ tres: qa primo ponitur glorificatio Xp̃i ab amicis familiaribus. ſecundo a turbis vulgaribus, ibi: Cognouit ergo turba. tertio a gẽtilibus. ibi: Erãt aũt gẽtiles. Prima adhuc in duas: qa primo ponitur obſequiũ Chriſti factum ab amicis in generali. ſcđo a Maria in ſpãli, ibi: Maria ergo. In prima parte dicitur ſic:* Ieſus er. an. ſex dies paſ. *Immediate. n. poſt ſuſcitationẽ Lazari Iudæi diffinierũt occidere Xp̃m, vt pdictũ eſt: & iõ receſſerat quouſque appropinquaret Paſcha, in quo immolabatur agnus paſchalis, vt ſic Chriſtus qui eſt agnus verus, immolaretur pro nobis immediate poſt immolationem agni paſchalis figuralis: vt veritas figuræ ſuccederet.*

Diuiſio

b Venit in Betha. *quæ eſt prope Ieruſalem ad duo miliaria,* ubi Lazarus fuit mor. quem ſuſ. Ie. *Illuc enim venit, vt ex memoria miraculi ibidem facti turba populi moueretur ad eum honorifice recipiendum in Ieruſalem ante ſuam paſſionẽ, ſicut fuerat prædictũ per Zachariã prophetam.*

MORALITER.

✠ *a Ieſus ergo an. ſex dies pa.* Alcuinus. Myſtice quòd ante ſex dies venit Bethaniam, ſignificat, ꝙ ille, qui ſex diebus omnia fecerat: ſexto die hominem creauerat, ipſe ſexta mundi ætate, ſexta feria, ſexta hora redimere mundum venerat. Myſtice

*f Maria er. ac. li. vn.* exponatur, ſicut ſupra Matt. xxvi & Marc. xiiij.

✠ *Cogitauerunt*

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

a *Non.* Quantum ad ſuam intenſionem ad eum non pertine
E bat de egenis, quia non curabat de ipſis: non quin cõmiſſum eſſet ei diſpenſare pauperibus.

b *Loculos ha.* Cui miniſtrant angeli, loculos habet in ſumptus pauperum condeſcendens infirmis.

c *Sinite il.* Nouit furẽ, ſed non prodit, docens tolerare malos. Tantum obſequiũ Mariæ cõmendat, oſtendens ꝙ eſſet moriturus, & ad ſepeliendũ aromatibus vngẽdus. Ideo Mariæ, cui nõ licuit mortuũ vngere, datũ eſt viuẽtẽ officio funeris donare. vnde ſm Mar. dicitur: quod habuit. i. potuit, hoc fecit: præuenit ungere corpus meũ in ſepulturã. Magna patientia non arguit Iudam auaritiæ, & non cauſa pauperũ dixiſſe, ſed ex ratione mõſtrat non eſſe culpãdos illos, qui ipſi inter hoĩes cõuerſanti de facultatibus miniſtrãt, q paruo tpe corporaliter eſt apud eos manſurus, cum ſemper ſint pauperes futuri, qbus elemoſyna poſſit impẽdi.

Matt. 14. a

d *Me aũt non ſem. ha.* corporali præſentia: Vel non habebitis, tu Iuda & qui ſunt hmõi. qa ſi mali iã cõicant ſacramẽtis, poſtea tñ nõ hñt dñm ut boni.

†De pe. d. 3. c. quãtulibet.

e *Et ve.* Curioſitas hos, non charitas adduxit. Nos ecõtra, ſi cognoſcimus Ieſum obedientis animæ domum in qua habitet inueniſſe, veniamus illuc cõtemplatione, nõ pp hoĩem tãtũm quẽ in anima ſuſcitatũ videmus, ſed vt bonam vitam imitemur, & per hoc ad viſionem Ieſu perueniamus.

†Conſultauerunt

f *Sed ut La.* Myſtice, Reſurgentes in ſecũdo aduẽtu rapiẽtur in aera cũ dño,

Myſtice 1. Theſ. 4. d †Poſtero die

g *Cogitauerunt.* Quia non poterant occultare vel negare miraculum ſtulte volunt occidere, quaſi non poſſit ſuſcitare occiſum, q ſuſcitauit defunctũ.

†Mat. 21. a Mar. 11. a Luc. 19. f Sup. 11. f

h *In cr.* Ecce oues ex Iſrael veniũt ad
F paſtorẽ. Rami ſunt laudes ſignificãtes victoriã ſuperaturi diabolũ & mortẽ.

In euãg. Io. c. 12. tract. 51. circ. pri. tom. 9.

i *Clamabant.* Aug. Oſanna vox obſecrantis magis indicans affectũ quã rẽ aliquã ſignificãs, ſicut interiectiones.

הושיעה נא Hoſiahna, i. ſalua obſecro.

Rex

tum non venijt trecentis denarijs,
a Ne cum cura pauperum putaremus dixiſſe, determinat euangeliſta cur dixerat.
& datum eſt egenis? Dixit autem
a hoc, non quia de egenis † pertinebat
a Domini loculorum cuſtos.
b ad eum: ſed quia fur erat, & † loculos habens,
a In loculos.
ea quæ mittebantur por-
a Non ſeruo, ſed tollebat furto. i. exportabat.
c tabat. Dixit ergo Ieſus: † Sinite illam,
Vt ſi non re impleat, tamen deuotione poſt meam mortem.
in diem ſepulturæ meæ † ſeruet illud.
Pauperes enim ſemper habebitis vo-
d biſcum, me autem non ſemper habebitis. † Cognouit ergo turba mul-
e ta ex Iudæis, quia illic eſt: & venerunt
f non propter Ieſum tantùm, ſed ut
Lazarum viderent, quem ſuſcitauit
Qui propter Lazarum ueniebant.
g a mortuis. † Cogitauerũt autem principes ſacerdotum, vt & Lazarum interficerent, quia multi propter illum abibant ex Iudæis, & credebant in
In die dominica.
h Ieſum. † In craſtinum autem turba multa, quæ venerat ad diem feſtum, cùm audiſſent, quia venit Ieſus
a Per ramos mortificatio carnis: uel exempla præcedentium patrum.
Ieroſolymam, acceperunt ramos palmarum, & proceſſerunt obuiam ei,
a Hiero. Quaſi oſanna. i. ſalua obſecro.
i & clamabant: † Oſannâ, benedi-

*nis meæ: quia quando uenit ad monumentum ad ungendum corpus dominicum, Chriſtus iam reſurrexerat, ut patet infra. xx. a. Matthæus autem expreſſius hoc dicit. Præuenit vngere corpus meum in ſepulturam: & idem exprimitur hic obſcurius, cum dicitur:* G

h Sin. te ill. *q. d. dimittenda eſt nunc facere quod tunc faceret ſi poſſet, & illud unguentũ tunc ſeruabit in loco iſtius nunc in me expenſi. Et quia Iudas ita murmurãdo & alios ad hoc incitando cauſam pietatis prætenderat, ideo hanc excludit, di.*

i Pauperes. n. *q. d. poteſt recuperare ad benefaciendum pauperibus, ſed non poterit recuperare ad inungendum me corporaliter propter quod ſequitur:*

k Me autem non ſemper habe *ſ. præſentia corporali ad habitandum in carne paſſibili, quæ indiget tali vnctione. Per hoc patet, ꝙ aliquod opus minus neceſſariũ poteſt præponi magis neceſſario, quando imminet caſus, quòd illud minus neceſſarium non poteſt alias recuperari.*

l Cognouit ergo tur. *Hic conſequenter oſtẽditur, qualiter Chriſtus fuit honoratus a turbis, & hoc dupliciter. Primo eum viſitando ſecundo honorifice ei obuiando, ibi: In craſtinum. In prima parte dicitur ſic,* Cognouit ergo turba multa ex Iudæis quia illic eſſet. *Bethania enim erat prope Ieruſalem ad unam leucam, & ideo de facili poterant hoc cognoſcere.*

m Et uenerunt non propter Ieſum tantum. *In hoc innuitur duplex cauſa. Vna propter ipſum Ieſum reuerenter uiſitandum. Alia, quæ ſubditur.*

n Sed ut Lazarum uide. *Facta. n. mirabilia, libẽter uidentur: Mirabiliſſimum autem erat uidere quatriduanum mortuum ſuſcitatum, comedentem & bibentem & alia opera facientem, Sperabant etiam audire ipſum referentem ſtatum alterius uitæ, quem omnes ſcire deſiderant. Et quia in hoc gloria Chriſti manifeſtatur, de quo dolebant principes populi, ideo ſubditur:*

o Cogitauerunt autem principes ſacerdotum. *Ex quo patet eorum malignitas: quia volebant interficere illum, quem Deus viuificauerat, ad occultandum miraculum. Si autem quæratur quare magis Lazarum perſequebantur quàm cecum illuminatum, de quo dictum eſt ix. b. & languidum ſanatum, de quo dictum fuit. v. b. Dicendum, ꝙ hoc erat, quia Lazarus erat homo nobilis & famoſus, & ideo miraculum in ipſo factum erat magis publicum & famoſum.* H

## NICOLAVS DE LYRA.

a Et da. eſt ege. *Hoc dixit ſimulans pietatem, ad operiendum ſuam cupiditatem, propter quod ſubdit euangeliſta:*

b Dixit au. hoc non quia de e. *i. de illis nõ curabat: licet. n. ea portaret quæ dabantur Chriſto ad dandum pauperibus, non tamen faciebat, ſed retinebat ſibi. ideo ſubditur:*

c Quia fur erat, & loculos ha. *in quibus abſcondebat ea quæ debebãt in alios vſus expendi. unde ſubditur:*

d Ea quæ mit. *i. Chriſto dabantur ad ſubueniendum neceſſitatibus Chriſti & diſcipulorum eius, & ad dandum pauperibus.*

e Portabat. *i. officium portandi & ſeruandi habebat ad iſtos vſus: licet hoc infideliter ageret. Ex hoc patet, ꝙ Chriſtus & diſcipuli eius de elemoſynis viuebant. Sciendum etiam, ꝙ iſta portatio pecuniæ in uia non pertinet ad perfectionẽ, ſed Chriſtus hoc faciẽdo ſuſcepit perſonã infirmorũ, eis cõdeſcendens. ſicut fecit ſe abſcõdendo à Iudæis: ut ſupra dictũ eſt. Et hoc habetur extra de verbo. ſig. Exijt qui ſeminat. Et propter hoc male arguunt illi, qui ex hoc loco dicunt ꝙ habere aliqua mobilia in cõi ad perfectionẽ pertineat. Poteſt aũt hic quæri, quare Chriſtus permiſit Iudã portare pecuniã prædictam, cum ſciret eum latronem? Dicẽdum ꝙ a principio quando fuit ſibi traditum portandi officium, latro non erat. & quãuis Chriſtus ſciret eum futurum latronem, tamen tradidit ſibi iſtud officium, quia minor erat inter apoſtolos alios: propter quod vltimus inter eos nominatur, vt patet Matt. x. a. & Mar. iij. c. talibus autem temporalia ſunt tradenda: maiores autem debẽt circa doctrinam & ſpiritualia occupari. Propter quod in primitiua eccleſia apoſtoli ſeptem diacones ordinauerunt ſub eis ad temporalia adminiſtrãda, vt ipſi apoſtoli liberius poſſent intendere orationi & prædicationi, ut habetur Act. vi. b.*

Cap. 8. & c. 10. f

f Dixit er. *Hic ponitur Iudæ reprehẽſio, cũ dicitur: Sinite illã. q. d. nõ habetis cauſam ſufficiẽtẽ murmurãdi, qa egit opus bonũ. vnde patet ꝙ Iudas nõ ſolũ murmurauit, ſed ẽt alij diſcipuli, ut habetur Mat. xxvi. a. & Mar. xiiij. a. ueritamen, quia fuerũt incitati per Iudam, & iterum moti pietate, Iudas autem cupiditate: ideo Ioannes ſolum Iudam nominauit.*

g In diem ſe. *Non loquitur de hoc quod iam erat effuſum. ſed de alio ſimili. q. d. illud, quod pro ſepultura mea præparabit, illud reſeruabit: quia non poterit illud in me expendere præuenta acceleratione reſurrectionis*

p In craſtinum. *Hic deſcribitur honor exhibitus Chriſto in turbæ obuiatione. Et diuiditur in duas, quia primo deſcribitur ipſa obuiatio. Secundo ſubditur huius obuiationis ratio, ibi: Teſtimonium ergo. In prima parte dicitur ſic:* In craſtinum autem turba multa, quæ uenerat ad diem feſtum. *quia omnes tenebantur uenire in Ieruſalem in ſolemnitate Paſchæ.*

Diuiſio

q Cum audiſſent, quia Ieſus uenit Ieroſolymam. *Iſtud fuit quinto die ante Paſcha. illa die accipiebatur agnus, & ſeruabatur uſq; ad ueſperam quartadecimæ diei, & tunc immolabatur, vt habetur Exo. xij. c. ideo Chriſtus illa die uenit in Ieruſalem, vbi erat immolandus tanquam uerus agnus pro nobis, ut ſic veritas reſponderet figuræ.*

r Acceperunt ramos palmarum. *quod diuina diſpoſitione factum eſt, ad deſignandum victoriam, quam Chriſtus de hoſte in proximo erat habiturus. Vnde antiquitus dabatur ramus palmæ uictori in certaminibus.*

ſ Et proceſſerunt obuiam ei. *reuerenter.*

t Et clamabant: Oſanna. *ideſt ſalua obſecro, quia petebant ab eo ſalutem.*

u Benedictus qui uenit. *In hoc laudant & confitentur eius aduẽtum. Dicere. n. hominis non eſt ſuum facere, ſed tantum fateri. & ideo quando Deum benedicimus, non eum bonum facimus, ſed tantummodo eius bonitatem fatemur & laudamus. Dicere autem Dei eſt ſuum facere, ſecundum quod dicitur. Dixit & facta ſunt. & ideo quando Deus homini benedicit, ei beneficium impendit.* Pſal. 32.

In nomi-

## MORALITER.

*o Cogitauerunt autem principes ſacerdotum, vt Lazarum interficerent: quia multi propter illum abibant ex Iudæis, & credebãt in Ieſum.* Aug. O cœca ſæuicia, quaſi dominus ſuſcitare potuerit mortuũ & non poſſit occiſum. ecce utrumque dominus fecit, nam Lazarum mortuum & ſeipſum occiſum ſuſcitauit.

*p In cra. autem turba multa.* exponatur ſicut ſupra Mat. xxj. & Mat. xi. a. Erant gentiles quidam, &c. Sequitur:

Domi



a *Rex Iſrael.* Rex non terreno more, quod parum eſt: ſed quia
A regit, & ad mentes & ad regna cęlorum ducit, & eſt miſerationis non indignationis.

b *Noliti.* In reprobo populo erat filia Sion. i. Ieruſalẽ. ſ. oues q̃ deuote occurrũt veniẽti, qbus diuinitus dicit̃: Agnoſcite quẽ laudatis, & ne timeatis cum patitur q eſt veſtra redẽptio. Pullus, in quo nemo ſederat, populus eſt gentium, qui legem Dei non acceperat.

c *Ecce to.* Per paſſionẽ & reſurrectionem totum mundum redemit & ſequutus eſt eũ. Et quid mirũ ſit mũdus poſt eũ vadit p quẽ factus eſt mũdus?

d *Hi ergo ac.* Oſtendit gentes per prædicationem apoſtolorum conuerſas.

e *Ieſus au.* De Iudæis erant: qui clamabãt: Benedi. qui venit in noĩe dñi: mõ gẽtiles q̃rũt videre. ecce duo parietes cõcurrẽtes. Dicit itaq; angularis lapis:

f *Venit hora ut cla.* Hæc non eſt clarificatio de iſtis volentibus videre ſed occaſione horum annunciat uenturam plenitudinẽ gentium eo in cęlis glorificato. Sed hanc altitudinẽ glorificationẽ p̃cedit humilitas paſſionis. uñ.

g *Amen amen di. vo. &c.* ubi ſe dicit granum mortificãdum & multiplicãdũ, ad quam paſſionem iam exhortatus ſubdit: Qui amat ani. ſuam &c.

Vbi ſupra.

h *Niſi gr. fr.* Aug. Ipſe eſt frumẽtũ quo uiuere dẽt fidelis aĩa. Granũ, de quo ſpiritualis ſeges dẽt ſurgere. Cũ ſint multa grana ſeminũ, nulli ſe cõparat niſi frumẽto. vnde mos cępit eccleſiæ de hoc ſolo grano cõfici corpus dñi:

Qui amat

a Patris, etiam poſſent dicere in ſuo, quia ipſe Dominus.
a ctus qui venit in nomine domini rex
a Breuiter dicit, quod alij latius, quomodo factum ſit narrant. b Populum Iudæorum.
Iſrael. Et inuenit Ieſus aſellum, & ſe-
a Per confeſſionem fidei. b In Zacharia.
dit ſuper eum, ſicut ſcriptum eſt:
a Huic facto adhibetur propheticum teſtimonium.
b † Noli timere filia Sion. Ecce rex
tuus venit tibi ſedens ſuper pullum
a Fieri ſecundum prophetiam, quod in pullo ſederit.
aſinæ. Hæc non cognouerunt diſcipuli eius primum: ſed quando glori-
a Reſurrectione. b Recoſentes quæ uiderant.
ficatus eſt Ieſus, tunc recordati ſunt
a Non alia quam quæ ſcripta erant de eo.
quia hæc erant ſcripta de eo, & hæc fe
a Simplices mirabile factum eſſerebant, ſed Phariſæi turbide loquuntur.
cerunt ei. Teſtimonium ergo perhibebat turba, quæ erat cum eo, quando Lazarũ vocauit de monumẽto & ſuſcitauit eum à mortuis. Propterea & obuiam uenit ei turba, quia audie
Iudæi turbati.
runt eum feciſſe hoc ſignũ. Phariſæi ergo dixerunt ad ſemetipſos: Vide-
a Prophetant neſcientes.
tis, quia nihil proficimus. Eccẽ totus mundus poſt eum abijt. Erant au-
Proſelyti.
tem quidam † gentiles ex his, qui aſcẽderant, vt adorarent in die feſto. Hi ergo acceſſerunt ad Philippum, qui erat à Bethſaida Galilææ: & rogabant eum, dicentes: Domine, volumus Ieſum videre. Venit Philippus & dicit Andreæ. Andreas rurſum & Philippus dixerunt Ieſu. Ieſus autẽ reſpondit ei dicens: Venit hora, vt cla-
Sed prius ſum moriturus.
rificetur † filius hominis. † Amen amen dico vobis: Niſi granũ frumẽti

autem quidam gentiles &cæ. *nam aliqui de gentilitate conuertebantur ad ritum Iudæorum: qui dicebantur proſelyti. & iſti tenebantur eſſe in ſolennitate paſchali: ſicut & alij. Dicuntur enim hic gentiles: quia remanebat eis nomen priſtinum. Alio modo exponitur hoc & melius de gentilibus ſecundum veritatem: quia templum pro ſui ſanctitate habebatur in reuerentia a gentilibus, qui erant in circuitu Iudæorum, ut habetur ij. Machab. iij. a. & ideo multi de eis aſcendebant adorare in Ieruſalem, & maxime in ſolennitate paſchali: non tamen admittebantur ad eſum agni paſchalis: niſi prius dimiſſo ritu gentilitatis eſſent circuncisi, ut habetur Exod. xij. Iſti igitur qui audierant Chriſti miracula, ideo uolebant eum videre & eius doctrinam audire. ideo ſubditur:* C

†Zach. 9. c

n Hi ergo acceſſerũt ad Philippum &c. *quia videbant eum manſuetum & pium, & ideo prius ei expoſuerunt ſuum deſiderium.*

p Venit Philippus & dicit Andreæ. *quia Andreas principalior erat ipſo, cum eſſet primus Chriſti diſcipulus, & per eum Philippus etiam fuerat conuerſus, ut dictum eſt ſupra capi. 1. & ideo volebat circa hoc agere de eius conſilio & maxime quia forte memor erat uerbi Chriſti dicentis apoſtolis Matthæ. x. a. In uiam gentium ne abieritis, propter quod ipſi Chriſto nolebat hoc nunciare proprio capite.*

q Andreas rurſum & Philippus dixerunt Ieſu. *Hoc diuina diſpoſitione factum eſt, ad prænoſticandum, quòd gentiles erant in proximo adducendi ad fidem Chriſti per prædicationem apoſtolorum.*

r Ieſus autem reſpondit. *Hic ponitur Chriſti reſponſio: in qua primo denunciat ſuam paſſionem. ſecundo exhortatur ad eius imitationem, ibi: Qui amat animam ſuam. Circa primum ſciendum quòd Chriſtus reſpondendo denunciationi ſibi factæ de gentilium deuotione, prænunciauit ſuam paſſionem: quia immediate poſt illam gentiles erant recipiendi ad fidem, & hoc eſt quod dicitur,* Matt. 17. c †Græci D

ſ Venit hora, ut clarificetur filius hominis. *In paſſione ſua fuit clarificatus per ſigna oſtenſa in ſolis offuſcatione, in terremotu & ſepulchrorum apertione, & veli templi ſciſſione. Fuit etiam clarificatus in ſua reſurrectione & aſcenſione: ſecundum quod dicitur Philipp. ij. a. Humiliauit ſemetipſum & cæt. Sequitur: Propter quod & Deus exaltauit illum & dedit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen. Fuit etiam clarificatus in gentilium conuerſione: qui eius deitatem ubique confitentur. propter quod ibidem ſubditur: Et omnis lingua confiteatur & cæte. Et quia Chriſtus præuidebat iſta futura in proximo: ideo audiens deuotionem gentilium, qui iam erant diſpoſiti ad credendum dicit:* Venit hora &cæ. *ſicut aliquis uidens meſſes diſpoſitas ad collectionem, dicit: Venit hora ut mittantur falces veruntamen per congruum exemplum oſtendit, quòd mors eius debebat præuenire gentilium conuerſionem di.*

†De deci. cũ non ſit in homine in prin.

Moraliter

t Niſi granum. *quia non facit ſructus multiplicationem, niſi per ſuam præcedentem corruptionem. ſic mortuo Chriſto quo ad ſuam humanitatem, multiplicata eſt fides in gentilibus. unde ſimile eſt ac ſi Chriſtus expreſſe dixiſſet: Iſti gentiles, qui modo nolunt uenire ad me, poſt mortem meam veniant ad me per fidem.*

Qui amat

## NIC. DE LYRA.

a In no. do. *i. ſicut dominus. Nõ ſic aũt uenit Moyſes: ſed tantũmodo ut ſeruus: ut habetur Heb. iij. a. Vel aliter:* In no. do. *i. à Deo patre miſſus ad explẽdũ eius volũtatẽ.*

B b Rex Iſ. *In hoc confitentur eius potẽtiam tamẽ diminute: quia credebant ipſum regnaturum tpaliter & liberaturũ eos a tributo: ipſe autem venit ad regnandũ ſpiritualiter, & ad liberandũ totũ genus humanũ a diabolo: qd erat maius. pp hoc in pſalm. cxvij. d. vbi iſta laus prædicta fuit, dicitur: Benedictus qui venit in nomine domini: Deus dominus & illuxit no. in quo exprimitur eius diuinitas & regnum ſpirituale.*

c Et in. Ie. aſ. & ſe. ſu. eum. *Modũ autem et qualiter & per quẽ Chriſtus hunc aſellũ habuit. ſ. per miſſionem diſcipulorũ, euãgeliſta trãſit: quia ſufficienter fuerat expreſſum ab alijs, ſcilicet. Matth. xxi. a. & Mar. xi. a.*

†glorificetur.

d Sicut ſcriptum eſt. *Zacha. ix. c.*

e Noli timere filia Sion &c. *hoc fuit expoſitum Matth. xxi.*

f Hæc &c. primũ. *i. pro tunc: quia adhuc erant ſimplices & illiterati.*

g Sed quando glorificatus eſt Ieſus. *i. poſt reſurrectionem ſuam, quãdo fuit glorioſus ſimul in anima & corpore. tunc enim aperuit illis ſenſum, ut intelligerent ſcripturas: vt habetur Luc. vlt. g.*

h Teſtimo. *Hic ponitur dictæ obuiationis ratio: quæ fuit promulgatio ſuſcitationis Lazari ipſis turbis per illos qui præſentes fuerant in ſuſcitatione. & hoc eſt quod dicitur:* Teſtimonium ergo perhibebat &c.

i Phariſæi ergo &c. *Hic conſequenter ponitur Phariſæorum zelus ſiue æmulatio: cum dicitur:* Phariſæi ergo dixerunt ad ſemetipſ. *i. inter ſe.*

k Videtis quia ni. profi. *Hoc exponitur dupliciter. Vno modo de bono zelo, quia aliqui de phariſæis in eum crediderant, ut patuit ſupra de Nicodemo. iij. cap. & iſti volebant alios retrahere à Chriſti perſequutione. q. dicerent, quantumcumq; laborauerimus ad eum impediendum, nihil tamen proficimus, & ideo uidetur ꝙ ſit factum diuinum. Cui ſimile fuit dictum Gamalielis retrahentis Iudæos a perſequutione apoſtolorum, ut habetur Act. v. g. Diſcedite ab hominibus iſtis & ſinite illos, quoniam ſi ex hominibus eſt conſilium hoc aut opus diſſoluetur, Si autem ex Deo, nõ poteritis diſſoluere: ne forte & Deo repugnare videamini. Alio modo exponitur de malo zelo quantum ad illos, qui non crediderant Chriſto. Et ideo inuidia moti talia dicebant:*

l Ecce totus mundus &cæ. *Sermo eſt hyperbolicus, ad exprimendum quòd multi ſequebantur Chriſtum.*

m Erant autem, *Hic oſtenditur glorificatio Chriſti a gentilibus. Et diuiditur in duas: quia primo exprimitur eorum deuotio. ſecundo Chriſti reſponſio, ibi, Ieſus autem reſpondit, In prima ergo parte dicitur:* Erant autem

Diuiſio

## MORALITER.

*o Domine volumus Ieſum videre.* Auguſtinus. Ecce nolunt eum Iudæi occidere, & gentiles uidere. ſed & illi ex Iudæis erant qui clamabant: Benedictus qui venit in nomine domini. ecce iſti de circumciſione: & illi ex præputio velut duo parietes de diuerſo venientes & in unam fidem Chriſti pacis oſculo concurrentes. ideo ſequitur: Vbi ſupra

*ſ Venit hora ut clarificetur filius hominis.* Clarificatus enim in eccleſia ex Iudæis & gentibus collecta. Quod ſequitur morale eſt uſque ibi:

Et ego

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

a *Qui amat.* Augu. Qui amat in hac vita perdit in futuro, quod E magis congruit. vnde ſubdit.

*Vbi ſupra* b *Qui odit ani.ſuam &c.* non amat ſed odit aĩam in hoc mũdo, qui diligendo Deum, potius quàm in eũ peccet, eligit occidi.

c *Si quis mi.* Precium operis, quo illi miniſtratur, eſt eſſe cum illo, ſine quo nuſquam bene eſt eſſe, & cum quo nuſquam male eſt eſſe. vnde & apertius ſubdit: *Si quis mihi miniſt.*

d *Nunc ani.* prædicta paſſione & ad eã ſuppoſita exhortatione quaſi data uoce fortitudinis ſuę, ſubdit affectum infirmitatis noſtrę quã uere ſuſcepit, ſed ex voluntate pro nobis, ne de hac infirmitate deſperemus: In qua etiã docet quid dicere debeamus & quo cõfugere, Q. Conturbatur anima mea: quid dicam? quo confugiã? quẽ inuocẽ? in quem ſperẽ? in patrẽ, qui ſaluat, cui voluntatem meam propono: quia propterea vt hæc patiar, veni in hanc horam. vnde et clarificatio mihi ſic fit & in membris meis.

e *Pater cl.* Saluationẽ quæro, ſed paſſionẽ nõ recuſo: pp quã paſſionẽ clarifica me, qđ eſt gloria tui nominis.

f *Non propter me. vox.* oſtendit hãc vocem non ſibi indicaſſe quod ſciebat, ſed eis, quibus indicari oportebat.

g *Nũc iu.* diſcretionis ſ. quod eſt ante ultimũ dãnationis: quia nunc per paſſionẽ iure diaboli deſtructo multi liberabuntur. vnde exponendo ſubiungit: Patior, turbor: & per hæc &c.

h *Eijcietur.* A redẽptis expelletur, prædicãtibus apl's plene expelleť q olim a paucis & ſi extra tẽteť, nõ lędit ĩtus.

i *Et ego ſi ex.fu.* Eiecto diabolo cũ exaltatus fuero (nõ.n.dubitat) traham omnia. Nõ dicit omnes, vt de vniuerſitate hoim acciperes, ſed oĩa de integritate creaturæ

cadens in terram mortuum fuerit, ipſum ſolum manet. Si autem mor-
a ¶In infidelitate Iudæorum. b ¶In fide populorum.
tuum fuerit, multũ fructum affert.
a ¶Vero amore. b ¶Morietur cum Chriſto.
a Qui amat animã ſuam, perdet eam. a b
a ¶Temporalem vitam.
b Et qui odit animã ſuam in hoc mundo, in vitam æternam † cuſtodit eam.
a ¶Et ideo. ¶Id eſt quærit non quæ ſua ſunt, ſed quæ Ieſu Chriſti: quæcumq; bona, ſiue in temporalibus ſiue in ſpiritualibus propter Deum faciens.
c Si quis mihi miniſtrat, me ſequatur. c
Et ubi ſum ego, illic & miniſter meus erit. Si qs mihi miniſtrauerit, ho- d e f
a ¶Vt ibidem ſit adoptatus, vbi eſt unicus. b ¶Tunc honorificabitur anima mea.
a nõrificabit eum pater meus. † Nunc g
a ¶Quod eſt ex uoluntate. b ¶Q. ſcis quid agam.
anima mea turbata eſt. Et quid di- h
¶Paſſionis.
a cam? Pater ſaluifica me ex hac hora. i
Sed propterea veni in hanc horam. k
¶Suſcitando.
Pater clarifica nomẽ tuum. Venit er- l m
a ¶Antequam mundus eſſet. uel in omnibus mirabilibus quæ hucuſque egit in homine, ut in reſurrectione Lazari.
go vox de cœlo dicens: † Clarificaui, n
¶In reſurrectione & aſcenſione.
& iterum clarificabo. Turba autem o p
quæ ſtabat & audierat, dicebat tonitruũ factum eſſe. Alij autẽ dicebant: q r
Angelus ei loquutus eſt. Reſpondit ſ
f Ieſus, & dixit: Non propter me uox t
g hæc venit, ſed propter vos. Nunc u x
¶Diſcretionis. a ¶Nunc patior turbor, & per hæc.
iudicium eſt mundi. Nunc prin- y
a ¶Diabolus qui dominatur in malis mundo deditis.
h ceps huius mundi eijcietur foras,
¶Affirmatiue. ¶In cruce.
i † Et ego ſi exaltatus fuero a terra, z

affectus ſenſitiuus commouebatur timore ex horrore naturali. & hoc eſt quod dicitur hic turbatio animæ. tamen iſta turbatio non erat contra rationem, ſed magis conueniens rationi: & per rationem excitata, ad oſtẽdendum veritatem humanæ naturæ, ut dictum eſt. & ad merendum noſtram redẽptionem, ſicut et aliæ afflictiones Chriſti. Et quia dixerat alios imitari mortem ſuam, ne forte aliquis ei diceret. ſecure potes mortem ſubire, quia nihil mali ſentis, ideo contrarium voluit oſtendere per talem turbationem & per conſequens non eſt recedendum ab eius imitatione propter naturalem horrorem. G

h Et quid di. *q.d. ſecundum appetitum ſenſitiuum faciam hanc petitionem.*

i Pater ſal. me. ex hac ho. *liberando me a paſſione imminẽte. Verũ tamen qa ſcđm appetitũ rõnalẽ q dominabatur in eo: volebat pati pp patris obediẽtiã, & pp humani generis ſalutem, ideo aliter loquitur dicens.*

k Sed p. ea ve. *q.d. Ad hoc veni in mũdũ, ut patiar propter prædicta: ideo orãdo dicit.*

l Pater cl. no. tuũ. *i. fac illud in quo relucet gloria tui noĩs. ſ. paſſionẽ filij, in qua ipſe pater eſt clarificatus, & per conſequens filius, q eſt idem cum patre in ſubſtantia. quia per paſſionem filij diuulgatam per apoſtolorum prædicationem, noticia patris & filij & ſpiritusſancti diffuſa eſt per totum orbem.* † Matt. 14 Matt. 15 † De ciu. di. 5. cã fine.

m Venit er. *Hic ponitur gloriæ petitæ promiſſio & diuiditur in tres, qa primo ponitur vox patris gloriã promittentis. ſecundo opinio turbæ de illa voce varie ſentientis, ibi: Turba ergo. tertio expoſitio prolatæ vocis, ibi: Reſpondit Ie. Circa primũ ſciendũ, q illa vox fuit formata à tota trinitate, cum eius opera ſint indiuiſa. veruntamen dicitur vox patris, quia fuit formata ad repreſentandũ perſonam eius & hoc eſt quod dicitur:* Venit er. uox de. *a Deo patre modo prædicto.*

n Clari. *qa Chriſtus nõ clarificauit ſemetipſum, ut pontifex fieret. ut dicitur Hebr. v. b. ſed pater glorificauit eum primo in miraculis in vita Chriſti factis.*

o Et ite. cla. *quia poſtea clarificauit eum in morte per ſigna diuinitatis oſtenſa reſuſcitando eum & exaltando eum ad cælum.* H

p Tur. er. *Hic ponitur opinio diuerſa de illa voce. in illa.n. turba aliqui erãt magis rudes, qui tantum ſonum vocis perceperant, nõ ſignificationem: et quantum ad illos dicitur.* Turba er. quæ ſta. & au. di. toni. fa. eſſe. *id eſt aliquid per modum ſoni confuſi.*

q Alii autem. *magis perſpicaces intellexerunt articulationem uocis & iſti.*

r Diceban', ange. ei. lo. eſt. *Credebant enim eum eſſe purum hominem: & ideo dicebant angelum ei loqui. ſicut aliquando in ſcriptura dicitur, quòd angeli prophetis loquebantur.* Sup. 1. d

ſ Reſpondit Ie. *Hic ponitur expoſitio auditæ uocis. et diuiditur in tres: quia primo ponitur Chriſti expoſitio, ſecundo Iudæorum cõtradictio, ibi: Nos au. tertio Chriſti reſponſio, ibi: Adhuc modi. In prima parte oſtendit Chriſtus, q non erat tonitruum nec ſonus confuſus, ſicut aliqui credebant: ſed uox diuina propter inſtructionem populi circunſtantis, ut cognoſcerent ipſum Ieſum eſſe uerum Chriſtum, cui de cælo dabatur teſtimonium. & hoc eſt quod dicitur.*

t Nõ p. me hæc. *quia uox ſit propter inſtructionem alicuius. Chriſtus autem inſtructione non indigebat ſecundum quòd Deus ſimiliter nec inquantum homo, quia ab inſtanti conceptionis omnia perfecte cognouit q̃ cognoſcit Deus ſcientia uiſionis. ideo uox illa non eſt facta pp eius inſtructionem, quia ſciebat ſe per paſſionem glorificandum a patre.*

u Sed propter uos. *id eſt propter inſtructionem ueſtram.*

x Nũc iu. eſt mũ. *i. iudiciũ diſcretionis, qa tpe paſſionis Xpi diſcreti ſũt fideles credẽtes ab obſtinatis p infidelitatẽ. in futuro aũt erit iudiciũ cõdemnationis infidelium & præmiationis credentium. Vel aliter:* Nunc iud. eſt mun. *i. pro mundo, inquantum ex diuina ſententia mundus a poteſtate diaboli ereptus eſt in paſſione Chriſti. ideo ſubditur:* Iudiciũ dr plex

y Nũc p. h. m. *Diabolus.n. hic dicitur mũdi princeps, nõ q ſit dñs ſubſtãtiæ mũdi, ſed hoĩum mũdi aliter viuẽtiũ, inquãtũ ſe ſubijciũt ei p peccatũ. dicitur ãt eiectus diabolus p paſſionẽ Xpi, p quã aperta eſt ianua gloriæ. & ſic diabolus nõ põt impedire ſctõs a cõſequutione gloriæ, ſicut faciebat ante: tamẽ pmittitur tẽtare hoĩes ad exercitiũ et meritũ electorũ.*

z Et ego ſi ex. &c. *ſ. in cruce, ubi exaltatus eſt, moriẽs in aere debellãdo* ¶ aereas

F

## NIC. DE LYRA.

¶ a Qui amat. *Hic hortatur Chriſtus ad ſuę mortis imitationem. Ad cuius intellectũ ſciẽdum q amare aliquem eſt ei velle bonũ. Et ſi bonum volitum ſit vere & ſimpliciter bonũ, eſt verus amor, et aliter non. Sunt autem quædam hominis bona, quæ ſunt bona ſimpliciter & uera, quæ ſunt bona ſpiritualia. q̃dam autem ſunt bona ſecundum quid, ſicut temporalia bona, corporalia & mundi delectabilia. & ſecundum hoc Aug. exponit dupliciter hanc literam. Primo ſic:* Qui amat an. ſuam. *ſ. vere quo ad ſpiritualia.* Bona duplicia. Vbi ſupra

b Perdet eam. *in præſenti, non formidans ſuſtinere mala præſentis vitæ pro Chriſto. vnde dicit Aug. Si cupis vitam tenere cum Chriſto, noli mortẽ timere pro Chriſto. In morte.n. dicitur quodammodo anima perdi quo ad præſentem vitã: quia ſeparatur a corpore. Alio modo exponitur ad ſenſum contrarium:* Qui amat ani. ſu. *ſ. non uere uolendo ſibi delectabilia huius mundi. Perdet eam in futuro, quia priuabitur vita beata. & ſecundum hunc ſenſum dicit Aug. Noli amare ſcilicet animã in hac uita, ne perdas eam in vita æterna, Et hæc vltima expoſitio magis conuenit textui, quia ſequitur:* Qui odit animam ſuam in hoc mundo, in uitam æternam cu. eam. *& ideo quando prius dixit:* Qui amat animam ſuam. *ſubintelligitur in hoc mundo. & quando ſubditur:* Perdet eam. *intelligitur in futuro. Et quod debeamus ipſum imitari in paſſione, oſtendit per rationem dicens.* Ibidem. Ibidem

c Si quis mi. mi. me. *q.d. rationabile eſt q miniſter ſequatur Dominũ. & cũ hoc oſtẽdit huius ſequelæ præmium ipſum. ſ. beatitudinem dicens:*

d Et ubi ſum ego &c. *quia Chriſtus inquantum Deus, eſt eſſentialiter ipſa beatitudo: et quantum ad humanitatem erat actu beatus in anima, quæ eſt principalior pars hominis: ideo ipſa anima aliquando nominatur homo vt habetur .x. Eth.*

e Si quis mihi mini. *obediendo mandatis meis.*

f Honorificabit eum pater meus. *Honor.n. datur homini ab alijs hominibus in vita præſenti in teſtimonium virtutis: ſed honor datur hominibus a Deo in gloria cæleſti in præmium uirtutis.*

g Nunc ani. *Hic oſtenditur qualiter Chriſtus glorificatus eſt a patre. Et diuiditur in duas: quia primò ponitur huius gloriæ petitio. Secundo ſubditur ipſius promiſſio, ibi: Venit ergo. Circa primũ Chriſtus pmittit ſuæ petitioni oſtẽſionẽ affectionis naturalis, ad declarationẽ ueræ humanitatis in ipſo di.* Nunc ani. mea tur. eſt. *Turbari.n. aliquid dicitur quando cõmouetur. ideo mare motum dicitur turbatum. In Chriſto autem pars ſenſitiua dimittebatur agere quod erat ſibi proprium: ideo imminente paſſione affectus*

## MORALITER.

✻ z Et ego ſi exal. fu. a ter. omnia tra. ad mei. Nam amore, quo pro ✻ nobis



G

te creaturæ. i. animam, quod & corpus intelligimus, quod viuimus, vt nec capillus pereat. Vel vt de ſolis hominibus dicatur, omnia prædeſtinata de quibus nihil perit, vel omnia genera hominum. omnia, de quibus diabolus eijcitur. A Iu. 21. d

a *Et quõ ta.* Quõ in cruce morietur? Hoc.n. eũ dixiſſe putabãt quod facere cogitabãt. *Fili. ho.* qa hoc memoriter tenebãt, q ſæpe dixerat ſe filiũ hoĩs, non q hic dixiſſet, ſi exaltatus fuerit filius hoĩs. Quis eſt iſte filius hoĩs? Si.n. Chriſtus eſt, manet in æternum. Si manet in æternũ, quomodo exaltabiť a terra. i. morietur in cruce? † Omnes

b *Ambulate.* i. totũ intelligite, & moriturũ Chriſtum vt redimat, victurũ in ęternum in cœlo quo perducat. Vel dum Chriſtum vobiſcum habetis, ne tenebræ ignorantiæ & mortis perpetuæ uos comprehendant.

c *Neſcit quo va.* Qui nõ credit mortẽ Chriſti, neſcit quo vadit, ſed offendit in petrã ſcandali, qđ eſt Chrs: Iudæis contẽnẽtibus & irridẽtibus mortuũ. Iu. 2. b

d *Dum lucem ha.* i. dum aliquid veri intelligitis de æternitate Chriſti cedit in veritatem addendo de humilitate, ut renaſcamini in veritate.

e *Abeis.* Non ab his qui credere incęperãt, ſed ab his, qui inuidebant. Qđ abſcondit ſe, noſtræ infirmitati conſuluit, non ſuæ poteſtati derogauit.

f *Vt ſer. Iſaiæ im.* Quẽ oĩbus modis impleri neceſſe eſt, non tamen neceſſitate faciendum, ſed voluntate præſciuit .n. Deus & prædixit, non credituros et peccaturos: nõ tamẽ coegit ad hoc, ſed vt fiat ſic præſciuit & prædixit. † Tot

g *Non pote.* Aug. Non q non poſſunt homines mutari in melius, ſed quandiu tales, non poſſunt credere. *Prophe. In eug. Io. c. 12. tract. 53. in. 9. † Iſai. 53. a

h *Excæcauit.* quia prædixit Iſaias in ſpiritu præſcientis omnia excęcationem Iudæorum, non poterant credere, nõ q neceſſitate non poſſent, & ita nulla culpa eſſet eis, ſed quia nolebant: quam voluntatem eorum præſciuit Deus & prædixit. Sed alia cauſa huius redditur. ſ. Excæcatio Dei. ſed etiã hanc excęcationem meruit voluntas eorum tumida, qui ſuam volentes cõſtituere iuſticiã, iuſticiæ Dei nõ ſunt ſubiecti. Quod dicitur non poſſe credere, ita eſt culpa voluntatis humanæ: ſicut q dicitur Deus non poſſe ſe negare, laus eſt voluntatis diuinæ. B Ro. 10. a

Gloriam Dei

¶Vt ſim caput, & illa membra.
† omnia traham ad meipſum. Hoc a b
¶Scilicet in cruce.
autem dicebat ſignificans qua morte eſſet moriturus. Reſpondit ei tur- c
ba: Nos audiuimus ex lege, quia d
a Chriſtus manet in æternum. Et quo e
modo tu dicis: oportet exaltari filiũ
hominis? Et quis eſt iſte filius homi-
a ¶Cum intelligitis quòd Chriſtus manet in æternum, hæc pars fidei & ueri luminis per ſe non ſufficit.
nis? Dixit ergo eis Ieſus: Adhuc † mo- f g
¶Quod ſi ita intelligitis Chriſti æternitatem, ut negetis eius mortem.
b dicum lumen in vobis eſt. Ambula- h
te dum lucẽ habetis, vt tenebræ vos i k
a ¶i. qui non credit mortem Chriſti.
non comprehendant. Et qui ambu- l
a lat in tenebris, neſcit quo vadat. m
¶Sed uos.
a Dum lucẽ habetis, credite in lucem, n
vt filij lucis ſitis. Hæc loquutus eſt eis o p
a ¶Sicut corporaliter ſic & ſpiritualiter.
a Ieſus, & abijt & abſcõndit ſe ab eis. q
Cùm autem † tanta ſigna feciſſet co- r
f ram eis, non credebant in eum: ut ſ t
ſermo Iſaiæ*impleretur quem dixit:
¶Pro raritate & difficultate. a ¶Vel quod nos a te audiuimus, vel ipſi nos de te nunciantes audiunt.
† Domine quis crẽdidit auditui no- u
a ¶Filius per quem omnia fecit. b ¶Per fidem, cum eſſet in carne paucis. i. humilibus non ſuperbis Iudæis.
ſtro, & brãchium domini cui reuela- x
¶Quando prædicebat incarnationem Chriſti, prædicebat etiam excæcationem Iudæorum.
g tum eſt? Propterea non poterant cre- y
h dere, quia iterum dixit Iſaias. † Ex- z a
a ¶Deus, deſerendo eos: qui cum poſſent uidere, noluerunt. & cum poſſent cogitare & intelligere, noluerunt.
cæcauit oculos eorum, & indura- b
uit cor eorum: vt non videant ocu- c

f Dixit er. eis Ie. *Hic ponitur Chriſti reſpõſio in qua commendat eos de aliquali cognitione Chriſti per ſcripturas, quãtum ad eius æternitatem, ſed oſtendit eam imperfectam dicens.* C

g Adhuc mo. lu. &c. *quia non intelligebãt mortẽ Chriſti & paſſionẽ in humanitate ſtare cũ deitatis æternitate, et tamẽ vtrũq; ponit ſcriptura de Chriſto. de æternitate iã dictũ eſt: De eius paſſione ſcribitur. Tanquã ouis ad occiſionẽ ducetur &c. ſcđm antiquos doctores Hebręorũ totũ illud ca. de Chriſto ad literã intelligitur ab illo loco, qui ponitur ca. præ. Ecce intelliget ſer. meus &c. ſimiliter Dan. ix. g. expreſſe prædicitur paſſio Chriſti. Et poſt hebdomadas. lxxij. occidetur Chriſtus. & ideo mouet eos ad quærendum perfectam cognitionem de Chriſto dicens:* Eſai. 53. b

h Ambulate. *id eſt in cognitione proficite.*

i Dũ lu. h. *i. me præſentialiter, qui ſum lux illuminãs p ueritatẽ doctrinę & lumĩ gratię.*

k Vt te. vos nõ con. *ſ. ignorãtiæ & culpæ.* † Modico tempore

l Et qui ambulat in ten. *ſcilicet prædictis.*

m Neſcit quo vadat. *quia declinauit a rectitudine vitæ.*

n Dum luc. hab. cre. in lu. *id eſt me ipſum.*

o Vt filij lucis ſitis, *per imitationem & gratiæ adoptionem.*

p Hæc loqu. eſt Ieſus, & abiit. *quia non recipiebant eius doctrinam.*

q Et abſ. ſe ab eis. *eodẽ modo & eiſdẽ cauſis ſicut dictũ eſt ca. viij. et x. Sed nõ uidetur uerũ, quia ſupra ſe abſcõdit, eo q vellẽt occidere eũ: hic aũt nõ dicitur hoc. Dicẽdũ q ipſe uidebat cogitationes eorũ ad hoc tendentes, licet adhuc nõ prorupiſſent in opere: & ideo voluit eos præuenire ſe abſcondendo quia nondum venerat hora paſſionis ſuæ,*

r Cum au. tan. *Hic ponit Iudæorum infidelitas & obſtinatio. Et diuiditur in duas: quia primo prædicta obſtinatio oſtenditur. ſecũdo a Chriſto arguitur, ibi: Ieſus autẽ clãmauit. Prima in duas, quia primo oſtenditur obſtinatio non credentium. ſecundo defectus Iudæorum Chriſto credentium ibi, Veruntamẽ ex principibus. Dicit igitur in prima parte ſic euangeliſta:* Cum autem tanta ſi. &c. *in miraculis, in doctrina, & in reuelatione ſecretorum cordis, & futurorum contingentium: per quæ declarata erat eius diuinitas.* Diuiſio D Iſa. 53. a

ſ Non cre. in eum. *& in hoc impletæ ſunt prophetarũ ſcripturæ, eorum obſtinationem prædicentium. & hoc eſt quòd dicitur:* Eſa. 6. c Mat. 13. b Mar. 4. b Luc. 8. b Rom. 11. b

t Vt ſermo Iſa. pro. impl. *ly ut, non tenetur hic cauſaliter ſed conſequutiue tantum quia ex Iudæorum obſtinatione, impletio ſequuta eſt Iſaiæ proph. dicen.*

u Domine quis &c. *q.d. pauci ualde: quia pauci de Iudæis crediderunt comparatiue. Et bene dicit auditui noſtro, quia prophetæ non cognouerunt myſterium Chriſti per viſum rei in ſe, quia adhuc erat futurũ, Nec viderunt illud in diuina eſſentia ſed tantum cognouerunt per reuelationem. Et talis reuelatio ex parte Dei reuelantis uocatur loquutio: ex parte prophetæ intelligentis vocatur auditio.*

c Cum hæc di. *Poſtquam ſaluator propoſuit perfectionis exemplum, hic oſtẽdit defectum diſcipulorum. & primo defectum Iudæ proditoris, ſecundo defectum Petri negantis, ibi: Dixit ei Simon. Prima in duas: quia primo denũciat ipſam proditionem, ſecundo ipſum proditorem, ibi: Aſpiciebant ergo. In prima parte dicitur ſic:* Cum hæc dixiſ. Ie. &c. *ex horrore paſſionis ſuæ imminentis & proditionis Iudæ. Hæc autem turbatio, quæ erat in parte ſenſitiua, non erat contraria rationi, ſed magis conueniens ei, ſicut dictum eſt ſupra de alijs paſſionibus c. præceden.*

d Et proteſtatus eſt & di. &c. tradet me. *Multiplicat autem hanc dictionem Amen, ad oſtendendum futuræ rei certitudinem.*

e Aſpiciebant. *Hic conſequenter denunciat proditorem. Et diuiditur in duas: quia primo ponitur denunciationis occaſio, ſecundo ipſa denunciatio, ibi: Reſpondit Ieſus. Occaſio huius denunciationis fuit duplex. Prima fuit ſtupefactio & conturbatio, quæ tangitur ibi, cum dicitur:* Aſpiciebant ergo adinuicem diſcipuli hæſitantes &c. *Erãt enim admirati, quia quilibet eorum, præter Iudam, ſentiebat ſe totaliter firmatum in contrarium dicto ipſius Chriſti, & conſimiliter de ſuis ſocijs ſicut de ſe cogitabat. veruntamen propter firmitatem uerborum Chriſti magis eius dicto credebant, quam ſuis conſcientijs. & ideo non hæſitabant de euentu rei, ſed de illo, per quem hoc eueniret. Secunda occaſio fuit familiaritas Iohannis cum Chriſto, propter quam Chriſtus ſua ſecreta ei reuelabat: & hæc cauſa exprimitur, cum dicitur:*

Margin: Diuiſio — Diuiſio

p Et poſt buccellam introiuit. *non de nouo, cum iam prius Chriſtum vendidiſſet, ſed introiuit in eum ad amplius ipſum poſſidendum, quia ingratus obſequijs Chriſti factus eſt in poteſtate dæmonis magis, quàm ante.*

q Et dicit ei Ie. *Hic ponitur proditionis permiſſio. Non.n. poterat aliquid facere, niſi Chriſto permittente. ideo dixit ei:*

r Quod facis, fac citi. *Non dicit hoc præcipiendo uel conſulendo, quia præceptum diuinum, vel conſilium non poteſt eſſe de malo, ſed tantummodo permittendo ratione dicta. Tamen verba Chriſti fuerunt alijs apoſtolis obſcura. ideo ſequitur:*

ſ Hoc autem ne. ſci. diſcum. &c. *præter Iudam.*

t Ad quid dixe. ei. *verbum prædictum, de alijs a Iohanne non erat mirum, ſi ignorauerunt: quia ſoli Ioanni dixerat Chriſtus. Cui dabo panem. Sed de Ioanne mirum videtur. Ideo dicendum, quod audito verbo Chriſti ita fuit attonitus & ſuſpenſus, q non aduertit illud, quod poſtea dictum eſt ipſi Iudæ à Saluatore, & ideo diſcipuli uerbum Chriſti aliter interpretabantur, & hoc eſt quod dicitur:*

¶ Quidam

Erat

## MORALITER.

✱ Chriſtum in membris ſuis affligentes ea calumnijs & exactionibus in iuſtis.

*d Ieſus turbatus eſt ſpiritu & proteſtatus eſt &c.* Virtuoſum eſt.n. cõturbari contra vitia. & ideo Ieſus turbatus eſt ſpiritu. i. ex imperio rationis, quia expreſſus quàm ante uolebat exprimere crimen proditionis.

*o Ille eſt, cui ego intinctum panem porre. &c.* Panis intinctus ſuauior eſt. ideo ſignificat euchariſtiam, cuius etiã vna pars tingitur in ſanguine quando ſumi debet à ſacerdote, qui tamen eſt Chriſti proditor, quando indigne ſumit. Hieron. Dic ſacerdos, dic clerice quomodo eiſdem labijs deoſcularis filium virginis, quibus deoſculatus es filiam meretricis? ò Iuda oſculo filium hominis tradis.

Margin: Contra clericos indigne communicantes

✱ *Cum ergo*



a *Quia lo. ha.* In quibus oblata ſeruabantur ſuorum neceſſitatibus & aliis indigentibus. In quo datur forma eccleſię ſeruãdi neceſſaria, quæ iubetur non cogitare de craſtino, ne pro terrenis ſeruiat, uel timore inopiæ iuſticiam deſerat.
b *Erat au.* Nox congruit ſacramento. Erat enim qui exiuit, filius tenebrarũ faciens opa tenebrarũ.
c *Nunc clari. eſt fi. ho.* Aug. Exeunte Iuda pro quo dicebatur: Non eſtis mundi omnes, remanſerunt ſoli mundi cũ ſuo mũdatore. in quo ſignata eſt clarificatio Chriſti, in qua ſeparatis malis, manebit in æternitate cum ſanctis. Sicut ergo res ſignificantes tanquam res ſignatæ appellantur, ut petra non dicit ſignificabat Chriſtũ, ſed erat Chriſtus ita hoc facto ſeparationis Iudæ conteſtans futuram illam ſeparationem dicit: Nunc: non ſignificata eſt clarificatio ſed *clarificatu. eſt filius hominis.* quia non ipſe in ſe, ſed Deus in eo. Quod quaſi exponẽs ſubdit: *Si Deus cla. eſt,* qa non quæſiuit ille volũtarẽ ſuã, ſed patris. *& de. cla. e. in ſe.* vt humana natura uerbo vnita etiã immortali æternitate donetur. Et hęc clarificatio eſt *cõtinuo.* i. immortalis reſurrectio nõ differet in fine, ſicut oĩm ad q̃ põt referri & prius dictũ, vt dicaĩ: Nũc, nõ, de inſtãti tempore paſſionis, ſed de proximo reſurrectionis, quaſi ſit factum quod mox eſt futurum
d *Filioli.* Aug. Quia dixerat qđ Deus eſt cito clarificaturus eũ, ne putarẽt q non ultra iungeretur eis cõuerſando in terra, addit *adhuc mo. uo. ſum.* in ĩfirmitate carnis ſicut & uos uſque ad horã mortis, ſicut poſt reſurrectionẽ dicit: Cũ eſſem vobiſcum in carne mortali. Vel modicum uobiſcum ſum, ſi nõ in eadem qualitate temporali, tamen in terrena cõuerſatione poſt reſurrectionem xl diebus. De pręſentia autem diuina, qua cum eis eſt vſque ad cõſũmationẽ ſeculi, nõ põt hoc accipi, qa non conueniret quod ſequitur: *Quære. me. et po. ne.* Tunc enim implebitur: Vbi ego ſum, & illi ſint.
e *Quo ego ua* Nunc non poterant apoſtoli nondum ſpũ cõfirmati ſequi dñm. i. mori pro dño & iuſticia, uel uenire ad uitã immortalẽ, ad q̃ ipſe ibat, ſequuturi autẽ erãt poſtea. Quomodo aũt idonei poſſint eſſe & pgere, quo ille antecedit, docet:
f *Mandatum nouum. do.* Aug Non q hoc non ſit in antiqua lege: Diliges proximum tuum ſicut teipſum, & non q antiqui ſancti non ſic dilexerunt, ſed quia dilectio de ueteri facit nouum hominem quocunque tempore, quod tamen non facit dilectio, quæ eſt naturali neceſſitudine, ut inter coniuges, patres & filios & huiuſmodi, ut taceamus de turpi, quæ eſt inter amatores. Et ideo pulchre determinat. *Sicut dile. uos.* perductus ad finem ſine fine, ea dilectione diligite, vt ſitis filij Dei fratres unico filio, quæ dilectio facit mori ſeculo.
g *Vt diligatis inuicem ſicut dilexi uos.* Non putetur hæc prætermiſſa dilectio Dei, quæ eſt in dilectione pximi. In proximo enim non niſi Deus diligitur, ſicut & Chriſtus in nobis diligit Deum. & non q hoc habeamus, ſed ut haberemus ſicut medicus in ægro, non morbum, ſed ſalutem, quã uenit dare.

Margin: G — A — B — H — Diuiſio

*Do. quo*

f Erat autem nox. *Hoc expreſſit euangeliſta ad oſtendendum opportunitatem temporis ad peragendum proditionem, & ad denotandum in Iuda mentis tenebroſitatem.*
g Cum er. ex. *Hic prænunciatur ſequens Xpi glorificatio. ſciebat.n. diſcipulos conturbandos de eius receſſu. & ideo primo oſtendit gloriam quam erat adepturus per ſuam mortem. ſecũdo denunciat ipſam mortem, ibi: Filioli. In prima igitur parte dicitur:* Cum er. exiſ. *Iudas ad procurandum Chriſti mortem.*
h Dixit Ie. Nunc cla. *Dicitur.n. aliquid iã eſſe quando incipit. paſſio autem eius extunc incipiebat, per quam fuit multipliciter, clarificatus, vt dictum eſt ca. præce. & ideo dixit ſe iam clarificari.*
i Et Deus cla. eſt in eo. *quia paſſio Chriſti erat ordinata ad Dei gloriam, inquantum ibi maxime relucebat diuina miſericordia et iuſticia. & inquãtum per eam multitudo Gentium adducta eſt ad glorificandum Deum. dicitur autẽ glorificatio quaſi clarificatio, quia gloria eſt clara noticia cum laude. unde gloria dicitur quaſi claria. c. mutata in. g.*
k Et Deus cla. e. in ſe. *i. Deus pater per ſeipſum clarificabit filiũ inqtũ in morte eius mirabilia oſtendit, & eũ à morte reſuſcitauit.*
l Et con. cl. *i. ſine mora: quia non eſt derelictus in inferno, nec caro eius vidit corruptionem, vt quia accelerata eſt ſua reſurrectio.*
m Filioli. *Conſequenter hic denunciat ſuum receſſum per mortem. Et diuiditur in duas: quia primo denunciat prædictum receſſum. ſecundo oſtendit qualiter poſſint eſſe idonei ad ſequendum ipſum, ibi: Mandatum nouum. Dicit ergo primo:* Filioli. *in quo oſtendit teneritudinem amicitiæ ad eos.*
n Adhuc mo. *i. modico tempore & ſecũdũ aliquos intelligitur iſtud tempus modicũ uſq; ad aſcẽſionẽ, qa vſq; tunc apparuerat eis corporaliter. ſed melius dicitur q iſtud tempus modicum intelligitur uſq; ad aduentum Iudæ & militum, quia tunc fuit eis ſubtractus.*
o Quæretis me. *i. deſiderabitis me habere in præſentia veſtra.*
p Et ſicut di. Iu. *quia non poterãt me ſequi. ca. vij. ita nunc dico uobis.*

Margin: C — Gloria quid — † De pę. d. 4. c. hãc ſocietatẽ. §. hoc ergo. — † ſupra 7. c. & 8. e — † 1. Io. 2. b — D

Quidam enim putabant: quia † loculos habebat Iudas, q dixiſſet ei Ieſus: Eme ea quę ſunt opus nobis ad diem feſtum: aut egenis ut aliquid daret. Cum ergo accepiſſet ille buccellam, exiuit cõtinuo: Erat autem nox. Cum ergo exiſſet, dixit Ieſus: Nunc † clarificatus eſt filius hominis, & Deus clarificatus eſt in eo. Si Deus clarificatus eſt in eo, & Deus clarificabit eũ in ſemetipſo, & continuò clarificabit eũ. † Filioli adhuc modicum uobiſcũ ſum. † Quæretis me, & ſicut dixi Iudęis, quo ego uado, uos non poteſtis venire: & uobis dico modo: † Mandatũ nouum do uobis, ut diligatis inuicẽ, ſicut dilexi uos: ut & uos diligatis inuicem. In hoc cognoſcent omnes quia diſcipuli mei eſtis, ſi dilectionem habueritis ad inuicem. Dicit

Interlinear: ¶Vt malus. ¶Bonum. — ¶A domino aperte recedit. — ¶Abeunte palea iam triticum quodammodo eſt purgatũ. — ¶Quia non quæſiuit niſi gloriam patris. — ¶Volentes ſequi me. — ¶Sed ſine modo. — ¶Iudæi nunquam. — ¶Idem dico uobis, ſed cum modo. — ¶Ne deſperent, additur modo. — ¶Sed ut aliquando ſequimini. — ¶Ideo & uos. in quo innuit ſe conferre diligendo nos, ut mutua dilectione inter nos conſtringamur. — ¶Non in aliis, quæ etiam non mei habent. — ¶Hic eſt fons, in quo alienus nõ communicat, ut ait Salomon.

q Quo ego. *qa adhuc imperfecti eſtis. verũtamẽ qa iſta imperfectio erat tollẽda ab eis p gratiã ſpũſſcti, iõ ſubditur:*
r Et uo. di. mo. *q. d. licet pro nũc nõ poſſitis me ſequi, tamẽ poſtea poteritis, quia recepta ſpũſſancti gratia gaudebant in tribulationibus & opprobrijs, ut habetur. Quando autem dixit Iudæis quòd non poterãt eum ſequi, non addidit hanc determinationem modo oſtendendo quòd illa imperfectio & malicia non erat ab eis tollenda.*
ſ Mandatum nou. *Hic conſequenter oſtendit modum ſequendi ipſum ſ. perfectionem charitatis, quæ animam facit ponere propter Chriſtum. & hoc eſt qđ dicit* Man. no. *Sciẽdũ q mãdatum dilectionis non dicitur nouũ, quia pro tũc fuerit de nouo datũ. In veteri.n. Teſtamẽto ſit mentio frequenter de dilectione Dei & proximi, pp qđ legiſperitis reſpondit Chriſtus: mandatum dilectionis eſſe inter alia maximum. Sed pro tanto hic dicitur mãdatũ nouũ ab affectu, qa aĩam renouat. Et iterũ qa differentiam noui Teſtamẽti & veteris conſtituit. Licet.n. in lege veteri fieret mentio de dilectione, tamẽ principalius inducebãtur ad obſeruãtiam legis ex timore. & eodem modo in nouo Teſtamẽto bene ſit mẽtio de timore, ſed principalius de amore: vnũquodq; aũt a principaliori vel euidentiori denominatur. propter quod uet. Te. dicitur lex timoris, nouum autem lex amoris. Conſequenter oſtendit modum diligendi dicens:*
t Sicut di. uos. *i. gratuite & efficaciter & recte. ſic.n. Chriſtus dilexit nos, quia in dilectione nos præuenit, ut dicitur. Prior dilexit nos. & ſic gratuite. Animam ẽt ſuam pro nobis poſuit, & ſic efficaciter dilexit. Hanc etiam dilectionem ad noſtram beatitudinem ordinauit, & ſic dilexit nos recte, & hoc modo debemus nos inuicem diligere:*
u In hoc cognoſcent o. quia diſ. &c. *Sola enim charitas diſtinguit inter filios regni & filios perditionis, ut dicit Aug.*
x Dicit ei Si. *Superius declarauit Xps defectũ diſcipuli ipſum proditu ri, hic conſequenter oſtendit defectũ diſcipuli eũ negaturi & primo oſtẽditur huius oſtenſionis occaſio, quæ fuit iactantia Petri de ſua conſtan-*

Margin: Actu. 5. — Mandatum dilectionis quare nouũ — In epiſto. 3. Ioã. tract. 5. non longe a med. to. 9.

¶ *tia &*

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ a Quidam &c. quia locul. *i. quia portabat eleemoſynas datas pro Chriſto & diſcipulis eius.*

b Quod dixiſ. ei. *Qui imminebat in craſtino, vt dictum eſt. In talibus enim ſolemnitatibus Iudæi lautius uiuebant.*

c Aut egenis. *Quia ad utrumque iſtorum pecunia portabatur, ut ſupra dictum eſt ca. præce.*

d Cum ergo acce. *Hic deſcribitur proditionis exequutio. Et diuiditur in duas: quia primo ponitur dicta exequutio, ſecũdo pronũciatur ex hoc ſequens Chriſti glorificatio, ibi. Cum ergo dixiſſet. In prima parte dicitur ſic:* Cum ergo ac. ille. buc. *Dicũt aliqui, q tãtum accepit in manu, ſed non comedit: quia diabolus non permiſit eum tandiu ſtare ibi, eo qđ non poterat ſuſtinere præſentiam Chriſti. & hoc non eſt ueriſimile: quia diabolus in præſentia Xpi diu ſtetit in deſerto ipſum tẽtãdo. iõ aliter exponitur:* Cũ er. ac. *i. comediſſet. accipere.n. cibũ idẽ eſt quod comedere.*

e Exiuit conti. *Ad quærendum cohortem qui caperet Chriſtum.*

Erat

## MORALITER.

✱ *d Cum ergo accepiſ.* Quia ſacerdos Chriſti corpus ſumens indigne magis elongatur a Deo.

*g Cum ergo exiſſet, dixit Ie.* Secundum Aug. Per exitum Iudę de ſocietate Chriſti & diſcipulorum præfigurata fuit reproborum ſeparatio tempore iudicii finalis a conſortio Chriſti & electorum, quia tunc apparebit gloria magna Chriſti. Quod ſequitur eſt de ſe morale, ideo pertranſeo.

Margin: Vbi ſup. tr. 63. in med.



VNiVERSiDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

E a Do.quo. Audito, quo ego uado, & intellecta uia, qua ſequi poteſt.i.dilectione, dicit Petrus vt ſequi paratus. Et quia hũc eius animum nouit dñs, dixit non modo eum poſſe. in quo non abſtulit ſpem futuri, ſed cõfirmauit. Sequeris aũt poſtea.

b Ani.meam. Multum præſumit, qui animam pro eo ponere promittit, qui nõdum pro Petro aĩam dedit, quaſi præire poſſit. Aug. Volũtatem ſuã, ſed nõ uires ſuas cognoſcẽs, ut infirmus uoluntatẽ ſuam iactat, ſed inſpiciebat inualitudinem medicus. Ille promittebat, ille prænoſcebat & qui neſciebat audebat, qui præſciebat docebat.

Vbi ſup.tra ctat. 66. in princ.

c Non cantabit Gallus &c. Petrus ante primum Gallicãtum trinam negationem incipit, totam autem perficit ante ſecundum Gallicantum.

*Domine

a ei Simon Petrus: Domine quo uadis: Reſpõdit Ieſus: Quõ ego uado non potes me modo ſequi: ſequeris autem poſtea. Dicit ei Petrus: *Quare non poſſum te ſequi modo? Animam meam pro te ponã. Reſpondit Ieſus: † Animam tuam pro me põnes? † Amen amen dico tibi: non cantabit gallus: donec ter mẽ neges.

a *Q Non feſtines, quia nondum es indutus uirtute ex alto, & ideo ne interim præſumas.

a *Nunc non poterant apoſtol., nondum ſpiritu con. &c.

b *Ne deſperes.

a *Qui totum nouit & docet.

a *Quandoque, ſed prope eſt ut neges timore mortis mitam & oceidas tuam animam.

a *Chriſtum, quidquid in uerbis ſones.

## NIC. DE LYRA.

¶ tia & fidelitate. Chriſtus enim dixerat: Quo ego uado, uos non poteſtis venire modo. ideo Petrus feruidus petiit ſtatim a Chriſto.

a Domine quo ua. *quaſi dicat omnibus modis uolo te ſequi.*

b Reſpondit Ieſus. *reprimendo eius præſumptionem.*

c Quo ego uado non &c. *quia adhuc erat imperfectus ad tolerandum conſtanter mortem per Chriſto, ſicut patuit per ſequentem effectum.*

d Sequeris autem po. *quia finaliter pro Chriſto crucem gaudenter ſuſtinuit.*

e Dicit ei Pe. *propriæ fragilitatis inexpertus.*

f Quare non poſſum &c. *quaſi dicat, imo poſſum. Hoc oſtendit per factum.*

g Animam meam. *non dixit mendacium: quia pro tunc ſic cogitabat facere, antequam dimitteret Chriſtum.*

h Reſpondit ei Ieſus. *prædicens eius defectum.*

i Animam tuam. *quaſi dicat. Non ſic erit.*

k Amen amen dico &c. *Mar.xiiij.c. dicitur antequam gallus bis uocem dederit. Sed hanc controuerſiam ſolui Mat.xxvi. Quæritur utrum cæna in hoc c. deſcripta, in qua Chriſtus corpus ſuum diſcipulis ſuis tradidit in ſacramento, fuerit facta luna.xiiii. exiſtente. Et arguitur primo* F *q non per illud quod dicit Iohannes in principio huius c. Ante diẽ feſtũ Paſchæ, cuius prima dies erat luna.xiiij. quia tunc incipiebat Paſcha. ergo illa cæna de qua loquitur Iohannes, fuit ante lunam.xiiij. Item infra xviiij. dicit Iohannes, q Iudæi non intrauerunt prætorium Pilati, vt non contaminarentur, ſed manducarẽt paſcha. ergo in ueſpere illius diei quo paſſus eſt Chriſtus, manducauerunt agnum paſchalem, ipſi autem tenebantur ex lege comedere illum luna. xiiij. ergo cum cæna prædicta fuerit in veſpere præcedentis diei, patet quòd fuit luna.xiij. Contrarium dicit beatus Hier. videlicet quòd Chriſtus illam cænam fecit luna.xiiij. & paſſus eſt luna.xv. exiſtente. Reſponſio. Græci dicunt, quòd iſta cæna facta fuit luna. xiij. propter autoritates allegatas, in arguendo pro iſta parte. & dicunt quòd Chriſtus præuidẽs tempus ſuæ paſſionis futurũ, illa die, qua immolabatur agnus paſchalis, vt immolatio agni ueri correſponderet immolationi agni figuralis: ideo præoccupauit comedere agnum paſchalem per unum diem. Et dicunt cõſequenter, quòd Chriſtus corpus ſuum in pane fermentato conſecrauit, quia in domibus eorum nõ inueniebatur panis azymus vſque ad.xiiij. lunam. Sed dictum eorum eſt contra ueritatem Euangelij, quia Mat.xxvi. dicitur quòd prima die azymorum acceſſerunt diſcipuli ad Ieſum dicentes: Vbi vis paremus tibi comedere paſcha? Item Luc.xxij. Venit autem dies Azymorum in qua neceſſe erat occidi paſcha: & miſit Petrum & Iohannem.d. Euntes parate nobis paſcha, vt manducemus. Ex quibus patet manifeſte, quòd illa cœna fuit die azymorum: & per conſequens luna.xiiij. exiſtente. Et ex hoc ſequitur, quòd Chriſtus conſecrauit in azimo pane: quia illo tempore non inueniebatur panis fermentatus in domibus Iudæorum ſecundum præceptum legis per.vij. dies, vt habetur Exo.xij. Sed Græci in tantam veſaniam proruperunt propter defenſionem ſui dicti, q negant textum Euangelij, dicentes alios euangeliſtas falſum ſcripſiſſe quantum ad diem huius cœnæ: & propter hoc Iohannes euangeliſta, qui ſcripſit poſterior, deſcribens hanc cœnam eos correxit di. Ante diem feſtum Paſchæ &c. vt ſupra allegatum eſt. Sed ad dictum iſtud ſequitur deſtructio totius ſacræ ſcripturæ & per conſequens totius fidei catholicæ: cum ſacra ſcriptura ſit regula fidei, ſcđm q ſcribit B. Aug. in epiſtola ad Hie. Si dicatur à fidelib. q ſcriptura in aliqua ſui parte contineat falſum, eadem rõne poterit dici ab aduerſarijs fidei, q in nulla ſui parte habeat certitudinem ueritatis: Præterea fides catholica tenet euangeliſtas ſcripſiſſe non a proprio capite, ſed ſpũſancti inſpiratione. vnde dicit beatus Petrus. Spũſancto inſpirati loquuti ſunt ſancti Dei homines: nullum aũt falſum põt eſſe a ſpũſancto. & iõ dicere q euangeliſtæ in aliquo loco ſcripſerunt falſum, eſt erroneum. Et iõ p p prædicta dixerunt aliqui q Chriſtus comedit agnum paſchalem debito tempore ſecundum legem, uidelicet luna.xiiij. vt dictum eſt. Sed Iudæi circa mortem Chriſti procurandam intenti & occupati illa die non comederunt paſcha, ſed tardauerunt per vnum diem, ſecundum quod dicitur Ioh.xix. quia Iudæi non in* G *trauerunt prætorium Pilati illa die, qua paſſus eſt Chriſtus, ne contaminarentur, & impedirẽtur à comeſtione paſchę, vt ſupra allegatum eſt. Sed iſtud dictum non conſonat cum verbis Marci euangeliſtæ dicentis c. xiiij. Et prima die azimorum quando paſcha immolabant, dicunt ei diſcipuli: Quo vis eamus, & paremus tibi, vt manduces paſcha? Ex quo uidetur, q eadem die qua alij immolabant agnum paſchalem, eadem die Chriſtus immolauit agnum. & ſic cœnam diſcipulis ſuis fecit luna.xiiij. exiſtente. Ad primum dicẽdum, q paſchale feſtum apud Iudæos incipiebat a veſpere diei, in qua luna erat. xiiij. dies autem feſtiuus apud eos incipit à veſpere vnius diei & durat vſq; ad ueſperam diei ſequentis, ſecundum q dicitur Leui.xxiij. A ueſpere in ueſperam celebrabitis ſabbata ueſtra. & ſic dies ſolemnis Paſchæ erat luna.xv. propter quod eundẽ diem quem Iohannes nominauit ante diem feſtum Paſchæ, propter diſtinctionem naturalium dierum, Marcus nominat primum diem azymorũ: quia à veſpera præcedentis diei incipiebant comedere azima. Quando ergo dicitur, q luna xiiij. exiſtente erat primus dies ſolemnitatis Paſchæ, dicendum, quòd non eſt uerum: ſed in fine illius diei incipiebat primus dies. & durabat vſque ad ueſperam diei ſequentis. & ſic prima dies ſolemnitatis paſchalis celeberrima, erat luna.xv. ut patet Leuit.xxiij.d. Menſe primo xiiij. die menſis ad ueſperam Paſcha domini eſt. & xv. die menſis huius ſolemnitas azymorum domini eſt. Septem diebus azyma comedetis. dies primus erit uobis celeberrimus ſanctuſque. Ad ſecũdum dicendum, q illud paſcha, quod debebant comedere Iudæi in die paſſionis Chriſti, non intelligitur de comeſtione agni paſchalis: quia illud paſcha comederunt in ueſpera præcedentis diei, ut dictum eſt, ſed intelligitur de panibus azymis, quos debebant comedere ſeptem dieb. cõtinuis: & non debebant comedi niſi ab hominibus mundis & iõ non introierũt domum hominis Gentilis, ne impedirentur a comeſtione ipſorum.*

Quæſtio de cœna domini

Contra Græcos

Intolerabilis Græcorum error

2. Pet. 1. d.

†De pa... 1. qui n... facere †Mat. 26. Marc. 14. Luc. 22.

In ca.xiij. ubi dicitur in poſt. Et cępit lauare pedes diſci pulorũ.

### ADDITIO I.

*Ex hoc quod pedes diſcipulorum lauabantur, non ſequitur q haberẽt lutoſos pedes, nec q diſcalceati incederent. Mos enim erat ut itinerantium pedes lauarentur, vt patet Gen.xviij. vbi cum Abraham angelos* H *ſibi occurrentes, quos homines eſſe credebat, inuitauit, primo offerebat eis aquam ad pedes lauandum di. Afferam puſillum aquæ, & lauentur pedes ueſtri, & requieſcite &c. & ſic de alijs ſimilibus. Quæ quidem lotio principaliter fiebat in remedium laſſitudinis, quæ itinerantibus ſæpe contingit.*

In eo.ca. vbi dicitur in poſtil. Sed pro tanto dicitur hic mandatum nouum ab effectu, quia animam renouat.

### ADDITIO II.

*Hæ duæ rationes aſſignatæ per Poſtil. ad hoc quod mandatum de dilectionẽ proximi hic poſitum dicatur nouum, non videntur ſufficere. Prima.n. ratio, quæ ſumitur ex renouatione animæ in lege noua, non videtur valere, nam renouatio animæ proprie ſit per gratiam a Deo infuſam mediante virtute ſacramentorum, quæ ad hoc inſtrumentaliter operatur: ſecundum quam gratiam anima dicitur noua creatura. quam quidem nouitatem etiam paruuli uſum rationis non habentes, nec per conſequens actum dilectionis in baptiſmo acquirunt. Vnde ualde impropriæ dicitur, q mandatum dilectionis animam renouat. cauſalitas enim principalis huius renouationis ſoli Deo attribuitur tanquam principali agẽti: ſacramento autem regenerationis tanquam inſtrumento. Vnde Aug. ſuper Io. dicit, q tanta vis eſt aquæ, vt corpus tangat, & cor abluat. Vnde ſecundum iſtam conſiderationem proprie diceretur: Sacramentum nouum do vobis loquendo de ſacramento baptiſmi, quo anima renouatur. Scđa autẽ rõ, q̃ inducit ad hanc nouitatẽ ſumptam à differentia no. & ve. Te. nihil videtur facere ad propoſitum. nam licet verum eſt, quòd lex euãgelica principalius inducit ad ſui obſeruationem per amorem q̃ per timorem, hoc intelligitur per amorem Dei. & ſic ſecũdum Poſtil. ad hoc deſignandum debuiſſet dicere: Mãdatum nouum do uobis, vt diligatis Deũ. p amorẽ.n. Dei lex euangelica inducit ad ſui obſeruãtiã. Verba ẽt euangelii, quæ in hoc loco nouitatem mãdati teſtantur, non faciunt in hoc mentionem de his, q̃ inducũt ad obſeruationẽ legis ſeu mandati. Vnde ad declarationem nouitatis huius mãdati vlterius videtur aliquid dicendum. Ad cuius euidentiam attendendum eſt, quod ſecundum Tho. in prima ſcđæ q.cviij. ar.iiij. in corpore quæſtionis. Lex noua quæ eſt lex libertatis, ſupra præcepta addidit conſilia, quę in optione eius, cui dãtur, ponuntur. In veteri autem lege, quæ erat lex ſeruitutis, non dabantur conſilia, ſed tantum præcepta, quæ neceſſitatem important. Vnde de duobus præceptis charitatis, in quibus tota lex & prophetæ pendent, vt Matth. xxij. d. ea quæ ſunt de neceſſitate ſalutis implenda in ueteri lege ad plenum continentur. De primo enim dicitur: Diliges dominum Deum tuum ex toto corde &c. De ſecundo vero præcepto: Diliges proximum tuum ſicut teipſum. Ea vero, quæ ad perfectionem impletionis prædictorum præceptorum pertinent in lege noua, ex*

In ...lig. l... c. 1 ... tom. 9.

Deu. 6. A

Leuit. 19. C



A *conſilij; continentur. quod de primo patet cum dominus conſuluit Mat. xix. Si vis perfectus eſſe, uade & vende omnia, quæ habes & da pauperibus &c. In quo conſilio ſecundum doctores ea, quæ pertinent ad perfectionem dilectionis Dei per modum conſilij ponuntur. De ſecundo vero ea quæ pertinent ad perfectionem dilectionis proximi, potiſſime continentur in hoc quod dicit: Diligatis inuicem, ſicut dilexi uos. Quod ſic patet: Nã modus dilectionis Chriſti ad diſcipulos ſeu ad humanum genus attingit ſummum gradum perfectionis dilectionis proximi tripliciter. Primo, ſecundum extenſionem. quanto.n. dilectio proximi ad plures extenditur, tanto uidetur eſſe magis perfecta. Extendit autem Chriſtus hanc dilectionem non ſolum ad amicos vel ei coniunctos propter naturalis cognationis aut ciuilis vinculum, ſed etiam ad inimicos, pro quibus etiam in paſſione orauit, ut Lu.xxiij. de qua extenſione docuerat apoſtolos di. Diligite inimicos ueſtros. Secundo, quo ad intenſionem. quanto.n. aliquid intenſius amatur, tanto facilius maiora propter ipſum contemnuntur. Contemnit autem Chriſtus propter dilectionem proximorum nõ ſolum exteriora bona vel etiam quædam corporalia interiora exponendo corpus ſuum laboribus & perſequutiones maximas tolerando, ſed etiam animam ſuam pro eis ponendo, quod ſummum gradum perfectionis circa huius dilectionis intẽſionem obtinet. Iuxta illud: Maiorem hac dilectionem nemo habet &c. Tertio ſecundum effectum. q̃to.n. maiora bona proximis per dilectionem impenduntur, tãto perfectior dilectio eſſe uidetur. Largitus.n. eſt Chriſtus proximis ſeu humano generi bona ſpiritualia & diuina ſupra naturam & rationem exiſtentia. ſ. doctrinam diuinorum, & ſacramentorum inſtitutionem et hmõi: quorum bonorum collatio ad ſingularem quandam perfectionem fraternæ dilectionis uidetur pertinere, cum per hæc bona homo vltimo fini cõiungatur, in quo ſumma hominis perfectio conſiſtit, quæ quidem ſpiritualia bona cum non uni tantum vel duobus ſed toti multitudini exhibita ſunt, eſt perfectior dilectio ſecundum effectum. unde iuxta ſententiam philoſophi. Bonum gentis perfectius eſt & diuinius quam bonum vnius. Ex quib. manifeſte patet, quod in hoc quòd dixit Xp̃s: Diligatis inuicem ſi. di. vos, docuit apoſtolos dilectionis proximi perfectionem in ſummo gradu, quę ſub conſilio cadit: non.n. ad præmiſſa de neceſſitate ſalutis in quolibet caſu quis tenetur. unde Au. in Enchi. ſuper illud Ma.v.g. Diligite inimi. veſtros, dicit: Perfectorum ſunt iſta & filiorum Dei. Ex quibus ſequitur, q hoc mandatum proprie dicitur nouum. in antiquo.n. minime talis modus dilectionis reperitur. Si autem dicatur, q ſecundum hoc debuiſſet dicere. Conſilium nouum do uobis, nõ autem mandatum nouum, cum prædicta non cadant cõiter ſub præcepto, vt dictum eſt, ſed ſub cõſilio. Ad hoc dicendum, quòd licet iſta quantum ad cõem ſtatum hominum non cadant cõiter ſub præcepto: Ad ſtatum autem apoſtolorum ſub præ*B*cepto cadunt inquantum fuerunt deputati ad ædificationem totius vniuerſalis eccleſiæ. Iuxta illud, Alios quidem apoſtolos, alios autem paſtores & doctores ad cõſummationem ſanctorum in opus miniſterij & ędificationem corporis Chriſti. ſ. eccleſiæ. Et ideo proprie hæc uerba eis diriguntur per modum præcepti. ſ. Mandatum no. do vo. quia quod alijs communiter eſt conſilium, apoſtolis eſt præceptum, quod etiam illi modo eis congruente perfecte impleuerunt, vt ex geſtis eorum patet. Si vlterius quæratur qualiter conſilia ad primum præceptum charitatis pertinentia non fuerunt data apoſtolis ſub præcepto, ſicut & prædicta, cum ad conſilia vtriuſq; pręcepti eadem ratione tenerentur. Dicendum quòd huiuſmodi conſilia. ſ. ad primum præceptum pertinentia iam obſeruabantur ab apoſtolis. vnde Matth.xix. Ecce nos reliquimus omnia, & ſequuti ſumus te. In abiectione.n. omnium temporalium & ſequela Chriſti, perfectio diuinæ dilectionis, & per conſequens conſilia ad illud præceptum pertinentia continentur: Iuxta illud pręallegatum Mat. Si uis perfectus eſſe &c. vnde non reſtabat, niſi ut informarentur de perfectione impletionis ſecundi præcepti, ut dictum eſt.*

Xp̃s ... ſummum ... triplici-

Luc. 23.

Mat. 5. g

Ioan. 15. b

Ephe. 4. b

Mat. 19. c

In eo. c. ubi dr̃ in poſtil. Quærit, vtrum cœna in hoc ca. deſcripta.

### ADDITIO III.

*Hæc quæſtio diſputatur & ad plenum vt credo declaratur in additione ſuper Mat.xxvi. vide ibi.*

### REPLICA I.

In c.xiij. vbi dicitur: Cœpit lauare pedes. Poſtillator dicit lutoſos, quia nudipedes ibant. Burg. ſe opponit hic ſicut Mar.vi. vide ibi correctum. Quod hic ſpecialiter dicit de Abraham, qui obtulit angelis pedum loturam prout dicit Gen. xxviij. iuncta autoritate beati Dion.xv. angelicæ hierarchiæ, eſt contra Bur. quia ibi dicitur, angelos ſemper apparuiſſe nudis pedibus.

### REPLICA II.

In eo. ca. ubi dicitur: Mandatum nouum do uo. Poſtillator illius nouitatis dat duplicem rationem. Vna eſt, quod dicitur nouũ pp aĩæ innouationem. Alia, quia differentiã nouæ legis à veteri cõſtituit. Bur. hic facit cauillationem contra rationem utramq;. Contra primã, quia ſacramenta innouant aĩam inſtrumentaliter, Deus principaliter. iõ pp innouationem aĩæ potius debuit dici, ſacramẽtum nouum do uo. Hic dico, q aliud eſt innouare aĩam effectiue, aliud formaliter: Deus effectiue innouat, & ad idem genus cauſæ reducitur inſtrumentum, quod etiam efficit ſuo modo, ſed gratia & charitas formaliter renouant animam. Hæc aũt gratia & charitas per Deũ infunduntur in baptiſmo, per quam tanquam p propriã formã meriti mãdati noui ſit impletio. Innouatur igitur aĩa effectiue per charitatis infuſionẽ. Innouatur aũt formaliter per mandati exequutionẽ, q̃ fieri nõ poteſt ſine habitu illo infuſo. Eſt igitur C cauillatio Bur. tentatiua. per tractatio ẽt ſecundæ rationis eſt quædam tẽtatiua cauillatio. Nam differentia nouæ legis & ueteris Teſtamenti eſt timor & amor. Opera.n. legis erant ſeruilia, & quaſi mercennaria: opera autem gratiæ amoroſa: & iõ q ſub lege erant, dicebantur ſerui, qui aũt ſub gratia, dicunt̃ filij & amici. Mandata illis data fuerũt deſpotica, iſtis aũt ſũt data regalia & politica: quia Deus illius mandata dedit, ut ſeruis. iſtis ut filiis, liberis & amicis, ex qua differentia bene accipitur nouitas mandati. Ea aũt q̃ Burg. ponit ad declarandum mandati nouitatem, non ſunt multũ probabilia. Dictum eius primum eſt, quod nouitas illa attenditur penes conſilia ſuperaddita. Nam in veteri lege vt dicit, non dabant̃ conſilia, ſed tm̃ p̃cepta. Hoc autem dictum eſt contra literam veteris legis, quæ diſtinguit in multis locis p̃cepta à conſiliis. Dicitur namque Prou. 1.c. Deſpexiſtis omne conſilium meum. Et ibidem.iij.c. Cuſtodi legẽ atq; conſilium. & ſic de aliis. Scđm dictum Burg. eſt, qđ oĩa de neceſſitate ſalutis pertinentia ad impletionem præceptorum charitatis, in quibus tota lex pendet & prophetæ, ad plenum continentur in veteri lege. Sed hoc dictum uidetur contra planam literam Mat.v. vbi dr̃: Niſi abũdauerit iuſticia ueſtra pluſquam ſcribarum &c. non intrabitis in regnum cælorum. ubi glo. Iuſticia illorum mandata Moyſi, impletio illorum iuſticia Chriſti. illa à pœna liberat, iſta ſaluat. Et infra: Mandatum Chriſti non eſt contrarium legi, ſed latius in ſe legem continens. qui.n. non iraſcitur, non occidit: ſed non econtra. tolle iram, & homicidiũ non ſit. Illa.n. ſi p̃ſeruabat à pęna ſenſus, non tamen à pæna damni. Ideo obſeruantia veteris legis non ſufficiebat ad ſalutem ſine expꝛ̃ſſione Chriſti ſuperaddita: uetera.n. & noua p̃cepta eadem ſunt ſcđm ſubſtantiam, ſed differunt ſcđm maiorem & minorem expreſsionem & utilitatem, ſecũdum B. Aug. Tertiũ dictũ Bur. eſt quod ea q̃ ad perfectionem impletionis præceptorum pertinent, in leg. noua in conſiliis continentur. Sed hoc videtur falſum. nã ſtat aliquẽ perfectiſſime Deũ diligere, qui tamen non vendidit omnia ſua, & dedit pauperibus. prout exemplificat B. Aug. de Paulino epõ Nolẽſi. & Burg. idem uult ſupra c.xij. in correptorio primo. Idcirco ſine obſeruantia conſiliorum Chriſti poteſt quis eſſe perfectus Dei amator. Cæterum ſi perfectio obſeruantiæ dilectionis proximi potiſsime continetur in eo, quod hic dicitur: Diligatis inuicem ſicut dilexi uos, prout Bur. dicit, tunc ſequitur illud fore dictũ per modum conſilii, cum tamen dicatur in litera: Mandatum nouũ. Sed Bur. hoc uolens euadere dicit, q debet intelligi ſolis apoſtolis mãdatum, cõitati aũt fideliũ conſilium ſit. Sed hoc vr̃ irrõnabiliter di- D ctum, & in nulla ſcriptura fundatum, ſed fundat̃ ſuper falſa imaginatione. Imaginat̃.n. q Chriſtus dilexit nos in ſummo gradu perfectionis, intenſiue, extenſiue, & effectiue. ad quem gradum diligendi quia non poteſt homo de communi lege pertingere, idcirco Xp̃s eum non p̃cepit, non.n. Xp̃s p̃cepit alicui impoſsibile. Habet igitur ut dicit Bur. uim conſilii, non præcepti, cum dicitur: Diligatis inuicem, ſicut dilexi uos. Sed idem argm̃ eſt de apoſtolis, ſicut de aliis. nemo.n. ex eis ad ſummum gradum perfectionis pertingere potuit intenſiue, extenſiue, & effectiue. Oppoſitum.n. huius dãnat̃ in clemẽtinis: ad nr̃m de hæreticis. Vñ ẽt neq; apoſtolis eſſet mandatũ pari rõne, qua cęteris nõ mãdatum, cuius tñ oppoſitum dicit Bur. Pro Bur. igit̃ & ſuorum imitatorum deſolatione dico, q Bur. deceptus eſt, putans eſſe ſimilitudinẽ currentẽ quatuor pedib. Scđm.n. eundẽ Bur. in multis locis, nulla ſimilitudo debet vniuerſaliter accipi, qa iam non eſſet ſimilitudo, ſed identitas: idcirco particulariter accepta hæc ſimilitudo: Sicut dilexi uos: non cogit Bur. ad dicẽdum manifeſtum p̃ceptum fore conſilium: quia non ſeqtur: Diligatis ſicut dilexi, ſed ego dilexi in ſummo gradu pfectionis, igitur & uos. ſicut non ſequitur, ſicut ſe habet ſenſus ad ſenſibilia, ita intellectus ad intelligibilia: ſed ſenſus percipit ſua ſenſibilia materialiter, ergo intellectus intelligibilia. totum antecedens eſt verum, conſequens impoſſibile. Sicut.n. uniuerſaliter accipiendo ſilitudines, multi lapſi ſunt in piculoſos errores, ita & Ioachim abbas arguebat ex illa ſimilitudine. Pr̃ oro, vt fideles ſint vnum, ſicut ego & tu vnum ſumus, ſed fideles non põt eſſe vnum, niſi collectiue, ergo perſonæ diuinæ non ſunt in communi eſſentia, ſed collectiue. qui error damnatur extra de ſum. tri & fi. catho. damnamus. Vnde beatus Greg. aliter exponit illud mandatum q̃ Bur. Dicit.n. Diligite inuicem, ſicut ego dilexi uos. hoc eſt, amate inuicem ad quod amaui vos. Sic igitur accipitur ſimilitudo quo ad terminum amoris, q̃a amor Dei erga nos ordinatur ad gratiam & gloriam, ita & noſter amor inuicem, etiam quamuis ſecundum intenſiuum modum non eſt nobis poſſibile Chriſto aſſimilari in dilectione, tñ ĩ extendendo ad omnes etiã hoſtes, poſſibile eſt, immo non difficile, quia de diligendis inimicis nemo unq̃ in ueritate poterit ſe excuſare, ut uult B. Aug. Eſt igitur p̃ceptum charitatis ſic excẽſum nouum & leue reſpectu proximi, multo autem leuius reſpectu Dei. quia uoluntas ſequendo rectam rationem in Deo nihil reperire poteſt niſi diligibile, quia non niſi bonum immo optimum, per conſequens ſuper omnia diligendum. Oportuit igitur Burg. alium habere reſpectum, quando circa.xx. ca. Exo. dicit præceptum de dilectione eſſe arduiſſimum. Vide ibi.

16. de ciuit. Dei. ca. 26. tom. 5. & 1. retra. c. 12. tom. 1. 1. de ciuita. Dei. ca. 10. to. 5.

Similitudo Identitas

Error Abbatis Ioachim

Ser. de tem. 59. ſerm. 6. poſt dom. in Quinq: ſer. 1. tom. 10.



VNiVERSiDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

## CAP. XIIII.

ᵃ ET ait diſcipulis ſuis ᵃ
¶Autem. ª ¶ Pro morte mea carnis, quia Deus ſum, qui ſuſcitabo carnem.
Non turbetur cor ᵇ
ª ¶ Quia ſi creditis in Deum, conſequitur ut & in me, quia ego Deus ſum.
ueſtrum: † creditis in Deum, & in ᶜ
ª ¶In iuſtis.
ᵇ me credite. † In domo patris mei ᵈ
ª ¶ Diuerſa premia meritorum. ¶Si non eſſet. ¶.i.ſi in aliquo.
ᶜ manſiones multæ ſunt. † Si quo mi ᵉ
ª ¶Si non eſſent paratæ uel prædeſtinatæ, ſed eſſent præparandæ uel prædeſtinandæ, tunc uado &c. ¶ Vadit parare, non ut paratæ ſunt, ſed ut ſint parandæ, illud negat hoc affirmat.
ᵈ nus dixiſſem uobis: quia uado para ᶠ
re uobis locũ. Et ſi abiero, & præpa ᵍ
ª ¶Apparebo in iudicio.
rauero uobis locũ, iterũ † uenio & ʰ
ª ¶ Introducam in manſiones ut maneatis perfruendo.
accipiã uos ad meipſũ, vbi ego ſũ, ⁱ
¶Sed ne quærant ubi ſit hoc, ſubdit, quo.i. ad patrem. Et nota quod ibi eſt ut Deus, & illuc uadit ut homo, cum ſit una perſona Deus & homo.
ᵉ et vos ſitis. Et quo ego vado, ſcitis: et ᵏ ˡ

† Si minus alioqui
† Creditis in Deum, & in me credite, uel creditis in Deum, & in me creditis, uel credite in Deum, & in me credite
† uenturus ſum

### GLOS ORD CAP. XIIII.

ᵃ *Dixit aut.* Sequitur *Non tur.* Aug. Ne aũt mortẽ tanquã hoĩs timerẽt, & iõ turbarent, conſolatur eos, ſe ẽt Deũ eſſe dicẽs. Ne aũt iterũ ſibi timerẽt, quaſi ab eo perituri, cũ cõfidẽtiori Petro dictũ ſit, negabis: certificat poſt tẽtationes ſe apud Deũ cum Xpo mãſuros eſſe, q̃a etſi differẽtes, nullus tñ alienabit a domo in qua q̃ſq; habet mãſionẽ ꝓ merito. Per denariũ q̃ dẽ oĩb. ſignãt vna & nõ diuerſa uiuẽdi in æternitate mẽſura. Per mãſiones ſignãt diuerſæ dignitates in eadẽ æterna vita, q̃a alia claritas ſolis, alia claritas lunæ, alia claritas ſtellarum.

*In mãg. Io. c. 14. tract. 69. in prin. tom. 9.* — *Et ait diſcipulis ſuis* — *1. Cor. 15. f*

ᵇ *In domo.* Domus Dei, tẽplũ Dei, regnũ Dei. Regnũ cælorũ, ſunt hoĩes iuſti, in q̃b. ſunt multæ dr̃iæ inter ſe. Et hæ ſunt manſiones ipſius domus. Hæ aũt iã paratæ ſunt in ꝑdeſtinatione, ſicut ait Apoſtolus: Qui elegit nos añ mũdi cõſtitutionẽ prædeſtinando. Parandæ ſunt in operatione. unde: Quos ꝑdeſtinauit, hos & uocauit & iuſtificauit & magnificauit. Et ſecũdũ hoc dr̃: Fecit Deus quæ futura ſũt. i. quo facturus eſt. Augu. Mõ iuſti ſunt regnũ Dei & regnũ cælorũ ut dr̃: Colligent de regno eius oĩa ſcandala. Sed & de eiſdem dicitur: Fulgebunt iuſti ſicut ſol in re. pa. eorum. i. regnum in regno. Q̃d etiam oratur. Adueniat regnum tuum. Et in fine: Percipite regnum. i. qui regnũ eratis & non regnabatis, modo regnate: quod eratis in ſpe, ſitis in re.

*De pe. d. 4. c. in dño* — *Epheſ. 1. a* — *Rom. 8. f* — *Vbi ſupra* — *Eccl. 3. c* — *Mach. 13. f* — *Ibidem.* — *Ibidem 6. b* — *Ibid. 25. c*

ᶜ *Si quo minus* i. ſi non prædeſtinaſſem manſionem, quod eſt inconueniens quantum ad Deum, qui omnia bona ante oĩa tp̃a ꝑdeſtinauit: tũc mõ ꝑparar ẽ. i. ꝑdeſtinarẽ. q̃d iterum eſt inconueniẽs, q̃tũ ad Deũ ꝑñtialiter aliq̃d ꝑdeſtinare. Aug. Cõfirmat eſſe: q̃a ſi non eſſent, dixiſſet, ibo & parabo. i. ꝑdeſtinabo, ſed quia iã ibi ſunt, nõ eſt opus aliqua parare. Quia uero nõdũ ſunt in operatione, addit: *Et ſi abie. & pra.* Abiẽs ſed nõ relinquẽs parat, q̃a ſubtrahit ſe & latet, vt ſit fides, q̃ nõ eſt de re uiſa, & inde eſt meritũ fidei. Ex hac uiuit iuſtus, & mundat̃ ei cor, dũ peregrinat̃, & in ea deſiderat̃ q̃d nõdũ habetur. Et hæc eſt ꝑparatio mãſionis, q̃a ſic parat nos ſibi & ſe nobis ut maneat in nobis, & nos in eo q̃tũ q̃ſq; erit particeps eius plus uł minꝰ ꝓ diuerſitate meritorũ. Et hæc multitudo mãſionũ ẽ.

*Vbi ſupra* — F

ᵈ *Et ſi abiero.* Aug. Abiit latendo, venit apparendo, ſed manet regendo, ut proficiamus bñ uiuendo, & ſic parat̃ locus. Aug. Fides q̃ non videt, credit: nam ſi uideret, non eſſet fides, credẽti colligitur meritum, cũi redditur præmium. Eat ergo Deus & paret locum, eat ne uideatur, lateat vt credatur. Tunc. n. locus parat̃, ſi ex fide iuuat̃ creditus. Deſideretur, vt deſideratus habeatur. Deſiderium dilectionis, ꝑparatio eſt mãſionis.

ᵉ *Et quo ego va.* Hoc dictum eſt ſecundum quoſdam, qui ſciebãt & filiũ & patrẽ. Thomas uero & ſi putaret ſe neſcire, conuincit̃ ꝑ hoc ꝙ ipſum nouit, & uiã ſcire & uitã. i. filiũ & patrẽ. De iſtis ſciẽtib. ſubditur: Amodo cognoſcetis eũ ꝑ me cognitũ, & uidiſtis eum in corde, dũ me ꝑ omnia ſimilẽ ei uidiſtis. Sed alii erant (de quib. eſt Philippus) neſcientes: & ſic ſcirent iſtũ filium, illum patrem, non putabãt filiũ ex toto ſimilem, ſed patrem meliorẽ, & ita nec patrẽ, nec filium ſciebãt. Quo aĩo Philippus dicit: Oñde nobis pr̃ẽ, & ſufficit. In quo ſufficientia, & non in te. Vnde increpatur nec filium ſcire.

*Iban. 14. b*

Dicit

### NIC. DE LYRA CAP. XIIII.

ᵃ ET ait di. ſu. *Poſtquam ergo Chriſtus confortauit diſcipulos ſuos exemplis, hic confortat eos uerbis. Et diuiditur in duas: quia primo confortat eos contra deſolationem ipſorum de Chriſti morte. Secundo contra deſolationem in tribulatione poſt mortem Chriſti eis imminente, c. ſe. Ego ſum uitis uera. Prima in duas: quia primo conſolatur diſcipulos de ſua morte, rationibus ſumptis ex parte diſcipulorũ remanentium. Secundo rationibus ſumptis ex parte Chriſti dimittentis eorum conſortium, ibi: Non turbetur cor ueſtrum. Prima in tres, quia primo conſolatur remanentes promittendo eis acceſſum ad patrem per ipſum. Secundo, promittendo eis ſpiritusſancti donũ, ibi: Si diligitis. Tertio, promittendo eis ſuum reditum, ibi: Non relinquã uos. Prima in tres: quia primo proponit intentum. Secundo: manifeſtat propoſitum, ibi: Et quo uado ſcitis. Tertio dubium remouet, ibi: Dicit ei Philippus. Circa primum ſciendum, quod prædixerat eis Iudæ proditionem, & Petri negationem & ſui abſentiam & mortem: quæ omnia erant eis turbationis materia. Ideo dicit:*

*Diuiſio*

ᵇ Non tur. cor ue. *propter prædicta. Quod autem aliqui libri habent hic: Neq; formidet: non eſt de textu: ſed infr. eo. ca. ponitur, vt uidebitur.* G

ᶜ Creditis in Deum. *In quo exprimit ſuam deitatem manifeſte, aliter conſequentia non ualeret.*

ᵈ In domo. *Domus patris hic uocatur gloria cæleſtis, in qua ſunt multi gradus & diſtinctiones, quia quamuis ſit idem obiectum beatitudinis nullam diuerſitatem habens, tamen ex parte beatorum eſt diuerſitas in participando iſtud obiectum ſcd̃m uarietatẽ meritorũ: quia aliqui vident alijs clarius & fruuntur perfectius, ſcd̃m maiorẽ habitus charitatis qui facit animam capacem obiecti beatitudinis:*

ᵉ Si quo. *quaſi dicat. ſi in cæleſti beatitudine eſſet aliquid minus uel defectuoſum, dicerem uobis.*

ᶠ Quia ua. *ſed non eſt neceſſe, quòd uadam ad præparandum, quia in Deo eſt bonitas perfecta æternalis, & etiam immutabiliter & multipliciter participabilis à beatis. Numerus etiam electorũ & terminus meritorum, eſt æternaliter & immutabiliter prædeſtinatus: & ſic totum paratum eſt ab æterno, ſecundum quòd dicitur Mat. xxv. Poſſidete paratum uobis regnum à conſtitutione mũdi. Sed huic expoſitioni uidetur repugnare quod ſequitur.* Et ſi abiero &c. *ergo uidetur ꝙ iret ad præparandum. Dicendum, quod beatitudo uel locus ipſius non indigebat aliqua præparatione, ut dictum eſt, & ſic loquitur ſaluator in litera præcedenti. ipſi autem electi indigent præparatione ad hoc quòd poſſint beatitudinem conſequi, quia licet ſint ab æterno prædeſtinati, tamen beatitudinem non conſequuntur, niſi mediante gratia quæ datur temporaliter in præſenti. Quando ergo dicit ſaluator:*

ᵍ Si abie. *Non eſt intelligendum, quòd in gloria cæleſti aliquid aſcendendo præparauerit, ſed quia per aſcenſionem ſuam donum ſpiritusſancti fidelib. miſit, per quod præparantur ad conſequutionem beatitudinis.*

ʰ Iterum ue. & ac. u. *Ex hoc verbo dixerunt aliqui hæretici, quod electi non aſſumuntur ad gloriam uſque ad diem iudicij: & tunc primo aſſumentur quando Chriſtus ueniet iterũ in forma humana ſecundũ q̃d dicitur Act. 1. b. Hic Ieſus qui a uobis aſſumptus eſt, ſic ve. &c. Sed hoc eſt expreſſe contra dictum apoſtoli. Cupio diſſolui & eſſe cum Chriſto. Et. ij. ad Cor. v. Scimus quoniam ſi terreſtris domus noſtra habitationis huius diſſoluatur, habemus domum non manufactam in cælis. Ex quib. patet, quòd anima exuta à corpore non habens impedimentum culpæ uel pœnæ temporalis debitæ, ſtatim euolat ad gloriam. Hoc etiam patet ratione: quia talis anima per gratiam, quam habet, digna eſt gloria, & non habet impedimentum propriæ perſonæ, nec totius naturæ: quia illud impedimentum per Chriſti mortem fuit ablatum. Et ſic intelligitur præparaſſe beatitudinis locum inquantum per mortem ſuam amouit impedimentum naturæ: & aſcendens ad cælos, miſit donum gratiæ, quæ ambo erant neceſſaria ad conſequutionem gloriæ. Sciendum igitur ad intelligendum uerbum Chriſti, cum dicitur:* Iterum uenio &c. *quòd Chriſtus dupliciter uenit ad accipiendum fideles. Vno modo, ad accipiẽdum eos ad beatitudinem animæ, & ſic quotidie venit ad eccleſiam, accipiendo a corporibus animas ſanctas, & transferendo ad gloriam. Iſte tamen aduentus non eſt in præſentia corporali. Alio modo veniet in fine mundi corporaliter ad aſſumendum fideles ad beatitudinem animæ & corporis ſimul. Et quantum ad hoc verum eſt verbum illorum, quòd fideles non aſſumuntur ad beatitudinem vſq; ad diem iudicij, intelligendo de beatitudine corporis & animæ ſimul. Hoc tamen eſt intelligendum de cõi lege: quia aliqui ſancti ex priuilegio ſpãli ſunt iam in beatitudine æterna aĩa & corpore: quia ſaltem hoc pie creditur de beata uirgine.*

*Error* — *Philip. 1. c* — H — *Chriſtus uenit dupliciter ad accipiendum fideles*

ⁱ Vt ubi. *Dicit:* ego ſum: *quia ante paſſionem ſuam iam erat beatus perfecte inquantum Deus, & inquantum homo quo ad animam.*

ᵏ Et quo ego uado. *Hic manifeſtat quod dixerat. ſ. quòd per ipſum habebant acceſſum ad patrem, quia ipſe eſt uia ſecundum humanitatem, & pater eſt terminus, ipſe autem de vtroque inſtruxerat. Ideo dicitur:* Et quo ego uado ſci. *ſ. ad patrem.*

ˡ Et uiam ſci. *Via, per q̃ iuit Chriſtus, fuit mors ipſius, ipſe autem Chriſtus vel ſequela ipſius, quod pro eodem hic accipitur, eſt via per quam alij veniunt ad patrem. & de his omnibus diſcipulos inſtruxerat.*

¶ licet

### MORALITER.

✱ ᵃ *Et ait di. &c. Non t.* Quoniam immediate ante dixerat Petro, ter me negabis, timuerunt alii, ne ſimile contingeret eis. Qui licet non negauerunt verbo, tamen quodammodo contigit facto, Chriſtum in ſua captione fugientes. ideo ne deſperarent de ſalute dixit eis.

*Supra 13. Mat. 26.*

ᵇ *Non tur. &c.* q. d. poſt lapſum remanet uobis pœnitentiæ remedium: ꝑ q̃d lapſus aliquando reſurgit ad æqualem vel maiorẽ gratiæ gradum. & per hoc omnib. lapſis Chriſtus dedit ſpem ſalutis.

ᵈ *In domo patris mei manſiones.* Hac ratione conueniunt manſiones multæ cum denario diurno, quia etſi alter minus, alter

✱ amplius



ᵃ uiã ſcitis. Dicit ei Thomas, Domi- ᵃ
¶Id eſt me ad ipſum.
no, neſcimus quo vadis, & quomo
do poſſumus uiã ſcire? Dicit ei Ie-
ª ¶Via ſine errore quærentibus, ueritas ſine falſitate inuenientibus, uita ſine morte permanentibus.
ſus: † Ego ſum uiã, ueritas, & uita. ᵇ ᶜ
¶Et cum ſim via. ª ¶Veſtrum. ¶ Cum quo ſum ueritas & uita
Nemo uenit ad patrẽ niſi per me. ᵈ
¶Viam. ª ¶Qui idem ſum cum patre.
ᵇ Si cognouiſſetis mẽ, & patrem me ᵉ ᶠ
um utiq; cognouiſſetis: & amodo ᵍ
ª ¶Non tamen oculis corporeis.
ᶜ cognoſcetis eum, & uidiſtis eum, ʰ
Dicit ei Philippus: Domine: oſten- ⁱ ᵏ
¶Non intelligens illum omnino ſimilem patri.
ª ¶Q. Qui maior te eſt.
ᵇ ¶Quia in eo ſufficientia erit nobis.
de nobis patrem, & ſufficit nobis.
Dicit ei Ieſus. Tanto tempore uo- ˡ ᵐ
ª ¶Quia nec filium nouit, qui patrem meliorem credit.
biſcum ſum, & nõ cognouiſtis me?
ª ¶Vere me nõ nouiſtis, quia ſi me nouiſſetis & patrem
ᵇ ¶Spiritualibus oculis.
Philippe qui † uidet me, uidet & pa ⁿ ᵒ
ª ¶Non quia aliud ſit filius, aliud pater, ſed quia omnino ſimilis.
ᵈ trẽm. Quomodo tu dicis? oſtende ᵖ
ª ¶Quod ſi nondum credere & uidere potes.
nobis patrem? Non credis, quia ᵍ
ª ¶Cur ergo inſeparabiles ſeparatim uis noſcere.
ego in patre & pater in me eſt? Ver- ʳ
ª ¶Sic eſt æqualis alter alteri, ut tamen alter ex altero.
ᵉ ba quæ ego loquor vobis, à meipſo
nõ loquor. Pater aũt in me manẽs ˢ
¶Et cum facit in me, non creditis quia e. in p. Hic oſtenditur non ſolus Philippus arguendus.
ipſe facit opera. † Nõ creditis, quia ᵗ
¶Quod ego in patre & pater in me eſt. ſi enim ſeparati eſſemus, nullo modo inſeparabiliter operari poſſemus.
ego in patre: & pr̃ in me eſt? † alio ᵘ
quin propter opera ipſa credite *.
ᶠ Amen amen dico uobis, qui credit, ˣ
ª ¶Ecce fides, quæ operatur per dilectionem. ᵇ ¶Non ergo credit qui non facit. ᶜ ¶Prius ego poſt ipſe, quia ego facio, ut ipſe faciat.
ᵍ in me opera, quæ ego facio, & ipſe

† Si diſti. ſi cognouiſſetis — † Vidit me uidit — † ſupra 5. — * mihi

ᵃ *Di. ei.* Quo & qua itur, dixit eos ſcire q̃ mõ mẽtitur, ſed Thomas dicit eos vtrumq; neſcire, neſciens eo ſcire, ſed Chriſtus conuincit eos ſcire, quia ſi eũ ſciebãt, & ipſe eſt via, viam ſciebant: & ſi ipſum ſciebant, & ipſe eſt veritas & vita: tũc ſciebãt veritatem & vitam, ad q̃ vadit. ipſe ergo per ſe viam, ad ſe veritatem & vitam & ad patrem, quia cũ patre unum eſt, uadit. Nos pro quibus dicit: Nemo venit ad pr̃em niſi ꝑ me, per ipſum ad ipſum & ad patrem uadimus. Cum Chriſtus ſit deus & homo, ſecundum hominem uenit ad homines, & ſecundum hominem glorificatum redit ad ſe Deũ, q̃ eſt cũ pr̃e vna ueritas & uita. Sic & ſui in glorificatione venient ad ipſam veritatẽ viã & uitã, & tam ſibi q̃ illis eſt uia ꝑ obedientiã. unde: Propter q̃d exalta illũ. d. &c.

A — *Supra 6. g* — *De pe. di. 2. c. ſi eni. ſ. vnde Dauid* — *Phil. 2. b*

ᵇ *Si co.* Quia dixerat, nullũ venire ad patrem niſi per ſe, qui eſt inſeparabiliter idem cum patre, ne quærerent quis eſt pater, oſtendit ex ſe noto noſci patrem, quod nondum quidam cognouerant, quos arguit dicens. *Si cogno.*

ᶜ *Et ui. eum.* Vt de duobus omnino ſimilibus dicitur: Si iſtum uidiſti, illum uidiſti, viderãt ergo quam ſimillimum filium, ſed monẽdi erant, ut talẽ etiam patrem intelligerent, & non diſſimilẽ.

ᵈ *Q̃uo tu dicis.* Et cũ oĩno ſimilis. *Q̃uo tu di.* Q uideo quo animo dicas. non q̃ris alterum ſimilem, ſed putas meliorem.

ᵉ *A meipſo.* Quia non ſum a meipſo q̃ loquor. ei tribuit quod facit, de quo eſt ipſe qui facit.

ᶠ *Qui cre. in me.* Ego & pater indifferenter operamur. Et quicumque credit in me (ne de ſolis ap̃lis hoc acciperet̃) opera, quæ ego facio per me, ipſe faciet. i. ego facio in eo uel per eum, & etiam maiora. Et quod non ille faciet, ſed ipſe in eo, oſtẽdit, quia ua. ad pa. & quod pe. patrem in no. meo hoc faciã. prius facio ut poſtea faciat.

*Non* — B

ᵍ *Opera quæ e. fa.* Non tamen ex ſe, ſed ex me. Non eſt ſeruus maior domino. Ipſe enim ſine eis multa, illi ſine eo nihil, niſi peccatum.

*Sup. 13. b*

Ma.

### NIC. DE LYRA.

¶ *licet non intellexiſſent ad plenum propter quod ſubditur:*

ᵃ Dicit ei. Tho. Do. neſc. quo ua. &c. *Et ſic negat ſe ſcire utrumque. ſ. uiam & terminum. propter quod uidetur dictum eius uerbo Chriſti eſſe contrarium. Dicendum, quod non eſt inconueniens vnum & idem ſciri & ignorari diuerſimode. Cognitio enim humana procedit de imperfecto ad perfectum ut habetur. 1. Phyſicorum. & ideo illud, quod ſcitur in generali & confuſe, bene ignoratur in particulari & determinate. Sic erat in propoſito, quia Chriſti doctrinam in quodam generali et confuſo acceperant: & ſic Chriſtus dixit eos ſcire. Determinate autem & perfecte adhuc neſciebant: & ſic Thomas negauit ſe ſcire. propter quod Chriſtus magis explicat in particulari:*

*Dubium* — *Thom. 2.*

ᵇ Ego ſum uia. *ſecundum humanitatem: quia ea, quæ geſſit in humanitate, ſunt uia perducens nos ad gloriam.*

ᶜ Veri. & ui. *Licet enim Chriſtus inquantum homo ſit uita beatitudinis, vt dictum eſt, tamen inquantum Deus, eſt beatitudinis terminus, ſicut & pater, quia eadem eſt eſſentia & bonitas amborum: in cuius uiſione clara & perfecta fruitione conſiſtit beatitudo & ideo dicitur ueritas ratione uiſionis, vita ratione fruitionis. Et quòd ſit uia ratione humanitatis oſtendit dicens:*

ᵈ Nemo ue. ad pa. ni. per. *In me credendo & opere imitando. Quod etiam ſit terminus beatitudinis ſicut & pater, oſtendit dicens:*

ᵉ Si cognouiſſetis me. *Perfecte quantum ad deitatem.*

ᶠ Et pa. meum utique co. *Quia pater & filius unum ſunt in deitate.*

ᵍ Et amo. cog. *i. a tempore paſſionis, quia poſt paſſionem immediate aperuit illis ſenſum, ut intelligerent ſcripturas, ut habetur Luca ult. g. & ex tunc habuerunt pleniorem cognitionem de myſterio trinitatis.*

ʰ Et ui. eum. *Quia uidendo Chriſtum uiderunt ſuppoſitum filij, in quo eſt natura diuina, quæ eſt idem quod pater, & ſic in filio quodammodo patrem uiderant. Aliter exponitur:* Vidiſtis eum. *i. audiſtis ut habetur Exo. xx. c. Populus videbat uoces, ubi accipitur uidere, pro audire: Si quæratur ubi populi audierant uocem patris? Dicendum, quòd audierãt cum reſpondit Chriſto. Clarificaui, & iterum clarificabo, ſicut prædictũ eſt ca. xij. Aliqui etiam illorum uocem patris audierant in transfiguratione. ſ. Petrus, Iacobus & Iohannes ut habetur Mat. xvij.* C

ⁱ Dicit ei Phil. *Hic Chriſtus remouet dubium ex verbis ſuis exortum. Et diuiditur in duas, quia primo remouet dictum dubium. ſecũdo probat propoſitum, ibi: Verba quæ ego. Dixerat enim, quod apoſtoli cognouerant patrem & uiderant. ideo credidit Philippus quòd pater poſſet videri oculis corporalibus ſicut & filius. iõ ſtatim dixit:*

ᵏ Domine o. no. pa. & ſuf. *quaſi dicat credo verbo tuo, ſed patrem uidere deſidero.*

ˡ Dicit ei Ieſus. *Oſtendendo qualiter pater uidetur: quia nõ uidetur oculis corporalibus, nec oculis mẽtis uiſione intuitiua in hac mortali uita niſi à Chriſto homine. ideo ſequitur:*

ᵐ Tanto tempore uobiſcum ſum. *q. d. magna ruditas eſt, quòd tandiu doctrinam meã audiſtis, & adhuc ita parum me cognoſcitis ſecundum deitatem.*

ⁿ Philippe, qui ui. me. *ſecundum deitatem:*

ᵒ Videt & patrem meum. *Sicut. n. pater non uidetur, niſi in beatitudine, ſic nec filius in ſua deitate: quia illa uiſio eſt merces. Et quia talis non eſt homini concedenda in via, ideo ſubdit:*

ᵖ Q̃uo tu dicis, oſtende no. pa. *Quia oculis corporalibus non eſt uiſibilis, cum ſit ſpiritus, vt ſupra dictum eſt c. iiij. nec oculis mentalibus videtur in præſenti, ut dictum eſt & ideo debet ſufficere habere noticiam fidei de eo. propter quod ſubdit:*

ᵍ Non credis, quia ego in pa. *q. d. iſtud debes credere, & hoc ſufficit tibi ad ſalutem.*

ʳ Ver. quæ e. lo. *Remota dubitatione Philippi per hoc quòd in præſenti de patre & filio non habetur notitia niſi fidei, hic conſequenter oſtendit, quòd debeant credere. & hoc declarat tripliciter. Primo per ſuã doctrinam, quæ erat autentica, quia ſicut lingua Chriſti ab anima mouebatur ad loquendum de conceptu animæ, ſic anima eius in omnibus regulabatur ab ipſa deitate. & ideo uerbum eius in nullo deuiare poterat à ueritate. ꝑpter quod tali doctrinæ debebant firmiter aſſentire. & hoc eſt quod dicitur:* Verba quæ ego lo. *id eſt ab humanitate tantum: ſed à deitate modo prædicto. Hoc etiam patet ex mundicia & perſequutione doctrinæ Chriſti, quia non poteſt eſſe maior, intantum quod etiam ſine miraculis dignum eſſet ei credere. Secundo hoc probat per opera diuinitus facta ad teſtimonium ueritatis doctrinæ Chriſti: quæ ſunt efficaciſſimum argumentum veritatis, vt frequenter patuit ex ſupra dictis. & hoc eſt quod dicitur ſunt.* D

ˢ Pa. autem in me ma. *Filius enim & pater ſunt vnum in uirtute operatiua, ex qua fiebant miraculoſa opera.*

ᵗ Non cre. quia ego in pa. *Qualiter pater ſit in filio, & econuerſo, dictum eſt ſupra ca. x.*

ᵘ Alioquin &c. *q. d. ſi uerba non inducunt vos ad credendum: opera miraculorum totam naturæ virtutem traſcendentia debent uos ad hoc inducere. Tertio probat hoc idem ex operibus, quæ fecit Chriſtus per apoſtolos. quia non ſolum in propria perſona miracula fecit, ſed etiam per apoſtolos, & per hoc patet, quod virtus perfecta faciendi miracula, erat in Chriſto, inquantum non ſolum per ſe. ſed etiam per homines ſimplices & illiteratos miracula faciebat. & hoc eſt quod dicitur:*

ʰ Amen amen dico uo. *Et bene dicit? Qui credit, quia ſicut Chriſtus faciebat miracula per hoc quod eius humanitas erat deitati coniuncta in vnitate ſuppoſiti, ſic & apoſtoli faciebant ea inquantum erant per fidem Chriſto coniuncti.*

¶ Et maiora

### MORALITER.

✱ amplius exultat, omnes tamen unum gaudium conditoris ſui uiſione lætificat.

ᵇ *Ego ſum uia ueritas & uita.* Hilarius. Non enim nos in erratica atque in inuia deduxit ille, qui uia eſt, neque illudit per falſa, qui ueritas eſt, neque in meritis reliquit horrorem qui uita eſt.

ᵐ *Tanto tem. uobiſcum ſum.* Hoc poteſt dici multis ſecularibus, qui poſt annos uitæ ſuæ plures ignorant diuina præcepta, quorum cuſtodia neceſſaria eſt ad ſalutem, Matth. xix. ca. Si uis ad uitam ingredi, ſerua mandata. Poteſt etiam dici pluribus religioſis, qui negligunt ſcire ſuam regulam & ſtatuta.

 ✱ *Et quodcunque*

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

a *Ma.* Aug. Quia ſi ipſe fimbria, Petrus vmbra ſanauit. Vel E opus eius eſt, ꝙ per ſe loquitur, & docet aliquos: diſcipulis uero loquentibus plures crediderũt. Vel quę ego facio .i. fidem, & ipſe faciet: quia ego prius, poſt ipſe, & maiora horum quæ ego ſine eo. Alia, n. opera facit in nobis, ut faciamus & nos .i. credere: vnde iuſtificatur impius. Alia ſine nobis, ut ꝙ tunc prędicabat uerba iuſticiæ. Et de his dicit q̃ tunc agebat, & non de omnibus uniuerſaliter operibus, Vel quod facit in nobis, nõ ſine nobis, maius eſt omnibus quæ ſine nobis facit, ut quòd ex impio fit iuſtus, maius eſt omnib. cælo & terra &c. qa illa tranſibunt, hoc manebit. Et in illis eſt tantum opus Dei, in iſtis imago Dei. Sed & ſi angelos fecit, maius uidetur impios iuſtificare quam iuſtos creare, quia ſi vtrumque æqualis potẽtiæ, hoc eſt maioris miſericordiæ.

In euã. Ioã. c.14.tra.71 cir.ſi.to.9. Luc. 8. f Act. 5. c

b *Si dili. me.* Qũo monet diligere & ſeruare mandata, vt accipiant ſpiritum, quem niſi habeãt non põt diligere & ſeruare? Sed ꝙ habeat minus occulte, accepturi erant amplius manifeſte, vt eis innoteſceret quod habebant.

† Mat. 21. c Marc. 11. c

c *Quia non ui.* Nõ habent ſpũales oculos mũdi amatores qb. ſpũmſanctũ videant. Nec vero carnalibus oculis poſſunt videre, quia ſpiritusſanctus non apparuit indutus humanitate &c.

d *Et in uo. erit.* Erit in vobis, vt maneat, non manebit vt ſit, quia prius eſt eſſe alicubi quam manere: Ne quis ergo putet ſic manere, vt hoſpes apud aliũ viſibiliter, ſed in eis eſt: & ideo ab eis cognoſci poteſt, non ab aliis.

† cognoſcitis † manet

e *Non relinquam.* Non ita dabitur ſpiritus pro me, ut ego etiam non ſim uobiſcum. Orphani. Græce, pupilli Latine, eſt.

F f *Adhuc modi.* Sed mundus, qui modo uidet oculis carnis, poſt modicum nõ videbit, quia reſuſcitatus ſe eis non oſtendit, ſed totum tempus modicum eſt, quo finito auferetur impius, ne videat gloriam Dei, quam iuſti uidebunt.

Iſa. 26. b Secundũ aliã tràſlationẽ. † de conſe. diſtin. 2. in Chriſto pater

Quia

a faciet, & maiora horũ faciet, quia ego ad patrem vado. Et quodcũq; 
(a ¶ Ad ſalutem, alia propitius dat, iratus non daret. ¶ Hoc addit, ne putetur ꝙ promiſerit ſine patre facturus.)
petieritis patrem in nõmine meo, 
(a ¶ Statim uel poſt. ¶ Non facit ſine patre filius, quoniam quidem ideo facit, ut in eo pater glorificetur.)
hoc faciam, ut clarificetur pater in filio. † Si q̃d petieritis me in nomine meo, hoc faciam. Si diligitis me, 
(a ¶ Vt faciatis quæ ego facio, ut faciam quæ petitis.)
mandata mea ſeruate. Et ego rogabo patrem: & alium † paracletũ dabit vobis: vt maneat vobiſcũ in ęternum, 
(a ¶ In quo euidenter oſtenditur dilectio mandantis. ¶ Rogat homo, inquantum Deus dat. b ¶ Aduocatum uel cõſolatorem, ſicut ego ſum uobis præſens carne, a ¶ Hic ut ad quadam ut illuſtret & alia huiuſmodi faciat, poſt, ut ad uidendam ſpeciem introducat. a ¶ Scilicet ſanctum qui patri & filio coæternus eſt & conſubſtantialis. b ¶ Remanens amator mundi. cum quo nunquam eſt amator Dei.)
ſpiritum ueritatis, quẽ mundus non poteſt accipere, quia nõn 
(a ¶ Non habet inuiſibiles oculos, quibus inuiſibiliter uideatur ſpiritusſanctus. ¶ Nec ſciendo intelligit.)
uidet eum, nec ſcit eum. Vos autem † cognoſcetis eum; quia apud uos † manebit & in uobis erit. 
(¶ Indicat ſe patrem illis.)
Non relinquam uos orphanos, 
(a ¶ Poſt reſurrectionem carne & præſentia deitatis. ¶ Sed.)
ueniam ad uos. Adhuc modicum, 
(a ¶ Tempus.)
& mundus me iam non videt. † Vos autem uidebitis me:

f Et ego rogabo pa. *Hoc conuenit Chriſto inquantum homo, & aduocatus noſter eſt.*

G *Vbi ſupra tract. 7.*

g Et alium para .i. *conſolatorem: Dicit autem alium, ad oſtendendum diſtinctionem filij & ſpiritusſancti in perſona.*

h Vt maneat uobiſcum in æter. *quaſi dicat: Iſte conſolator non auferetur à vobis, ſicut ſubtrahitur humanitas mea per mortem, ſed æternaliter erit vobiſcum: hic per gratiam, ſed in futuro per gloriam:*

i Spiritum ue. *Tum quia eſt eſſentialiter ipſa veritas, tum quia docet ueritatem.*

k Quem mundus. *id eſt homines mundiales affectum in terrenis ponentes, quia non ſunt ad hoc diſpoſiti, ideo ſequitur:*

l Quia non vi. *id eſt dirigit intentionem ad ipſum.*

m Nec ſcit eum. *id eſt conoſcit, quia ſola bona ſenſibilia ſunt hominibus mundialibus nota, ſecundum quod dicitur. 1. Cor. ij. d. Animalis autem homo non percipit, ea quæ ſunt ſpiritus Dei &c.*

n Vos autem cognoſcetis eum. *per ſpecialem reuelationem et per ſenſibile ſignum, quia ſpiritusſanctus ſuper apoſtolos in linguis igneis apparuit.* † conſolatorem

o Quia apud uos manebit. *quia non receperunt eum per modum paſſionis tranſeũtis, ſed habitus firmiter permanẽtis, inquantum fuerunt in gratia confirmati.*

p Et in uobis erit. *Hoc dicit ad denotandum familiaritatem ſpiritusſancti erga ipſos diſcipulos.* Act. 2. a

q Non relinquam uos. *Hic conſolatur eos promittendo eis ſuum reditum, quia de hoc dono ſpiritusſancti quod adhuc ignorabant, parum erant conſolati. Et diuiditur in duas, quia primo promittit ſuum reditum. & ſecũdo bonorum ſuorum beneficium ibi. Hæc loquutus ſum vobis. Prima in tres, quia primo promittit ſuam viſitationem, ſecundo aſſignat huius rationem ibi. Qui habet mandata. Tertio, remouet diſcipuli dubitationẽ, ibi: Dicit ei Iudas. In prima igitur parte dicit ſic:* Non relinquam uos orphanos. *Orphanus dicitur priuatus patre carnali, qui*

H

*vult à Deo in filium adoptari, oportet eum enim carnalem affectum ad parentes relinquere, inquantum eſt contra Deum, ſecundum quod dicit Saluator. Qui non odit patrem & matrem &c. Sequitur, non poteſt meus eſſe diſcipulus. apoſtoli autem talia reliquerant, ideo quodammodo orphani erant reſpectu parentum carnalium, & ſic erant filij Dei per adoptionem: propter quod Chriſtus gerebat curam de eis ſicut de filijs. propter quod ſubditur:* Luc. 14. f

r Veniam ad uos. *non ſolum ſpiritualiter conſolando, ſed etiam corporaliter viſitando & in fide confirmando. quod fecit Chriſtus poſt reſurrectionem ſuam apparens apoſtolis per. xl. dies, & loquens eis de regno Dei ante ſuam aſcenſionem, vt habetur Act. 1. a.*

ſ Adhuc modicum & mundus me iam non uidet. *quia modicum temporis erat vſque ad tempus ſuæ mortis, per quam aſpectus ſuæ humanitatis ſubtrahendus erat apoſtolis.*

t Vos autem uidebitis me. *Poſt reſurrectionem enim non fuit viſus omnibus ſicut ante, ſed ſolum apoſtolis & aliis diſcipulis, vt habetur Ioh. xx. e. Et ſubditur cauſa ſuæ reſurrectionis, cum dicitur:*

¶ Quia

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ a Et maiora. *Hoc patet primo in doctrina. Plures enim conuerſi ſũt ad fidem per prædicationem apoſtolorum, quam per prædicationẽ Chriſti, quia per eos conuerſa eſt multitudo gentium, per prædicationem autem Chriſti pauci Iudæorum. Item quia apoſtoli prædicabant in omnib. linguis. vt habetur Act. ij. a. Chriſtus autem prædicabat in vna ſola lingua .ſ. Hebræa, quia ſolum Iudæis prædicauit, ſecundum quod ipſemet dicit. Non ſum miſſus niſi ad oues, quę perierunt domus Iſrael. Nec eſt contra illud, quod ſupra dictum eſt ca. iiij. quòd prędicauit ſamaritanis: quia ipſi erant Iudæi in parte, ſicut ibidem dictum fuit. Secundo patet in miraculis, quia apoſtoli maiora fecerunt. Magnum enim reputatum fuit, quòd infirmi ſanabantur ad tactum fimbriæ veſtimentorum Chriſti, vt habetur Luc. viij. f. ſed maius uidetur, quòd ad tactũ umbræ Petri ſanabantur, vt habetur Act. v. c. Subditur autem cauſa quare apoſtoli tanta erant facturi, cum dicitur.*

Luc. 8. f

b Quia ego. *quia maiora debebant fieri poſt effuſionem plenitudinis ſpiritusſancti, quæ effuſio non debebat fieri ante aſcenſionem Chriſti, ut ſupra dictum eſt. vij. f. Nondum erat ſpiritus datus, quia nondum erat Ieſus glorificatus: Et quia propter tanta, quæ fienda erant per apoſtolos, poſſet credi quòd eſſent futuri maiores ipſo Chriſto, hoc remouet dicens:*

c Et quodcumque. *In quo oſtenditur, quòd apoſtoli illa non fecerunt, niſi per uirtutem Chriſti. Quod patet, quia talia faciebant deprecando. ideo dicit:* Et quod cumq; petie. *Chriſtus autem fecit miracula imperando, vt glorificaretur pater in filio. Quod enim ad inuocationem nominis Chriſti fiebant miracula per apoſtolos, redundabat in gloriam patris, cum pater & filius ſint vnus Deus. propter quod ſubditur:*

d Si quid pe. *eadem virtute qua & pater.*

e Si di. *Supra conſolatus eſt diſcipulos promittendo eis acceſſum ad patrem per ipſum, hic conſequenter idem facit promittendo ſpiritusſancti donum. & hoc eſt quod dicitur:* Si diligitis me, mandata mea ſerua. *Amor enim & obediẽtia ad Deum eſt diſpoſitio ad habendum plenius ſpiritũſanctum, quia ſecundum Aug. Charitas meretur augeri, vt aucta mereatur & perfici. ideo ſubditur:*

Et

## MORALITER.

✠ c *Et quodcunque petieritis patrem in nomine meo, hoc faciam, vt clarificetur pater in filio:* Ieſus interpretatur ſalus. & ideo quod non pertinet ad ſalutem, non petitur in nomine eius, imo Chriſtus negando petitionem oſtendit ſe Saluatorem, ſicut bonus medicus oſtendit ſe diligere ſalutem infirmi, qui nociua denegat poſtulanti.

e *Si diligitis me, mandata mea ſeruate.* Gregorius. Probatio dilectionis exhibitio eſt operis. Hom. 30. in euãg. in pr. tom. 2.

i *Spiritum ve. quem mun. non poteſt ac.* Greg. Spiritusſanctus autem omnem, quem repleuerit, ad inuiſibilia deſideranda accendit. Et quoniam mundana corda ſola uiſibilia diligunt, hunc mundus non accipit, quia ad diligenda inuiſibilia non aſſurgit. Seculares etenim mentes quanto ſe foras per deſideria dilatant, tanto ad receptionem illius ſinum cordis anguſtant. Ibidem, paulo poſt

q *Non relinquam vos orphanos, ueniam ad uos.* Orphanus proprie caret vtroque parente, ergo orphani ſunt qui parentibus carnalib. in malis non aſſentiunt, propter quod parentes eos derelinquunt. ſed Chriſtus ad eos uenit tanquam pater, & ſuis conſolationibus refouet atque nutrit.

✠ Iudas



a *Quia eg.* Pñti utitur, quia mox futura eſt eius reſurrectio. Ad A illos utitur futuro, quorum in fine futura reſurrectio.

b *Et uos* Hoc modo eſt, & cognoſcitur quodammodo per fidem, ſed tunc cognoſcetur per ſpeciem, quando hæc coniunctio perficietur, quæ modo inchoatur.

c *Qui ha* Non ſolum uos apoſtoli uiuetis & cognoſcetis ſed & quicunq; habet in memoria, & ſeruat in uita. Vel, hẽt faciẽdo, ſeruat pſeuerãdo. Vel qui habet in ſermonib. ſeruat in moribus. Vel habet audiendo, ſeruat faciendo.

d *Et ego di. e.* Ad hoc diligã, ut manifeſtẽ, qa & nunc diligit, ſed non ad hoc, ſed potius ut credamus, & mãdata ſeruem⁹, ut mereamur qđ poſt capiam⁹.

e *Et manifeſtabo.* Qui hẽt meũ mandatũ, ille me cognoſcit. & hoc eſt ibi: *Manifeſtabo ei.* Sed præmittit cãm mãdati, quia diligit me, & qui me diligit, pater meus diliget eũ, & qa pater, tunc ego diligam eum, & inde eſt manifeſtatio.

† De conſ. diſtin. 2. in Chriſto pater. Mat. 10. d Luc. 10. c † inſinuabo

f *Dicit ei Iu.* Audito, ꝙ mundus modo uidebit eũ, ſed ipſi uidebunt, pro oĩb. q̃ſiturus q̃rit Iudas cã huius diſcretionis. Hęc autem cauſa eſt ſecũdũ rñſionẽ dñi, dilectio, per q̃ ſolã & nõ ꝑ aliã diſcernitur gens ſancta a non ſancta.

g *Ad eum.* Venit Deus ad hoĩem, dũ hõ uenit ad Deũ. Venit hõ crẽdendo, odediẽdo, intuẽdo, capiẽdo. Deus uenit ſubueniẽdo, illuminãdo, implẽdo.

h *Et manſionem.* Charitas facit habitare in domo, in qua pater, & filius facit manſionem. vnde & dabit manifeſtationem, de qua ille quæſierat.

i *Hæc loquu* Hęc de mãſione in dilectorib. ſuis, in quo ſignatur eccleſia futura ſpũalis, in qua bti a qb. non recedit.

k *Apud uo.* hic eccleſia pñs corporalis, in qua uiſitat liberando, & redit.

B l *Paracletus.* Cõſolari cum ſit opus trinitatis, ad perſonam tamen maxime ſpũſſcti ꝑtinet, qa in ſcriptura noĩe bonitatis, ſpũſſctũs deſignatur. per bonitatem ergo Deus nos conſolatur, ꝑ eã oĩa bona ſua nobis tribuit. Vñ cũ ipſe filius doctrina ſit patris, de ſpũ dicit:

m *Ille uos.* qa & ſi filius doceat nos & reuelet patrem, hoc totũ facit ꝑ ſuam bonitatem. *Ille uos do. omnia.* Docebit quæ dixero, non quod dicat filius, & ſpiritus doceat, quia quod dicit & docet, & ipſa trinitas dicit & docet. Sed quia trinitas eſt, oportet ſingulas perſonas inſinuari, quos nos diſtincte audire, inſeparabiliter intelligere debemus. Cum ergo dicimus, pater & filius & ſpiritusſanctus, non eos ſimul dicimus, cum non poſſint eſſe non ſimul.

Pacem relinquo

(¶ Suam uitam etiam illis promittit.)
quia ego uiuo, & uos uiuetis. In 
(¶ Quod modo creditis.)
illo die uos cognoſcetis, quia ego 
(a ¶ Vt radius in ſole unum cum ipſo. b ¶ Vt palmites in uite.)
ſum in patre meo, & vos in me, & 
(a ¶ Vt ait Apoſtolus: ſi autem Chriſtus in nobis. ¶ Hoc enim opere oſtenditur dilectio.)
ego in uobis. Qui habet mandata mea, & ſeruat ea, ille eſt qui diligit 
(¶ Quis fructus.)
me. † Qui autem diligit me, diligetur à patre meo, & ego diligam 
(¶ Pater & filius inſeparabiliter diligunt. ¶ Hæc uiſio erit merces fidei.)
eũ: et † manifeſtabo ei meipſum. Dicit ei Iudas, nõ ille Schariotis: Domine, quid factum eſt, quia manifeſtaturus es nobis teipſum, & non mundo? Reſpondit Ieſus, & 
(¶ Apoſtolus, uel quicunque. a ¶ Cauſa eſt dilectionis, quæ probatur in cuſtodia ſermonum.)
dixit ei: Si quis diligit me, ſermõnẽ meum ſeruabit & pater meus diliget eum, & ad eũ ueniemus, & manſionem apud eum faciemus. 
(a ¶ Ego & pater & ſpiritusſanctus. a ¶ Et erit interna uiſio & manſio, non tranſitoria, ſed æterna. b ¶ Hi ſunt qui nunquam uident patrem & ſpiritum, ſed nec filium in forma Dei, etſi in forma ſerui.)
Qui non diligit me, ſermones meos nõ ſeruat. Et ſermonem quẽ † audiſtis 
(a ¶ Quia non eſt ſuum uerbum, ſed patris. Et quia ſe noluit intelligi, ſingulariter dixit qui prius pluraliter dixerat ſermones meos.)
nõn eſt meus, ſed eius qui miſit me patris. 
(a ¶ Corporali præſentia. quæ ſi iam aufertur, ne timeatis quia paracletus.)
Hæc loquut⁹ ſũ uobis apud uos manẽs. Paracletus aũt ſpũſanctus, quẽ mittet pater in nomine meo, illeuos docebit oĩa, & † ſuggeret uobis oĩa quæcunq; † dixero 
(a ¶ Docebit, ut ſciatis, ſuggeret, ut uelitis. a ¶ Ab occulto, non miniſtrabit, quod inferior, alias commemorabit nobis .i. faciet uos memores omnium. Ecce hoc etiam gratia ſpiritus, eo quod non obliuiſcimur.)

*ſionem deitatis in gloria cæleſti.*

C

k Dicit ei Iudas. *Hic remouet diſcipuli dubitationem: quia Iudas frater Iacobi audiens à Chriſto, quòd manifeſtaret ſe apoſtolis, & non mundo, admiratus eſt de hoc, quòd eos toti mundo præferebat, quia vere humilibus admirabile eſt audire de ſe magna. Ideo quæſiuit dicens.*

l Domine quid factum eſt &c. & non mundo? *quaſi dicat: vnde nobis tanta excellentia?*

m Reſpondit Ieſus: *Reddens cauſam huius ſcilicet prærogatiuam dilectionis & obedientiæ ad Chriſtum, quæ erat in apoſtolis, non ſic autem in aliis. Et hoc eſt quod dicitur:*

n Si quis di. *quia obedientia in opere procedit ex amore exiſtente in corde.*

o Et pater meus. *Per hoc oſtendit ſe vnum cum patre in eſſentia.*

p Et ad eum ue. *Et ſic patet, quod plus eis promittit, quam ante fecerat, quia ante promiſerat ſuam uiſitationem corporalem: hic autem cum hoc promittit viſitationem ſpiritualem, non tranſitoriam, ſicut in illis, qui ad uomitum reuertuntur, ſed permanentem per gratiam confirmationis in præſenti, & poſtea perfectæ glorificationis. Talis enim gratia fuit data apoſtolis.*

q Qui non diligit me, ſer. *Tales ſunt mundani homines: & ideo non ſunt digni habere tale beneficium. ſicut uos qui eſtis mei diſcipuli ueri. Et quia dixerat:* ſermonem meum ſeruabit, & pater meus dili. e. *uidetur forte alicui, quòd non dixiſſet conuenienter, ſed magis debuiſſet dixiſſe. & ego diligam eũ. Ideo huic tacitæ quæſtioni reſpondens dicit:*

r Et ſermonem. *Sicut enim prædictum eſt, lingua Chriſti non mouebatur ad loquendum ex conceptione animę, niſi ſecundum quod anima mouebatur à diuinitate, & ideo uerba Chriſti erant magis ipſius patris, qui unũ eſt cum filio in deitate, quam eſſent ipſius Chriſti inquantum homo. Et ideo quia in humanitate proferebat uerba illa, reſpondit:* pater meus diliget, *magis quam,* ego diligam, *ad denotandum, quòd verba ſua magis erant deitatis in qua pater eſt vnum cum filio, quam humanitatis quæ illa proferebat. propter quod & pater diligit obſeruatores illorum uerborum.*

D † audiſtis

ſ Hæc loqu. ſ. uob. *Superius promiſit Chriſtus apoſtolis ſpiritumſanctum & ſuum reditum, hic conſequenter oſtendit utilitatem utriuſque promiſſi. Et diuiditur in duas, quia primo oſtendit utilitatem primi. Secundo, ſecundi, ibi: Pacem. Dicit ergo primo ſic.* Hæc loquutus ſum uobis &c. *In præſentia corporali apparens.* † ſubmonebit

t Paracletus autem ſpi. &c. ille vos doce. *ipſũ faciet uos intelligere omnia quæ dico uobis. Apoſtoli autem adhuc erant rudes & in timore poſiti ex auditu paſſionis Chriſti. ideo ad uerba Chriſti male attendebant, & per conſequens non capiebant ea ad plenum. propter quod dicit gratiam ſpiritusſancti poſtea ſupplere iſtum defectum.* † dixi

u Et ſuggeret uobis omnia, quæcunque dixero uobis. *Id eſt ad memoriam uobis reducet. hoc dicit, quia multa de illis, quæ Chriſtus docebat, obliti ſunt apoſtoli timore paſſionis concuſſi.*

¶ Pacem

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ a Quia e. *q. d. licet moriar ex infirmitate carnis, tamen reſurgam uirtute deitatis, quæ ſemper uiuit.*

b Et uos ui. *Hoc dicit aſſecurando eos, quia timebant mori cum ipſo. unde ſupra. xi. Thomas hoc timens, dixit: Eamus & moriamur cum ipſo, ut ibidem expoſitum fuit.*

c In illo die uos. *Poſt reſurrectionem enim habuerunt pleniorem noticiam de myſterio trinitatis, vt dictum eſt eo. ca.*

d Et uos in me, & ego in uobis. *Nõ per eſſentiæ unitatem ſicut pater eſt in filio & econuerſo, ſed per mutuam dilectionem, ſicut amans eſt in amato, & econuerſo.*

e Qui habet. *Hic reddit cauſam huius beneficij collati apoſtolis, & non mundo, vt patet ex dictis. Hæc cauſa eſt dilectio & obedientia ad Chriſtum, quæ fuit in apoſtolis. Et hoc eſt quod dicitur:* Qui habet. *in aure ad audiendum, & in corde ad meditandum, & in ore ad docendum.*

f Et ſeruat ea. *Adimplendo opere.*

g Ille eſt: *quia probatio dilectionis exhibitio eſt operis, ſecundum Greg.* Vbi ſupra

h Diligetur a pat. *quia unus eſt amor patris & filij.*

i Et manifeſtabo ei meipſum. *ſcilicet poſt reſurrectionem in humanitate glorioſa. & ſic manifeſtauit ſe Chriſtus ſuis diſcipulis, qui habebant conditiones prædictas. Manifeſtat ſe etiam talibus per apertam uiſionem*

## MORALITER.

✠ p *Et ad eum ueniemus, & manſionem apud eum faciemus.* Gregorius. In quorundam enim corda uenit & manſionem non facit, quia per compunctionem quidem reſpectum Dei percipiunt, ſed tentationis tempore hoc ipſum quod compuncti fuerant, obliuiſcuntur, ſicque ad perpetranda peccata redeunt, ac ſi ea minime planxiſſent. Qui ergo Deum uere diligit, in eius corde Dominus uenit, & manſionem facit, quia ſic eum diuinitatis amor penetrat, vt ab hoc amore, tentationis tempore non recedat. Vbi ſupra

t *Paracletus autem ſpiritusſanctus, quem pater mittet in nomine meo, ille uos docebit omnia.* Gregorius. Niſi autem idem ſpiritus cordi aſſit audientis, ocioſus eſt ſermo doctoris. Nemo enim docentis bonum attribuat, quod ex ore docentis intelligit. quia niſi intus ſit qui doceat, doctoris lingua exterius in uanum laborat. Ibidem

u *Et ſuggeret uobis omnia.* Excitando ad opera bona.

✠ Non

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

E a *Pacem relin.uo* Iturus ad patrem. *Pacem re.* Et repetens de eodem. *Pacem me.do.* Et hoc eſt quod propheta dicit: Pacem ſup pacem. Pax eſt in hoc ſeculo, in qua manentes hoſtẽ vincimus, inuicem diligimus, & de occultis inuicem non iudicamus. Pax erit in futuro cum ſine hoſte regnabimus, vbi alter ab altero nõ poterit diſſentire, ubi oĩa aperta, & laus unicuiq;. In illo autẽ & ab illo eſt vtraque pax. Ipſe n. eſt pax noſtra, & eũ credimus, quia eſt, & eũ uidebimus, ſicuti eſt. Vñ ꝙ dicit meã, a poſteriori, etiam ad prius ſubaudiendum eſt. Vel pax in hoc ſeculo eſt noſtra, quæ eſt aliqua & non plena: & ab illo in futuro ſua eſt pax, vbi nihil repugnat qualiter ipſe habet.

*Iſai. 27. b* — *1. Cor. 4. a* — *Ephe. 3. c* — *1. Ioan. 3. a* — †23. q. 1. c. niſi bella

b *Non turbetur.* quia in pace uos relinquo. non turbetur cor veſtrum de eo quòd dixi uado, quaſi paſtoris abſentia lupus inuadit, quia ſicuti homo uado, ut Deus præſens ſum.

c *Si diligeretis.* Auguſt. Hoc erat ire ad eum, & recedere a nobis, mutare atq; immortale facere, quod ſuſcepit ex nobis mortale, & leuare in cęlũ, ꝑ quod fuit in terra pro nobis. Naturæ ergo humanæ gratulandum eſt, eo quòd ſic eſt aſſumpta a verbo, vt immortalis conſtitueretur in cælo: atque ita fieret terra ſublimis, vt incorruptibilis puluis ſederet ad dexteram patris.

*In euãg. Io. c. 14. tr. 78. in fi. to. 9.*

d *Gauderetis &c.* Quia humanæ naturæ congratulandum eſt, quæ leuatur ad dexteram patris, in quo idem ſibi ſperant cæteri.

e *Credatis.* Non quod factum videritis, quia nõ eſt laus vel meritum fidei, imo nec fides eſt de eo, quod videtur, ſed de eo, quod non videtur. Sed credatis me filium Dei, non noua fide, qa etiam prius crediderant, ſed aucta fide & refecta, quia & modo cum hęc

F diceret, parua erat, & cum moreretur, nulla.

f *Et in me non.* Noluit dominus habere quod perderet, pauper uenit, ne haberet diabolus quod auferret.

¶ Iturus ad patrem.

a uobis. †Pacem relinquo vobis, pa- a

a ¶ Perducturus ad patrem. b ¶ Vt ſine moleſtia mundo fruantur, quæ non eſt uera ubi diuiſa ſunt corda.

cem meam dò uobis. Nõ quomo b

b do mundus dat, ego do vobis. Nõ c

¶ Quod plus eſt.

turbetur cor veſtrũ neq; formidet, d

a ¶ Si dixi, vado, quod vos terret, dico uenio, quod mulcet. ¶ A uobis corpore.

Audiſtis quia ego dixi uobis: † uae

a ¶ Corpore in iudicio.

c do, & uenio ad uos. Si diligeretis f

a ¶ De eo quod. b ¶ Secundum quod minor. uadit & ueniet iudicare.

d me, gauderetis utique, quia * uado

ad patrem, quia pater maior me g

¶ Quia vado ad patrem.

eſt. Et nunc dixi uobis priuſquam h

e fiat, vt cum factum fuerit, creda-

tis. Iam non multa loquar uobiſ- i

a ¶ Accepta licentia a Deo. b ¶ Diabolus. c ¶ i. peccatorum non creaturarum.

cum. Venit enim princeps mundi k

a ¶ Quod ad ſe pertinet. ¶ Nullum omnino peccatum ſuum.

f huius: & in me nõ hét quidquã. l

¶ Quaſi diceretur: Cur ergo morieris, ſi non habes peccatum, quia pater mandauit.

Sed ut cognoſcat mũdus: quia dili m

go prẽ: & ſicut mãdatũ dedit mihi n

a ¶ Quia diſcumbens dicebat diſcumbentibus hoc. ¶ Vt cognoſcat mundus. b ¶ Ad locum unde tradendus ad mortem ero.

pater: ſic facio. Surgite eamus hinc. o

d Neque formidet. *Hoc addit eos aſſecurando, quia timebant mori* G *cum eo.*

e Audiſtis quia ego &c. *quaſi dicat non ſic recedo a uobis per mortẽ. quin adhuc uobis appaream poſt meam reſurrectionem.*

f Si di. *Ibi accipitur ſi pro quia. Et eſt ſenſus ac ſi diceret: quia diligitis me, per conſequens debetis gaudere, quia per mortem uado ad patrem me exaltantem & clarificantem. Qualiter autem Chriſtus clarificatus eſt, & exaltatus propter eius humiliationem in cruce, frequẽter ſup. dictum eſt.*

g Quia pater maior me eſt. *Non ſecũdum deitatem, in qua filius eſt æqualis patri, ſed ſecundum humanitatem, in qua filius eſt minor patre. Et quòd hæc litera ſic debeat intelligi, patet, quia Chriſtus loquitur de ſeipſo ſecundum illam naturam in qua conuenit ei mori & exaltari. Hoc autem non poteſt eſſe in natura diuina quæ immortalis eſt, & magnitudine infinita, ſed natura humana in eo poterat mori & exaltari. Et ex hoc patet falſitas Arrij, qui ex hoc loco arguebat filiũ in diuinis à patre diſtingui in eſſentiam, quia non loquitur de filio ſecundum diuinam naturam ſed ſecundum humanam tantum.*

† Abeo — Error Arrij — † Dixi

h Et nunc dixi &c. *ſ. quòd non tantum ſum homo qui mori poteſt & exaltari, ſed etiam Deus qui certitudinaliter prædico futura contingentia, quod eſt proprium ipſius Dei, ſecundum quod dicitur Iſa. xli. Annunciate nobis quę uentura ſunt in futurum, & ſciemus quia dij eſtis uos. Hoc addit Chriſtus, quia immediate loquutus fuerat de ſua humanitate. Modus enim huius Euangeliſtę eſt, ut dictum eſt frequenter, cum refert aliquid pertinens ad Chriſti humanitatem, in qua eſt minor patre: adiungere aliquid pertinens ad deitatem in que eſt & æqualis patri, quia credere utrumque eſt de neceſſitate ſalutis.*

i Iam non mul. *Hic ponitur ſecunda ratio propter quam apoſtoli debebant conſolari de morte Chriſti. ſ. quia illa mors non erat culpabilis, ſed magis virtuoſa. Et hoc eſt quod dicitur:* Iam non mul. lo. *i. in hoc mortali corpore exiſtens, quia tempus ſuę captionis erat propinquum.* H

k Venit. n. &c. *i. diabolus qui eſt princeps hominum mundanorum: non per creationem, ſed per ſeductionem. Venit autem ad Chriſtum ipſum tentando in deſerto, & principes Iudæorum contra ipſum incitando.*

l Et in me non ha. quid. *quid. i. nullum peccatum, & per conſequens nullã mortis cãm. quia mors intrauit in mũdũ per peccatum. vt dicitur ad Rom. v. Et quia poſſet quæri, ex quo in te non eſt cauſa mortis, quare ergo morieris? Ideo huic tacitæ quæſtioni reſpondet, dicens:*

m Sed ut co. *i. ad hoc ſuſtineo mortem, ut omnes cognoſcant quòd hoc procedit ex dilectione quam habeo ad patrem: quia Deus pater Chriſto homini inſpirauit uoluntatem patiendi pro ſalute mundi. ex maxima charitate qua diligit hominem.*

n Et ſicut mandatum. *i. ea obediẽtia ad patrem libenter ſubeo mortẽ.*

o Surgite ea. hinc. *Quæritur hic de loco ad quem Chriſtus duxit diſcipulos ſuos, cum dixit:* Surgi. ea. hinc. *Ad hoc dicit Hilarius, ꝙ de loco in quo comederant agnum paſchalem. duxit eos ad locum in quo erat tradendus. Sed litera ſequens videtur repugnare, quia in principio cap. xviij. dicitur: Hæc cum dixiſſet Ieſus egreſſus eſt cũ diſcipulis ſuis trans torrentem Cedron, vbi erat hortus, in quem introiuit Chriſtus & diſcipuli eius. Sciebat autem Iudas, qui tradebat eum locum. Ex quo patet quòd illa uerba quæ ab hoc loco ſequuntur vſque ad principium. xviij. c. dixit Ieſus diſcipulis ſuis extra locum in quo erat tradendus. Propter quod ſciendum, quòd Chriſtus morti ſuæ propinquus ardua & difficilia volebat dicere diſcipulis ſuis, vt patet ex ſequentis. Ad intelligendum vero talia requiritur attentio animi. talis autem attentio erat impedita in apoſtolis ex paſſione timoris. Et ideo dixit Chriſtus diſcipulis ſuis:* Surgite eamus hinc. *i. ad alium locum magis ſecurum. qui tamen ille locus fuerit, determinate non exprimitur, videbat. n. Chriſtus diſcipulos timore mortis perterritos. Tum ratione temporis, quia nox erat ut ſupra dictum eſt: Tum ratione loci quia adhuc erant in medio ciuitatis, ubi comederant agnum Paſchalem. Et ideo timentes capi ab hoſtibus, quaſi continue circumuoluebant oculos ad oſtiũ domus: Et ideo dixit eis:* Surgite eamus hinc. *q. d. eamus ad alium locum magis ſecurum & ſecretum, vbi melius attendatis ad ea quæ dicenda ſunt uobis.*

Quæſtio — 9. de Trini.

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ a Pacem meam. *Hic oſtendit reditus ſui vtilitatem, quæ eſt conſequutio veræ pacis. Et hoc eſt quod dicit:* Pacem relinquo uobis, pacẽ meam &c. *Poſt reſurrectionem enim ſuam eis apparens dixit: Pax uobis: quia per eius viſitationem & inſtructionem in diebus illis quadraginta, corda eorum ſunt pacificata à turbatione præcedentis paſſionis. Et bene dicit:* Pacem meam do uobis. *ad diſtinguendum pacem ſanctorum à pace mundi, quæ magis apparens eſt & ficta quam vera. Ad cuius intellectum ſciendum, quòd pax eſt tranquillitas ordinis ſecũdum Aug. In homine autem triplex debet eſſe ordo, ad ſeipſum, ad proximũ, & ad Deum. Et ideo ad pacem ſanctorum primo requiritur tranquillitas in ſeipſo: & hoc quantum ad tria, quæ in ipſo homine debent ordinari. Primo quo ad intellectum, ne errore obſcuretur. Secundo quo ad uolũtatem, vt in Deum libere dirigatur. Tertio quo ad appetitum ſenſitiuũ: ut non inordatis paſſionibus moueatur. Propter quod Aug. diffiniens pacem libro de uerbis domini dicit, Pax eſt ſerenitas mentis, quo ad primum, tranquillitas animi, quo ad tertium, ſimplicitas cordis, quo ad ſecundum. Per cor enim, quod mouet alia membra, intelligitur uoluntas quæ mouet alias potentias quo ad agendum. Secundo ad pacem ſanctorum requiritur ordo ad proximum, per conſortium charitatis ordinantis bonum proximi ad Deum. Tertio requiritur ordo ad Deum per amoris indiſſolubilis uinculum. Pax autem mundi ordinatur ad quietã fruitionem bonorum temporalium, quam frequenter concomitatur multiplicatio peccatorum, ſecundum illud Deut. xxxij. c. Incraſſatus eſt dilectus, & recalcitrauit, Et Ezech. xvi. f. Hæc fuit iniquitas Sodomæ ſororis tuæ, ſuperbia, ſaturitas panis, & abundantia, & ocium. Ideo de hac pace ſubdit.*

*Inf. 20. g* — *De uer. Do. in euan. Io. ſer. 57. t. 10* — *In hoĩe debet eſſe triplex ordo.* — *Vbi ſupra Pax diffinitur ſecundũ Aug.*

b Non quo &c. *i. non talem pacem, ut patet ex dictis.*

c Non turbetur &c. *Supra conſolatus eſt Chriſtus apoſtolos de morte ſua rationibus ſumptis ex parte ipſorũ, hic adhuc conſolatur eos rationibus ſumptis ex parte ipſius Chriſti. Et diuiditur in duas, ſecundum duas rationes, quas ponit. Secunda ibi:* Iam non multa. *Prima ratio propter quam debebant de morte Chriſti conſolationem habere, eſt, quia quamuis eſſet dura & ignominioſa, tamen erat ordinata ad exaltationem Chriſti. Et hoc eſt, quod dicitur:* Non turbetur cor ueſ. *quaſi dicat non debetis turbari de morte mea.*

*Diuiſio*

Neque

## MORALITER.

* c *Non turbetur &c.* ſcilicet de meo receſſu per mortem. cum ſit uia ad meam glorificationem & ſpiritusſancti miſſionem. Et in hoc docemur non turbari de noſtris amicis decedentibus in confeſſione fidei, nam hæc eſt uia ad eorũ glorificationem & noſtram ſubuentionem, quia præſentes cum Deo multo plus iuuare nos poſſunt, quam uiuentes in mundo.



A In c. xiiij. ubi dicitur in poſ. Ad hoc dicit Hylarius.

### ADDITIO.

*9. de Trini.*

*Hilarius non fecit mentionem, niſi de duobus locis tantum, qui ſunt termini principales ĩ hac materia, ſcilicet de loco aſſignato pro eſu agni paſchalis, a quo principaliter exiuit: & de loco, ad quem principaliter venit, ut ibi caperetur. De loco autem medio, in quo fuit cum apoſtolis, vt eis diceret ardua & difficilia, qui eſt locus medius inter duos prædictos, Hilarius non fecit mentionem, ſicut etiam euangeliſtæ, qui duos locos primos declarauerunt, iſtum vero locum medium minime deſignauerunt. unde ſententiæ Hilarij litera non repugnat, ut patet intuenti.*

### REPLICA. C

In c. xiiij. vbi dicitur: Surgite eamus hinc. Dicit poſtillator. manifeſte oſtendit, quòd Chriſtus fuerit in aliquo loco medio inter domum, in quo comedit paſcha, & hortum, in quo illa verba notabilia dixit diſcipulis, unde dicit Hilarium non conſonare literæ qui in. ix. de tri. ſe reſtringit ad ſolum illa duo loca. Quod Burgen. ægre ferens, dicit euangeliſtam etiam ſicut Hilarium non expreſſiſſe medium locum: Sed ſatis manifeſtum eſt ex litera, quòd fuerit medius locus, quamuis non determinate exprimatur.

### GLOS. ORD. CAP. XV.

E *Go ſum ui.* Et me præcedentem ad paſſionem debetis ſequi, quia ego ſum uitis. i. caput ueſtrum eiuſdem naturæ uobiſcum, ut in me poſſit fructificare humana natura.

b *Et pater.* Ego etiam agricola cum patre, quia ſum mundator palmitum, qđ eſt agricolæ, non uitis officium: qui etiam palmites operarios facit, licet nõ de ſuo, nec per ipſos, ſed per meipſum.

c *Propter.* Non ait propter aquam baptiſmi, quia & ipſa ſine uerbo eſt ſolũ aqua, per uerbum fit ſacramentum.

d *Ego ſum.* Qui ſe a ſe ferre fructũ exiſtimat, non eſt in uite. Vnde cum repetitione & ſuperiorum explanatione ſupponit: *Ego ſum ui. uos pal.* mihi quaſi uiti adhærentes.

e *Qui ma.* Et ideo quicunque (non ſolum uos) manet in me credendo, obediendo, perſeuerando.

f *Et e. in e.* illuminando, ſubueniendo, perſeuerantiam dando.

g *Hic fert.* Et ſi ſecundum hoĩem Chriſtus eſt uitis, tamen hanc gratiam palmitibus non daret, niſi ẽt Deus eſſet.

h *Si quis.* Sarmenta præciſa cæteris lignis ſunt uiliora, quia nullis uſibus deputantur, ſed igni, uel in uite ſunt uel in igne.

B i *Et uerba.* Verba Dei tũc dicũtur manere in nobis, quãdo facimus quæ pręcipit, & diligimus quæ promittit. Qui autem hoc non facit, tangit, non cohęret. & ideo non ſunt ei in beneficium, ſed in teſtimonium damnationis

k *Petetis.* Si quid petit fidelis & nõ fit, non petit hoc, quod habet manſio in eo, nec quod habent uerba eius, quæ ſunt in eo, ſed quod habet cupiditas & infirmitas carnis.

*In hoc*

## CAP. XV.

a ¶ Secundum quod homo caput eccleſiæ vnius naturę cum palmitibus. b ¶ Quia eſt alta in amaritudinem conuerſa.

a E Go ſum uitis uera, a

a ¶ Cum quo idẽ eſt & filius.

b & pater meus agri b

a ¶ Non tantum extra operando, etiam intus incrementum dando.

cola eſt. Omnẽ palmitẽ in me non c

a ¶ Vt agricola.

ferentem fructum † tollet eum, & d

a ¶ Propter hoc mundatus eſt. b ¶ Amplius. ¶ Mundando corda, ſpiritum charitatis infundendo.

omnem qui fert fructum, † purgã

¶ Mundi atq; iterum plus mundandi, vt fructũ plus feratis.

bit eũ, ut fructum plus afferat. Iam e f

¶ Meipſum ſcilicet.

c uos mũdi eſtis propter ſermonem

a ¶ Cum ego ſim uitis vera.

quem loquutus ſum vobis. Manẽ- g

a ¶ A quo totum accipitis. ¶ Vt totũ ſacramẽtum afferens. b ¶ Vt amplius fructificetis. c ¶ Quia.

te in me, & ego in uobis, Sicut pal- h

mes non poteſt ferre fructum a ſe-

metipſo, niſi mãſerit in vite. ſic nec i

a ¶ Quia. ¶ Totum uobis dans, nihil a uobis recipiens.

d uos, niſi in me mãſeritis. Ego ſum k l

e uitis, uos palmites. Qui manet in

f g me, & ego ĩ eo, hic fert fructũ mul

¶ Nec parum.

tũ: quia ſine me nihil poteſtis face-

¶ Autem. a ¶ Quod eſt in poteſtate liberi arbitrii.

h re. Si quis in me non manſerit, mit m n

tetur foras ſicut palmes, & areſcet, o

¶ Meſſores angeli.

& † colligent eum, & in ignem mit p q

¶ Manete in me, & Simon.

tent, & ardet. Si manſeritis in me, r ſ

¶ Non tantum fuerint.

i & uerba mea in uobis manſerint, t

a ¶ Quia manentes in Ieſu non poſſunt uelle niſi quod eſt ſalutis.

k † quodcunq; volueritis petetis, & u

† Colligent eos in ſuo palmite — † tollit — † Purgat

*fructuoſi reſcinduntur, ne humor nimis diſpergatur, & ſic uirtus unita fortificatur & magis fructificat, ſic per tribulationes iocunditatem uitę præſentis à fidelibus reſcindentes, corda eorum retrahuntur ab amore mundi alium: et ſic intra ſe collecta feruentius feruntur in Deum, & faciunt maiorem fructum bonorum operum.*

f Iam uos. *Hic proſequitur parabolam & primo quantum ad palmitum adhæſionem. ſecundo quantum ad eorum purgationem, ibi: Si mundus vos odit. Prima in duas: quia primo diſcipulos ad adhærendum ſibi inducit. ſecundo, declarat in quo iſta adhæſio conſiſtit, ibi: Sicut dilexit me. Circa primum ponit quatuor rõnes, quare fideles debent Chriſto adhærere per fidem, ſicut palmites ad uitem. Prima ratio ſumitur ex palmitum adhærentium fructificatione: quia aliter non poſſunt fructũ facere. Et hoc eſt quod dicit:* Iam uos mun. eſtis. *Quia apoſtoli per doctrinam Chriſti iam erant ſegregati ab erroribus Iudaicæ ſuperſtitionis. ideo concludit:*

*Diuiſio*

g Manete in. *per fidem charitate formatã: per quam homo eſt in Deo, & Deus in hoĩe.*

h Sicut palmes &c. manſerit in uit. *Hoc ſenſibiliter uidemus in uite materiali, quia facere fructum non poteſt, niſi particeps ſit humoris & pinguedinis ipſius ſtipitis.*

i Sic nec uos. *ſ. poteſtis fructificare operibus meritorijs.*

k Niſi in me man. *per participationem gratiæ & ueritatis.*

l Ego ſum ui. & uos pal. *quaſi dicat. ſi vultis fructificare, manete in me.* D

m Si quis in me. *Hic ponitur ſecunda ratio adhærendi Chriſto, quę ſumitur ex palmitum non adhærentium punitione, cum dicitur:* Si quis in me. *veraciter per charitatem formatam quamuis maneat apparenter per fidem ſine operibus, quæ mortua eſt.*

*Iaco. 2. de*

n Mittetur foras. *per abſciſionem in morte, quia tunc ſeparabitur numero à fidelibus. ſicut erat ſeparatus merito.*

o Et areſcet. *quia Chriſtiani quandiu uiuũt, habent aliquem uirorem propter Chriſtianitatis nomen. Sed in morte eum amittũt, quia tunc apparet, quòd nihil eis profuit, & adhuc magis in futuro iudicio apparebit. ideo ſequitur:*

p Et colligent eum. *ſcilicet angeli executores diuinæ iuſticiæ tollentes zizaniam de medio tritici.*

q Et in ignem mit. *ſ. infernalem.*

r Et ard. *ſine fine in perpetuitate pœnæ.*

ſ Si man. *Hic ponitur tertia ratio, quæ procedit ex impletione voluntatis fidelium Chriſto adhærentium: & hoc eſt quod dicitur:* Si man. ſe. in me. *fide formata charitate.*

*Matt. 13. d*

t Et uerba in uo. manſ. *non ſolum corde intelligendo, ſed etiam opere adimplendo.*

u Quodcumque uo. pe. *Hoc tamen intelligendum eſt, ſi petãt pie. i. de pertinentibus ad ſalutem, quia exaudiri in alijs frequenter non expedit* ¶ *eis. &*

## NIC. DE LYRA. CAP. XV.

E Go ſum ui. *Poſtquam Chriſtus conſolatus eſt diſcipulos de ſua morte, hic conſolatur eos contra tribulationes imminẽtes eis ex Iudæorum & principum mundi perſequutione. Et diuiditur in duas partes: quia primo præmittit parabolã. ſecundo, proſequitur ipſam, ibi: Iam vos mundi eſtis. Parabola aũt iſta eſt de trib. ſ. de uite, de agricola, & de uitis cultura, ut patebit proſequendo. Dicit ergo:*

*Diuiſio.* — *Mat. 11. c* — *Marc. 11. c*

a Ego ſum ui. *Sicut enim uitis materialis habet lignũ vile & deſpectum, & quaſi inutile uidetur, cum tamen fructus optimos habeat: ita Chriſtus in humana natura uidebatur abiectus, vilis & deſpectus, & tamen per eius humilitatem ſequutus eſt fructus glorioſus. vnius enim naturæ ſunt uitis & palmites. & ideo Chriſtus dicitur uitis ratione humanitatis, in qua natura eſt fidelibus ſimilis.*

b Et pater. *quia plenitudinem gratię & ueritatis infudit & plantauit in Chriſto homine, ut dictum eſt in primo capitulo. Sciendum aũt, quòd cultura huius uineæ non habet proprie locum circa ipſum ſtipitem, qui eſt ipſe Chriſtus, quia in gratia & ſcientia habituali non profecit, ſed totum à principio habuit, nec habuit peccatum tollendum & purgandum, ſed cultura huius vineæ circa palmites conſiſtit. i. fideles Chriſto adhærentes. Quorum aliqui ſola fide adhærent, non per charitatem operantem, & iſti abſcindentur per condemnationis ſñiam. ideo ſubditur:*

c Omnem palmi. *Alij autem adhærent Chriſto per fidem, & operantem charitatem: & de iſtis ſubditur:*

d Et omnem qui fert. *per mundi tribulationes, quæ ſunt quædam medicinæ & purgationes.*

e Vt fru. plus affe. *Sicut enim in uite materiali aliqui palmites etiam fructuoſi*

## MORALITER.

* a *Ego ſum ui. uc.* Moraliter: Iſta vitis dici poteſt quælibet religio approbata. Et illa maxime, quæ magis appropinquat Chriſti uitæ. Agricola uero, religioni præſidens, & ipſius curam gerens. Huius autem vitis palmites ſunt religionem intraores. Quorũ aliqui ante profeſsionem inutiles reperiuntur & infructuoſi, qui sũt ſtatim per agricolã amouendi. Alij uero ſub ſpe proficiendi ſunt ad profeſsionẽ recipiendi, quorum tamen aliqui non manẽt in uitæ per ſui ſtatus dilectionẽ ſed aliqui apoſtatant, & aliqui ſolo habitu remanent. Remanentes aũt habitu & deuotione fructificant, & vt magis fructificent, de ſuis defectibus per correptionem debitam purgantur, vt ſic plurimum fructum faciant ad Dei gloriam & ſuam beatificationẽ. Propter hoc in huius parabolę fine dicitur:

* Hęc

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

a *In hoc cl.* Qui manet in me, fructum multum fert, qđ eſt ex
E gr̃a Dei, & ita eſt gloria eius, non hominis. & hoc eſt. *In hoc.*
b *Vt fru.plu.* Sicut non æqualitatem oſtendit noſtræ naturæ & ſuæ, ſed gratiam, qua mediator eſt, nam pater diligit nos, ſed in filio.

c *Eſſici.* Q̃to? Si me dilexeritis. Ex qua dilectione ex p̃ceptorũ obſeruatione. Si me dilexeritis ſicut dilexit me pr̃, non q̃tum. Nõ.n. notat̃ æqualitas, ſed ſimilitudo dans eis æternã ęternitatẽ. (†glorificatus)
d *Si p̃cepta mea.* Nõ dicit, q̄ pro ſeruatis præceptis ſint dilectores: Nemo n. ſeruat q̃ non diligit. ſed q̄ nemo diligit, niſi q̃ ſeruat. Oſ̃dit ergo nõ un̄ generent, ſed unde mõſtrent dilectores. Vel in dilectione mea, qua diligo uos .i. manẽte gr̃a mea, & inde ſcietur uos manere in ea, ſi p̃cepta ſeruabitis Niſi ergo prius ſeruẽt p̃cepta oĩa, non pñt ſeruare præcepta, niſi eos diligat &c.
e *Vt gaudium* Gaudium Dei de nobis qui præſciuit & prædeſtinauit ſemper eſt plenum: in nobis incipit ex fide, creſcit imo & perficiet in reſurrectione.
Supra 13.d f *Hoc eſt præceptum.* Et ſupra de dilectione proximi. ſed repetitio eſt confirmatio. ibi tñ dicit mandatũ do, quaſi non ante fuerit. hic autẽ, hoc eſt, quaſi non aliud ſit. Ibi nouum, ne in vetuſtate remaneamus. hic meũ, ne cõtemnatur.
†1.Th.4.d 1.Ioan.3.d g *Maio.h.nc.* Diffinit plenitudinẽ mutuæ dilectionis, quam habere pręcipit.
h *Iam non di.* Commendata dilectione addit quod dignationis eſt, vt bonos ſeruos (q̃ ſciũt faciendo quæ p̃cipit) dicat amicos & eis tollit nomen ſerui q̃ eſt ex timore foras mittendo, q̃ neſcit q̃d faciat dñs. Quia cum aliq̃d facit, ſic extollit̃ quaſi ipſe faciat, nõ dñs. Sunt tñ ſerui timore p̃manẽte in æternũ, q̃ intrant in gaudium dñi, hi ſciunt q̄ faciat eos dominus non ſolũ homines,
F ſed & iuſtos & quidquid boni eſt.
†Poſthac non dico i *Nota fe.* Non q̄ iam q̃s omnia ſciat, cũ poſt ẽt dicat, Multa ha v.d.q.n.p.p.m. Sed dicit ſe feciſſe nota, quæ ſcit ſe facturum in reſurrectione, vbi plene erunt beati in anima & corpore: & hęc eſt gloria non ex vobis, ſed ex me: & hoc eſt: Non uos me elegiſtis.

a fiet uobis. In hoc †clarificatus eſt pa- a
b ter meus, vt fructum plurimũ af-
a ¶Per prædicationem & paſſionem ſicut ego. ¶Vt ait apoſtolus: Ipſius opus ſumus creati in Chriſto.
c ferãtis, & efficiamini mei diſcipuli. b
¶Ecce unde plurimus fructus ex dilectione. ſed unde dilectio? quia prius nos dilexit.
Sicut dilexit me pater, & ego dile- c
¶Et ideo perſeuerate.
xi uos. Manete in dilectione mea. d
a ¶Quomodo in ea manebimus. Diligite me, & uos dignos diligi efficite.
d Si præcẽpta mea ſeruaueritis, ma- e
nebitis in dilectione mea, ſicut & f
ego præcepta patris mei ſeruaui,
a ¶Et per hoc oſtendor diligi a patre ego homo.
& mãneo in dilectione. Hęc loquu g
a ¶Et gaudeam de uobis, quod eſt, cum gratiam præſtat.
e tus ſum uobis, vt gaudiũm meum h
in uobis ſit, & gaudium ueſtrũ im i
a ¶Dum per gratiam eius conſortium habebunt.
b ¶Vt uero impleatur. ¶Non aliud, quia in hoc ſunt omnia, & dilectio Dei, & fides.
f plẽatur. †Hõc eſt præceptũ meum k
a ¶Non ſicut homines ſe inuicem diligunt, ſed ut Deum habeatis.
ut diligatis inuicẽ, ſicut dilẽxi uos. l
a ¶Vt ſi ut poſui animam meam pro uobis: Ita & uos pro fratribus, ut me imitemini, ſed nõ mihi cõparemini.
g †Maiõrem hac dilectionem nemo m
a ¶Ponere animam pro amicis non eſt dilectio, ſed effectus dilectionis.
habet, quàm ut animãm ſuam po-
a ¶Et per charitatem eritis amici.
nat qũis pro amicis ſuis. Vos amici
mei eſtis, ſi feceritis quæ ego præci
¶Et ſi prius.
h pio uobis. †Iam nõ dicã uos ſeruos n
a ¶Scilicet ille, qui ſolo timore ſeruit, non ille, de quo dicitur. Euge ſer. &c. qui ſeruit ex amore.
quia ſeruus neſcit quid faciat do- o
minus eius. Vos autẽ dixi amicos: p
a ¶Ego homo ad opus hominum.
quia omnia quæcumq; aũdiui à pa
a ¶Qui non elegit, nondum diligit.
i tre meo, nota feci uobis. Nõn uos q

f Sicut &c. ma. in e. d. *quia Chriſtus ex amore ad patrem factus eſt obediens vſque ad mortem, vt habetur Phil.ij. & per hoc vnio eius ad patrem augmentata eſt inquantum gloria animæ deriuata eſt ad corpus eius in ſua reſurrectione.* G
g Hęc lo.ſum uo. *Hoc addit, ne forte aliquis crederet, quòd propter ſe non propter nos ad prædicta inuitaret, ideo ſubdit:*
h Vt gaud. *Gaudium enim Chriſti hominis conſiſtit in coniunctione ad deitatem modis prædictis. ad quam etiam perueniemus per mandatorum obſeruationem: alio tamen modo quam Chriſtus, vt dictum eſt.*
¶ *eſt proprium ſecreta cordiũ cognoſcere propria virtute. Cognouit etiam hoc inquantum homo, quia anima Chriſti videt in uerbo omnia, quæ Deus uidet ſcientia uiſionis.*

a Et dixit eis, De hoc quæ. inter uos. *Ad hoc reſpondendo præuenit eorum interrogationem, ut oſtenderet ſe ſcire mentis eorum intentionem.*

b Amen a. di. uo. quia plo. & fle. uos. *q. d. per illud, quod dictum eſt: Modicum & non videbitis me, intelligitur tempus meę paſſionis uſque ad reſurrectionem meam: in quo flebitis propter meam abſentiam.*

c Mundus autem gau. *quia in triduo mortis Chriſti Iudæi mundialiter uiuentes ſunt gauiſi, credentes extinxiſſe totam ſectam Chriſti.*

d Sed triſtitia ue. uer. in gau. *In hoc exponit illud, quod ſupra dixerat: Iterum modicum & uidebitis me, quia in tempore in quo eis apparuit poſt reſurrectionẽ ſuã gauiſi ſunt viſo domino. Et ſic patet ex verbis Chriſti expoſitis quod ſupra dixeram: quod expoſitio Chryſo. propinquior eſt literæ, quam expoſitio Augu.* [Io. 20. e]

e Mulier. *Declarat quod dixerat exemplo mulieris in dolore partus triſticiam patientis: ſed in natiuitate pueri gaudium ſuperueniens abſorbet præcedentem triſticiam. Mulier iſta, eſt eccleſia ſeu apoſtolorum collegium, in quo pro tunc erat tota eccleſia fidelium. Triſticia partus eſt dolor de paſſione Chriſti, qui fuit in illo collegio. Natiuitas hominis eſt reſurrectio Chriſti, qua Chriſtus de nouo proceſſit ad uitam immortalem quantum ad corpus, quod prius fuit mortale: & ideo ad hoc deſignandum dixit Saluator.*

f Quia na. eſt homo in mun. *& non dixit, puer: quia Chriſtus homo perfectus uitam ĩmortalem inchoauit p ſuã reſurrectionem. Sequitur:*

g Et uos ergo nunc qui. tri. habe. *ſ. tempore meæ paſſionis & mortis.*

h Iterum au. ui. uos & gau. cor ue. *poſt meam reſurrectionem.*

i Et gaudi. ue. nemo tol. a uo. *quia vita Chriſti, quæ fuit materia huius gaudij immortalis erat, non amplius auferenda per mortem, quia Chriſtus reſurgens ex mortuis, iam non moritur &c. vt dicitur Ro. vi. b. Iſtud uero gaudium apoſtolorum de Chriſti uiſione fuit inchoatum*

*poſt re-*

*poſt reſurrectionem Chriſti: ſed poſtea conſummatum in gloria cæli.* C

k Et in illo die. *Hic explicat Chriſtus, quod ſupra dixerat de acceſſu diſcipulorum ad patrem. Et diuiditur in duas: quia primo explicat erga diſcipulos patris familiaritatem, ſecundo, ſubiungit ſui dicti rationem, ibi: Hæc in prouerbijs. Dicit igitur primo ſic:* Et in il. d. *i. in tempore poſt reſurrectionem meam.* [Diuiſio]

l Me non inter qui. *q. d. ex præſentia ſpirituſſancti uobis a patre miſſi ſic eritis illuminati, quod non indigebitis quærere ſicut modo, neq; edoceri. Sed contra hoc uidetur. Pro illo tempore petijt a Chriſto Petrus de Iohanne: Hic autem quid? vt habetur infra ulti. capi. Similiter apoſtoli petierunt a Chriſto: Domine, ſi in tempore hoc reſtitues regnum Iſrael? vt habetur Act. i. a. Dicendum, quod intelligitur de quæſtionibus ſic irrationabilibus, ſicut ante reſurrectionem apoſtoli faciebant Chriſto, qualis fuit quæſtio Philippi ſupra poſita. xiiij. b. Domine oſtende nobis, &c. & conſimiles quæſtiones quæ frequenter leguntur in euangelijs ab apoſtolis factæ. Poſt reſurrectionem uero Chriſtus aperuit illis ſenſum, ut intelligerent ſcripturas, Et ideo fuerunt edocti de multis, quæ prius ignorabant & propter hoc non indigebant quærere ſicut ante: & ſi aliqua quærebant, rationabilius quærebant. ideo per uerba ſupradicta non intendit Saluator excludere ab apoſtolis omnem quęſtionem: ſed exprimere eorum inſtructionem per intellectum ſcripturarum, ut dictum eſt. Aliter exponit Aug. In illo die me non interrogabitis quidquam. i. in æterna beatitudine, quæ eſt dies una continua, ubi vident beati clare in diuina eſſentia, quæ expedit eos uidere, nec oportet aliquid eos interrogare. Prima tamen expoſitio propinquior eſt literæ præcedenti & ſubſequenti unde ſequitur:* [Luc. 24. g] [Vbi ſupra paulo poſt.]

m Si quid petieritis patrem in nomine meo. *id eſt pertinens ad ſalutem, quia Ieſus quod eſt nomen Chriſti ſalus interpretatur.* [† q. q̃cũq;] D

n Dabis uob. *ſuppoſitis tamen cum hoc aliis duabus conditionibus ſupradictis. ca. xv. ſ. quod petitio fiat pro ſe, & perſeueranter.* [* Sed]

o Vſque modo non petiſtis. *Apoſtoli. n. ante reſurrectionem Chriſti ita non cognouerunt uirtutem nominis Chriſti, ſicut poſt. & ideo adhuc ignorabant, quod omnis eorum petitio eſſet exaudibilis in nõe Chriſti.* [† 1. Ioã. 1. b]

p Petite & accipietis. *hic gratiã in pſenti*

q Vt gaudium ueſtrum ſit plenum. *i. futura beatitudine, quia ad eius conſequutionem debent ordinari omnes preces eccleſiæ.*

r Hæc in prouerb. *Hic reddit cauſam ſui dicti, videlicet quare diſcipuli habebant talem acceſſum & familiaritatem ad patrem poſt reſurrectionem. Duo enim faciunt familiaritatem cum aliquo. ſ. eius noticia, & amor. Poſt reſurrectionem autem & ſpirituſſancti receptionem apoſtoli fuerunt perfecti in noticia & amore Dei. Et hæc eſt cauſa quare fuerunt magis familiares ei quam ante. & hoc eſt quod dicitur:* Hæc in prouerbiis loquutus ſum uo. *q. d. ante paſſionem meam parabolice & obſcure loquutus ſum uobis, ſicut patet ex decurſu euangelij.*

s Venit hora cum iam non in prouer. *i. obſcure.*

t Loquar uobis, ſed pa. de pa. m. annun. uo. *quia Chriſtus poſt reſurrectionem ſuam clarius & expreſſius docuit apoſtolos de regno Dei quam ante. Ipſi enim erant magis capaces, quia habebant ſenſum apertum ad intellectum ſcripturarum, ut habetur Lucæ vltimo. g.*

u In illo die in nomine meo pe. *Quia ſicut dictum eſt, poſt reſurrectionem Chriſti cognouerunt magis virtutem nominis Chriſti quam ante. & ideo ſuas petitiones in Chriſti nomine formabant. & propter hoc orationes eccleſiæ in fine formantur in Chriſti nomine, dicendo: per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, &c. uel aliquid ſimile.*

x Et non dico uobis, quia ego rogabo patrem de uobis. *q. d. nõ dico quod ſit tunc uobis neceſſe habere me interceſſorẽ mediũ in petitionib. ueſtris, ſicut mõ. Ante paſſionẽ. n. Chriſti, apoſtoli tantũ confidebant de præſentia corporali eius, quod in omnibus ad ipſum recurrebant, ſed*



¶ *poſt paſſionem*

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

E a *Iterum &c.* Reliquit mundum corporali præſentia. Vadit ad patrem, quia humanitatem ad inuiſibilia paternæ maieſtatis induxit. Reliquit mundum quia ab aſpectu amatorum mundi, quod uiderant, abſtulit. Redit ad patriam, quia amatorib. ſuis ſe æqualem credendum docuit patri.

b *Dicunt.* Cum nondum veniſſet hora, quam promiſit, Ecce nunc palam loquitur. Illa quæ dominus ſcit non intelligentibus eſſe prouerbia, illi uſque adeo non intelligunt, ut nec ſaltem ſe non intelligere intelligant. De qua eorum infirmitate admonens reſpondit, Modo creditis. &c.

c *Nunc ſcimus.* Aperte oſtendunt, quia loquens de eis ad eos, maxime agebat quæ illos delectabat audire, & quæ ipſi interrogare volebant, hęc ipſe præueniēs vltro proferebat, & ideo illum, quia cogitationes nouerat, cōfitent ſcire oīa quaſi Deū & Dei filiū.

d *Et non o. eſt.* Cū ſcias oīa, nō eſt opus ut īterroges aliquē, a quo aliqd ſcias, Vel ēt īterrogeris ab aliquo, pſciens qd ille velit. Si āt aliqn̄ īterrogauit vl' īterrogat' eſt, nō eis, ſed aliis op' fuit.

e *Modo cre.* Vt paruuli, quibus quæcumq; alta adhuc prouerbia ſunt, creditis, ſed uenit hora paſſionis, & iam prope eſt, in qua ita perturbemini, ut quod modo creditis, relinquatis, non mō corpore ſed etiam mētis fide. vñ: Sperabamus, q̄ redēpturus eēt Iſrael. Luc. 24. c

f *Et non ſum.* Ecce profecerunt, ſed ad maius uult eos extendi, vt cum dixerint, a Deo exiſti, dicat, Pater mecum eſt. nec ſic putent a Deo exiſſe, ut putent etiam receſſiſſe.

g *Quia pa.* Dixerat: relinquo mun. & vado ad patrem, nūc dicit: Pater mecum eſt, quod intelligēti eſt uerbum, non intelligenti prouerbium, Cui ſi non eſt cibus, tamen lactis eſt alimentum, Ex quo eſt, quod ſciebant eum noſſe oīa. F

a ¶Carne ſumpta, non tamen deſeruit.
amaſtis & crediſtis, quia a Deo ex-
¶Aurem. ¶Viſibiliter.
iui. Exiui a patre, & ueni in mūdum. a b
a Corporali diſceſſione, non gubernatione præſentiæ.
Iterum relinquo mundum, & uado c d
ad patrem. Dicunt ei diſcipuli eius: e
¶Palam loqui æſtimant, cum dictorum eius nequeant comprehendere myſteria.
Ecce nunc palam loqueris & prouer- f
bium nullū dicis. Nunc ſcimus, quia g
¶Doceri, qui ſponte omnia dicit, ſciens quid quæſiturus ueſit, aliis opus eſt interrogare, quia aliter neſciret quid quæſitor ſcire vellet.
ſcis omnia, & non opus eſt tibi, ut h
¶Quod ſcis omnia.
quis te interroget. In hoc credimus i
quia a Deo exiſti. Reſpondit eis Ie- k l
¶Vt paruuli.
ſus: Modo creditis: †Ecce uenit ho- m n
ra, & iam uenit, vt diſpergamini u- o
a ¶In veſtræ infidelitatis torporem.
nuſquiſq; in propria, & me ſolum p
relinquatis: & non ſum ſolus, quia q
pater mecum eſt. Hæc loquutus ſum r
uobis, ut in me pacem habeatis. In s t
a ¶Contra preſſuras hortatur.
mundo preſſuram habebitis, ſed u
a ¶Quod fecerunt dato ſpiritu, & vicerunt, non ut prius reliquerunt ſolum. b ¶Vici in me & in meis. ¶Ego caput veſtrum vici, magna ſpes membris.
confidite, ego uici mundum.

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ *poſt paſſionem ipſimet ſuas petitiones ad Deum formabant: ideo Chriſtus per illa verba vult exprimere, quod ſecure poſſent hoc facere propter familiaritatem patris ad ipſos. vnde ſimilis eſt modus loquendi, acſi dixiſſet Chriſtus apoſtolis: Tantam familiaritatem habebitis ad Deum, quod per voſipſos poteritis accedere ad eum & impetrare. non tamen per hoc excludit ſuum adiutorium, ſed exprimit cum quanta ſecuritate poterunt orare Deum. Conſimili modo loquebatur ſancta Agatha iam glorioſa in cælis, beatæ Luciæ exiſtenti in terris: Soror mea Lucia virgo Deo deuota, quid a me petis, quod ipſa poteris præſtare? &c. Non enim excludebat a beata Lucia ſuum adiutorium, ſed exprimebat cum quanta ſecuritate poſſet rogare Deum. Et hoc modo Chriſtus loquebatur apoſtolis, ad exprimendum erga eos amicitiam Dei patris, propter hoc ſequitur:* Ipſe enim pater amat uos &c. *Sequitur,*

a Exiui a patre. *non per loci mutationem, ſed per æternam generationem & perſonalem diſtinctionem.*

b Et ueni in mundum. *per carnis aſſumptionem.*

c Iterum relinquo mundum. *quantum ad corporalem præſentiam.*

d Et uado ad patrem. *faciendo naturam mortalem paternæ gloriæ conſortem, ſicut ſupra expoſitum eſt ca. xiij.*

e Dicunt ei diſcipu. *Poſtquam Chriſtus explicauit rationes ſupra poſitas ad diſcipulorum conſolationem, hic conſequenter oſtenditur effectus prædictæ explicationis, qui eſt plenior cognitio apoſtolorum. Et diuiditur in duas: quia primo ponitur iſta plenior cognitio, ſecundo, ſubditur ipſorum infirma diſpoſitio, ibi:* Reſpondit Ieſus. *In prima igitur parte dicitur ſic:* Dicunt ei diſcipuli eius. *clarius intelligentes quam ante.* Diuiſio

f Ecce nunc palam loqueris, & prouerbium nul. di. *Clarius enim loquebatur de proceſſu eius a patre, & de aduentu eius in mundū per carnis aſſumptionē, q̄ fecerat ante. & ideo deitatē clarius intelligētes dicūt:*

g Nunc ſcimus, quia ſcis omnia. *Ex doctrina enim eius & miraculis plenius eius deitatem cognoſcebant.*

h Et non opus eſt tibi, ut quis te interro. *Hoc enim uidebant ex hoc, q̄ præuenerat eos reſpondendo antequam interrogarent, ut dictum eſt.*

i In hoc credi. *i. ex dictis & factis præteritis.*

k Quia a Deo exiſti. *& ſic fidem, quam habebant in corde, confitentur ore.*

l Reſpondit Ie. *Hic prædicitur eorum conditio infirma, ne ex pleniori cognitione habita eleuentur, & cautiores contra pericula reddantur cum dicitur:*

Modo

m Modo creditis. *q. d. parum ſtabitis in hac fidei confeſſione.* G

n Ecce uenit hora, & iam uenit. *quia extunc incipiebat tempus ſuæ paſſionis, de quo loquebatur.*

o Vt diſpergamini unuſquiſque in pro. *Sicut enim propter fidem Chriſti apoſtoli propria reliquerant, & adinuicem & cum Chriſto colligati erant per amorem, ut habetur Matt. xix. d. Ecce nos reliquimus oīa, & ſequuti ſumus te. ita ecōtrario propter īfirmitatē eorū ī fide, īminēte Xp̄i morte diſpſi ſunt ab īuicē, & a Xp̄o: q̄rētes proprium cōmodū. ideo ſubditur.*

p Et me ſo. re. *quod factum eſt in captione q̄ imminebat de proximo. Verūtamē ex fuga eorū nullū detrimētū accidit Xp̄o, ideo ſubdit.*

q Et non ſum ſo. quia pa. me. eſt. *quia humanitas remanſit deitati coniuncta, in qua deitate pater & filius ſunt vnū q. d. in mea paſſione non indigeo ueſtra præſentia, cum habeam præſentiam patris omnipotentis.*

r Hæc loquutus ſum. *Hic concluditur cōcluſio principaliter intenta. Ad hoc enim dixit Chriſtus prædicta omnia, ut apoſtoli firmarentur contra tribulationes imminentes & hoc eſt quod dicitur:* Hæc loquutus ſum uobis. *ſ. ad hunc finem.*

s Vt in me pa. ha. *aduenientibus tribulationibus futuris: quia ſicut graue quietatur in loco proprio, ita cor humanum in Deo.*

t In mundo preſſuram ha. *i. a mundanis hominibus vos perſequentibus:* In me pacem ha. *Sancti enim viri non habent puras tribulationes, quia habent conſolationem Dei admixtam, ſed mali habent eas puras, non habentes conſolationem ullam.* †Mat. Marc. Zach.

v Sed confidite, ego uici mundum. *q̄tū ad concupiſcentiam carnis per auſteritatem, quantum ad concupiſcentiam oculorum per paupertatem, quantum ad ſuperbiam uitæ per humilitatem. In hac victoria Chriſti debent confidere ſancti, quia conſideratione eius armati faciliter ſuperant tribulationes mūdi. Propter quod dicit Petrus Chriſto in carne paſſo, & vos eadem cogitatione ar. &c.* Quæſtio. 1. Pet. 4.

*Occaſione cuiuſdam dicti in ca. quæritur, utrum plenitudo ſpiritusſancti debuit dari immediate poſt aſcenſionem Chriſti? Et arguitur primo quod non, immo debuit dari ante, quia plenitudo gratiæ debuit dari in temporis plenitudine. ſed plenitudo temporis incepit a natiuitate Chriſti, ſecundum quod dicit Apoſtolus: At ubi uenit plenitudo temporis, miſit Deus filium ſuum factum ex muliere, factum ſub lege, &c. Item arguitur, quod adhuc plenitudo gratiæ non ſit data, quia ſicut filius eſt a patre, ſic ſpiritusſanctus ab utroque. Status autem ueteris teſta. correſpondet patri, in quo intendebant patres generationi. Similiter ſtatus nouæ legis correſpondet filio, in quo clerici intendentes ſapientiæ, filio appropriatæ habent populum regere: ergo videtur quod futurus ſit alius ſtatus, ſpiritui ſancto correſpondens. In tempore autem ſpirituiſancto correſpondente debet plenitudo gratiæ dari, ergo, &c. Contra vtrumque prædictorum arguitur per illud quod dicit Saluator diſcipulis ſuis in litera: Si non abiero, paracletus non ueniet ad uos. Ex quo patet, q̄ ante aſcenſionē Chriſti non fuit data plenitudo ſpūſſcti. Sequitur: Si aūt abiero, mittā eū ad uos. Ex quo patet, q̄ ſpūſſctus cito poſt Chriſti aſcenſionem fuit datus. Reſponſio. Circa hanc quæſtionem errauerunt Manichæi occaſione uerborum Chriſti, ſecundum q̄ dicit Aug. in li. contra Fauſtum. Chriſtus. n. in hoc ca. loquens de aduētu ſpūſſcti, dixit apoſtolis: Cū autem uenerit ille ſpūs veritatis, docebit uos oēm veritatem. Apoſtoli autem omnem ueritatem non cognouerunt, ſecūdum quod dicit apoſtolus. Ex parte cognoſcimus, & ex parte prophetamus. ideo dixerūt, q̄ promiſſio ſpūſſancti non fuit impleta in apoſtolis. ſed in ipſo Manichæo, qui fuit poſterior ipſis, & ſecundum eos cognouit plenitudinem veritatis. Propter quod Manichæi non recipiunt librum Actus Apoſtolorum: quia ibi expreſſe ponitur miſſio plenitudinis ſpiritusſancti ſuper apoſtolos, ut patet Act. ij. a. Sed dictum iſtorum Manichæorum manifeſte patet falſum, quia Manichæus, quem dicunt omnem veritatem cognouiſſe, non ſolummodo multa falſa, ſed etiam abſurdiſſima dixit: ut patet intuenti eius errorem, & erroris reprobationem a doctoribus noſtris. ij. ſententiarum. & . iij. & in pluribus alijs locis, quod omitto proſequi ratione prolixitatis uitandæ, & quia hæreſis Manichæi & eius reprobatio ſunt ſatis nota. Propter quod dicendum, quod plenitudo ſpūſſcti ſecundum quod Chriſtus promiſerat, fuit cōpleta in apoſtolis, qui fuerunt ipſi Chriſto propinquiſſimi: in quo habitat omnis plenitudo diuinitatis. Veruntamen non fuit data iſta plenitudo apoſtolis ante aſcenſionem Chriſti. Cuius ratio eſt, quia ad hoc datur ſpiritusſanctus hominib. ut corda eorum trahantur ſurſum per appetitum cæleſtium. Appetitus autem hominis non tendit efficaciter ad aliquid: niſi illud apprehendatur poſſibile, & ideo poſſibilitas perueniendi ad cæleſtia debuit prius hominibus declarari, quam daretur plenitudo ſpiritusſancti. Illa autem poſſibi-* H Gal. 4. Error Manichæorum. 1. Cor. 13. Confutatio. Coloſ. 2. b

¶ litas fuit



A ¶ *litas fuit declarata in Chriſti aſcenſione: ſecundum q̄ dixit Mich. ij. d. Aſcendit ante eos pandens iter. & ideo plenitudo ſpiritusſancti non debuit dari ante aſcenſionem Chriſti. propter quod dicitur ſupra Io. vij. f. Nondum erat ſpiritusſanctus datus, quia nondum fuerat Ieſus glorificatus. Secunda ratio eſt ad hoc, quia ſpiritusſanctus eſt amor ſpiritualis & ideo apoſtoli prius debuerunt diſponi per aliquem ſpiritualem amorem ad Chriſtum antequam reciperent plenitudinem ſpiritusſcti. Talis āt diſpoſitio facta eſt ſubtracto amore carnali ad Chriſtum, qui cauſabatur ex præſentia corporali ipſius Chriſti cum apoſtolis. q̄ quidem præſentia ſubtracta eſt in eius aſcenſione, ideo &c. Tertia rō eſt ad hoc, qa Chriſtus non dat ſpiritūſanctū inq̄tū hō, ſed inq̄tū Deus. & ideo prius debuit declarari eius diuinitas per aſcenſionem ad patris æqualitatem q̄ daret ſpūſſcti plenitudinem. Item non debuit retardari talis plenitudo per magnum tempus, quia ſicut iam dictum eſt, decens erat illi, qui erāt vt primi fundatores eccleſiæ poſt Chriſtum, poſt ipſum in maiori plenitudine haberent ſpiritumſanctum, quibus ſtatim imminebat tempus prædicandi veritatem euangelij per orbem uniuerſum. tamen de plenitudine ptātis diuinæ pt dari plenitudo ſpūſſcti īdifferenter in quolibet tpe. Ad primum dicendum, q̄ plenitudo gratiæ incepit a Chriſti conceptione, quia eius aīa extunc plenitudine gratiæ fuit repleta. verūtamen illa plenitudo non erat extunc ad alios deriuanda: ſed poſt aſcenſionem & glorificationem Chriſti, ut patet per prædicta. Non enim oportet quod a principio plenitudinis temporis detur omnis plenitudo gratiæ, ſed ſcd̄m ordinatum proceſſum diſpoſitionis diuinæ. Ad ſcd̄m dicendū, q̄ lex noua ſucceſſit veteri, ſicut perfectū īperfecto: ſed nō eſt alius ſtatus expectandus perfectior ſtatu nouæ legis, cū noua lex ultimam perfectionem poſſibilem in uia cōtineat. & ideo nō eſt expectāda alia lex uel alius ſtatus magis correſpōdens ſpūiſctō, q̄ ſtatus nouæ legis. Potiſſime, quia lex noua eſt amoris, amor autem appropriatur ſpūiſctō ſicut & filio. propter qd' dicit Apoſtolus. Lex ſpūs uitæ in Chriſto Ieſu. Et eodem modo lex uetus non correſpondet patri ſolum, ſed etiam filio, inquantum fuit ibidem prænunciatus & præfiguratus. Propter quod dixit Saluator ſupra. v. g. Si crederetis Moyſi, crederetis forſitan & mihi: de me enim ille ſcripſit. Illud autem, quod adducebant Manichæi pro ſe: Cum uenerit ille ſpiritus ueritatis, docebit vos omnem veritatem, ſolutum eſt exponendo literam quia cognouerunt omnem ueritatem eorum ſtatui decentem. Quod aūt dicit apoſtolus Ex parte cognoſcimus, loquitur de cognitione uiæ reſpectu cognitionis patriæ. & ideo non valet, quia apoſtoli cognouerunt ea quæ docuit eos ſcire pro ſtatu uiæ, ut dictum eſt.* Plenitudo gratiæ quando cœpit. Rom. 8. a 1. Cor. 13. c

In ca. xvi. vbi dicitur in poſtil. Omnia bona & mala corporalia, minora videntur, & minus ponderantur præſentia quam futura.

### ADDITIO I.

C *Mala fiunt magis terribilia ex duobus. primo ex magnitudine mali, qd' timetur. Secundo ex debilitate timentis, cū minus poſſit reſiſtere. Ad utrūq; āt iſtorū operatur, q̄ repentinū malum cauſet maiorem timorem: q̄ malum præuiſum. Ad primum. n. qa mala & bona corporalia pñtia minora uidentur q̄ futura. Ad ſcd̄m vero, qa repentinum malum magis ſubtrahit remedia, qb. hō ſe poſſet præparare ad repellendum futurum malum, quod facere non poſſet, cum repente ex improuiſo malum occurrit. Primum iſtorum uidetur declarare Tullius, ut in poſtil. Ad ſecundum vero magis uidentur declinare verba Gre. vnde licet eandem cōcluſionem teneāt, nō tamen eiſdem medijs, ut bene inſpicienti patere potuit*

In eo. c. vbi dicitur in poſtil. Cum uenerit ille, arguet mundum.

### ADDITIO II.

*Ad maiorem declaratiōnē horum uerborum. ſ. cum venerit ille, arguet mundum de peccato, & de iuſticia, & iudicio, &c. Notandum, quod mundus, qui Chriſtum non cognouit, ut ſupra. i. ca. quod intelligitur de mundanis, in tribus impugnauerunt Chriſtum. Primo in eius doctrina, quæ eſt ueritas, quam non crediderunt. Secundo in eius uita, quæ eſt iuſticia, quam multipliciter exprobrauerunt. Tertio in eius potentia, q̄ p iudicium definitiuum, q̄tum in ipſis fuit, ſupplātauerūt, eū morti condēnando. Vnde de iſtis trib. ſpūſſctus in apoſtolos ueniens mundum arguit. De primo, quia per eos veritas doctrinæ Chriſti per orbem fuit publice diuulgata & miraculis cōfirmata. De ſcd̄o, quia p eius aſcenſionem ſeu reditū ad patrem teſtificata eſt iuſticia eius per apoſtolos, prout poſtil. dicit. & hoc eſt qd' dicit, de iuſticia, qa ad patrem uado. Et ne forte quis crederet q̄ Chriſtus ī cælū aſcendens iterū ad uitā mortalem rediret, ideo ſubiūgit: Et iā non uidebitis me. De tertio, ſ. de iudicio mundus arguitur, quia ſicut crediderunt Chriſtum iudicando totam eius ptātem euacuare ſic per oppoſitum princeps huius mundi. i. diabolus fuit iudicatus, et eius ptās totaliter ablata reſpectu electorum. quod apoſtoli per ſpiritumſanctum in eis manētē frequenter oſtenderunt, eijciēdo dæmonia & detegēdo illuſiones ſeu errores eorum, ut ſepiſſime in eorum geſtis habetur.* Mundani Chriſtum in tribus impugnauerunt

In e. c. vbi dr̄ in po. Sed dictū iſtorū Manichæorum patet falſum.

### ADDITIO III.

*Non ſolum Manichæus incidit in iſtum errorem, ut dicit Aug. ſed fortius & periculoſius Mahumetus, qui ſimiliter fundauit errorem ſuum in his verbis Chriſti & in alijs, in quibus promittit ſe miſſurum alium paracletum, vt Ioh. xiiij. b. Ego rogabo patrem meum, & alium para. mittet uo. unde & ipſe uocat ſe miſſum a Deo, ut patet in ſuo Alchorano, in quo falſiora & magis abſurda continentur, ut patet eundem librum legenti, prout poſtil. etiam tangit infra ſequenti cap.*

B

## GLOS. ORDIN. CAP. XVII.

Hæc *loqu.* Non ſolum quæ in cæna, ſed etiā q̄ ab initio. Sed maxime quæ in cæna, hac de cā dicit dicta, ut in illo pacē haberent. Hæc pax eſt pro qua Chriſtiani ſumus, pro qua ſacris imbuimur, pro qua omnibus erudimur, pro qua ſpiritum in pignus accepimus, pro qua in eū credimus & ſperamus, & amore eius accēdimur. Hęc ē pſſuris ɔſolatio & liberō, ut ī hac liberemur, ī fine feliciter regnem'. ī hoc ergo ſermone ɔcludit

b *Pa. ue. h.* Potuit orare ſilentio ſed in orando eſt etiā doctor, & notā facit orationem, quæ & præſentiū & futurorum eſt ædificatio. *Venit ho.* non vrgente fato, ſed diſponente deo, qui ſine tempore ordinauit omnia quæ fiant per tempora ordine congruo. Significat

c *Clarifica fi.* humilitas in paſſione, claritas in reſurrectione cępit. Venit hora paſſionis, ſeminandæ humilitatis, nō differas gloriā reſurrectiōis. *Vt fi. t. cl. te.* Et ſic claritas pr̄is nec augeri, nec minui pt ī ſe Apud hoīes minor erat, dū in Iudæa ſola notus, ſed p reſurrectionē filii vbiq; īnotuit. Significat Pſal. 75. a

d *Vt fi. tu. cla.* In cognitione hoīm, ſicut dediſti, uſq;, ut cognoſcāt te & quē miſiſti. Nō. n. pōt cognitione hominū clarificari pater, niſi

## CAP. XVII.

¶Finito ſermone ad diſcipulos, ad patrem verba conuertit, & orare cœpit.
Hæc loquutus eſt Ie- a
ſus, & ſubleuatis b
oculis* in cęlum, di-
xit: pater, uenit c
a ¶Quam conſtitui tecum.
hora, †clarifica filium tuum, ut fili- d e
a ¶Notum faciat omni carni, ſicut ei ſecundum hominem dediſti poteſtatem car. i. hominis, ſic etiam dediſti, ut omne quod dediſti ei, det eis uitam æternam.
us tuus † clarificet te. Sicut dedi- f
ſti ei poteſtatem omnis carnis, † ut g
a ¶Filio.
omne quod dediſti ei, det eis uitam h

* ſuis † De pœn. diſt. 4. c. ſi ex honor. cir. med.

## NIC. DE LYRA. CAP. XVII.

Hæc loquu. eſt. *Poſtquam confortauit diſcipulos ſuos per doctrinæ beneficium, hic conſequenter eos conſolatur per orationis ſuffragium. Circa quod notandum, q̄ oratio eſt petitio decentium a Deo, ſcd̄m Dama. li. iij. Et ideo orare non conuenit Chriſto ſecundum diuinitatem, ſed magis orari: qa ſic eſt æqualis Deo patri. Secundū humanitatem āt, in qua minor eſt patre, cōuenit ei orare, & pro alijs & pro ſe. Diuiditur ergo præſens capitulū in tres ptes, qa primo Chriſtus orat pro ſeipſo, ſcd̄o, pro apoſtolorū collegio, ibi. Manifeſtaui. tertio, pro toto fideli populo, ibi: Nō pro eis tātū. Prima in tres. qa primo pmittit ſuā orōnem ſecundo, remouet quādam dubitationem, ibi: Hæc eſt uita æterna. tertio ſubiungit exauditionis rōnem, Ego te clarifi. Circa primum ſciendum q̄ Chriſtus* Quo conuenit Chriſto orare. Diuiſio.

D *Chriſtus non tantum orauit ad aliquid impetrandum, ſed etiam ad dandum nobis orādi exemplum. & ideo oratio ſua hic deſcribitur optimis circūſtātijs diſpoſita. prīo reſpū pcedentiū, cum dicit:* Hæc lo. eſt Ie. *quia poſt diſcipulorum īſtructionem cōuertit ſe ad orōnem, ad oſtendendum, q̄ complementum boni opis eſt a Deo reqrendum. ſcd̄o, reſpu pñtiū cū dr̄:*

b Et ſub. ocu. in cę. *Inter alias partes corporis diſpoſitio interior mentis maxime relucet in oculis. In oratione āt mens debet in Deum eleuari, qa ſcd̄m Da. oratio eſt aſcenſus mentis in Deum. & ideo ad hoc denotādum Saluator orando pñtialiter oculos leuauit ad cęlum. tertio reſpectu ſequentium, imminente. n. tribulatione debet homo recurrere ad Deum. et ideo Xp̄s ī principio ſuæ orationis exprimit tp̄s ſuæ paſſionis imminentis.* Oratio

d Pater ue. ho. *ſ. paſſionis meæ.*

d Clarifica fi. t. *In paſſione. n. clarificatus eſt a patre. Primo per ſigno diuinitus oſtenſa. q̄ ſunt, ſolis obſcuratio, terręmotus, ueli templi ſciſſio, & huiuſmodi. qb. uiſis centurio qui erat gentilis, dixit: Vere filius Dei erat iſte. Scd̄o, per paſſionem fuit clarificatus, inq̄tum per ipſā meruit corporis gloriā & exaltationem. Tertio, qa per hoc venit in totius mundi noticiā per gentium credulitatem. Granum. n. frumenti mortuum attulit hunc multiplicem fructum. Hanc igitur triplicem clarificationē petit hic Ieſus. Verum q̄ qa gloria filij redundat ī gloriā pr̄is, ideo ſubdit.* Matt. 27. f

e Vt fi. tu. c. te. *& non ſolum redundat ī pr̄em, ſed in oīb. adhærentibus Xp̄o per fidem, quia bonum capitis ad membra deriuatur: ideo ſubditur*

f Sicut dediſti ei poteſtatem omnis carnis. *i. omnis humanæ naturę.*

g Vt omne quod de. ei. *per adhærentiam fidei.*

h Det eis ui. ęte. *quia per meritum Chriſti habemus introitum ad gloriam, quam amiſeramus.*

¶ Hęc

## MORALITER.

✱ a *Hæc lo. Ie. & ſu. o. ī c.* In hoc docuit nos ad cælum cum oramus leuare oculos. qa ſcd̄m Da. Oratio eſt eleuatio mentis ī deum

c *Pater ue. ho. cla. fi. tu.* Et hoc oſtenditur, quod per patientiam in tribulatione homo clarificatur, per patientiæ virtutem. Et Deus clarificatur: nam patiens ſuſtinet ad eius honorem.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Eri pater: niſi ille cognoſcatur, per quem clarificatur, i. populis innoteſcat. & hæc eſt clarificatio patris, quæ non circa ſolos apoſtolos, ſed etiam circa omnes credentes fit.

*a Hæc eſt au.* Ordo, Vt cognoſcant te, & quem miſiſti. i. Chriſtū cū ſpū, qui eſt amborū eſſe vnū & ſolū verū Deū. Si ergo eo modo te clarificat filius, ſicut dediſti ei ptātē oīs creaturæ, & ſic dediſti ut oē, qđ dediſti ei, det e vi æ. Et hęc eſt vita æterna, ut cognoſcant te. Sic te ergo filius clarificat, ut oībus, quos dediſti ei, te cognitum faciat.

*b Vt cognoſ.* Quod hic eſt ex parte, in futuro erit plene. Qui ergo proficit in cognitione magis uiuere tendit. Qñ aūt erit plena cognitio, erit ſine fine laudatio. Et hæc eſt illa clarificatio, ſed prius hic clarificat, dū īnoteſcit fidelib. uñ Ego te clarificaui ſup terrā.

*c Opus c.* i. ac ſi aperte futurū diceret: clarificabo. gētibus pdicando. Opus cōſummabo, qa iā factū pdeſtinatione, & p iā facto eſt habēdū, qđ certiſſime eſt futurū. Hāc pdeſtinationē ī ſua clarificatiōe manifeſtius aperit, dicēs, Quā habui apud te priuſq̃ mūd⁹ eēt i. ſicut tūc ipdſtinatiōe habui apđ te añ tpa, ita nūc ī te fac ī mūdo ī tpe.

*d Dedi. mi.* In quo notat gr̄a. Nihil n. hēt ī hoīe qđ non accepit. Cū reſtet paſſio, dicit, Cōſūmaui, qa ſe certiſſime nouit cōſūmaturū, ſicut ppheta ait Qui fecit q̃ futura ſunt. Quāuis ergo videat hīc dicere, q prior prē glorificauerit & poſt a prē eēt clarificandus, dicēdo: Et nūc clarifica me pr̄ apud temetipsū, tñ de futuro ē vtrūq;, & eo ordīe ut ſu. Pr̄ clarifica filiū tuū vt fi. te cla. Eadē. n. eſt ſnīa, niſi q a hic dict⁹ ē clarificationis mod⁹. q ibi erat tacit⁹, qūo pr̄ clarificet & filius clarificat prē ſup terrā, pr̄ filiū apud ſeipsū.

*e Homini.* Pñt hęc oīa dici de oīb. fidelib. futuris. Et eſt hæc clarificatio, qua clarificat⁹ filius clarificat prē ſup terrā, ſm q eſt pteritū p futuro. Sed credibilius eſt de his dici, q tūc erāt diſcipuli, cū poſt dicat: Cū eēſſē cū eis ſer. e. ī no. t. & nullus periit, niſi filius pditionis i. Iudas, qui de. xij. perijt. Vbi addit Nunc ad te ve. In quo oſtendit corporali præſentia ſe fuiſſe cum eis, qui in aſcēſione ab illis abiit. De cæteris poſt addit, Non pro his tantum rogo, ſed pro his, qui credituri ſunt per verbum eorum.

*f Tui e.* Aug. Patris erant hi ſicut omnia, non ſine filio omnia tenente cum illo. Sed ſolet ei, a quo eſt, tribuere quidquid habet. Mihi eos dediſti ſecundum hominem, qui non ſemper fuit, ſed accepiſſe eos dicit. Habuit aliquando Dei filius, qđ nondum habuit idem homo filius, quia nondum erat homo

*g Cognouerunt.* Ne putaretur cognitio iam facta per ſpeciem, addit: Crediderunt vere, non eo modo, quo cum dixit: Modo creditis, venit hora ut diſpergamini. Sed nec adhuc tales erant, ſed prænunciat quales ſint futuri accepto ſpiritu, ſine quo nec ſeruauerunt ſermonem, quem dixerat.

*h Ego pro eis rogo.* Prima oratio fuit: Clarifica fi. ut fi. Cla. te. & de

Eccleſ 3. c

In euāg. Io. c. 17. tract. poſt medi. n. 9.

a æternam. Hæc eſt autem uita æter- a
b na, ut cognoſcant te ſolum Deum uerum, & quē miſiſti, Ieſum Chriſtum.
Ego te clarificaui ſuper terram, o- b
c d pus conſummaui, quod dediſti mi- c
a ¶Vt te clarificem.
hi, ut faciam. Et nunc clārifica me tu d
a ¶Ad dexteram tuam collocando.
pater apud temētipſum claritate
a ¶Ab initio ſic præordinatum eſt, vt Deus ſic hominem illum exaltaret.
quam habui priuſquam mundus fie
a ¶Non quod iam ſit perfecta manifeſtatio ſine prouer. bu. te ſed quod certiſſime futura. b ¶Non quo dicens Deus, quod erat notum in Iudæis, ſed quo dicet s pater meus, quod ſine filio non noſcitur.
ret apud te. Mūnifeſtaui nomēn tu- e
a ¶Apoſtolis, & fere omnibus gentibus. b ¶Inſtruendos. ¶Homini.
e um hūminibus, quōs dediſti mihi
a ¶De quo iam non ſunt. b ¶Præſcientia.
f de mūndo. Tūi erant, & mihi eos f g h
a ¶Ad docendum. b ¶In fide permanſerunt.
dēdiſti, & ſermonem tuum ſeruāue- i
a ... cognouerunt, quia a te ſum, Simul enim pater dedit omnem ... genuit, qui haberet omnia.
g runt. Nunc cōgnouerunt, quia o- k
mnia, quæ dediſti mihi, abs te ſunt,
a Per hoc cognouerunt, quia acceperunt. ¶Intus.
Quia uerba quæ dediſti mihi, dedi l
¶Intellexerunt & tenuerunt.
eis. Et ipſi acceperunt, & cognoue- m n
a ¶Similiter uere.
runt uere, quia a te exiui, & crēdide-
¶Quod eſt idem quod a te exiui.
h runt, quia tu me miſiſti. Ego pro eis o
a ¶Quos dedit e mundo.
rogo, non pro mūndo, ſed pro his, p
a ¶Per quod iam non ſunt de mundo, pro quo non rogo.
quos dēdiſti mihi, quia tui ſunt. q

## NICOLAVS DE LYRA.

a Hæc eſt au. *Hic remouet quādam dubitationem. poſſet enim aliquis credere, quod illa vita æterna per eum fidelibus danda conſiſteret in carnalibus bonis ſicut dicunt Saraceni, qui expectant in alia uita in uoluptatibus carnalibus & diuitijs & conſimilibus præmiari, ſecundum quod dicitur in Alchorano Mahumeti: quæ tamē vita ſcđm Philoſophū dicitur uita pecudū. Propter quod ipſe Auicēna hoc conſiderans dixit, q propheta, quem vocant Mahometum, promittit eis talem felicitatem in præmium, quā multi ſapientes nō attēderūt. Similiter Iudæi reſurrectionem futurā expectant ad vitam carnalem. Et ideo felicitatē uitæ futuræ credunt conſiſtere in bonorum temporalium plenitudine, & pacis trāquillitate. Hoc aūt remouet Saluator d.* Hæc eſt au. ui. æter. ut co. *Vita enim æterna ſiue beatitudo cōſiſtit eſſentialiter in aſpectu claro ipſius diuinitatis, prout tamen habet adiunctam fruitionem, quæ eſt completiua felicitatis: ex conſequenti vero conſiſtit in aſpectu humanitatis Chriſti, quæ eſt inſtrumentum nos introducens ad beatitudinem principalem. Beatitudo autem hominis conſiſtit in coniunctione ad vltimum & optimum, & ideo non poteſt conſiſtere in coniunctione ad aliquod bonum tēporale vel corporale, vt dicunt Rudes Saraceni & Iudæi: ſed in adeptione ipſius primi & ſummi boni per apertam uiſionem & fruitionem.* Conſiderandum etiam, quod cum dicit filius loquens ad patrem: Hæc eſt au. ui. æter. ut eo. te ſo. de. *Per hoc enim non habetur quod ſolus pater ſit Deus, & filius ſit creatura, vt dicebat Arrius: quia hæc dictio excluſiua, ſolus, nō determinat ly te, vt ſit ſenſus, qđ ſolus pater ſit Deus, ſed determinat ly Deū. Et eſt ſenſus, q illa eſt ſola Deitas vera, quæ eſt in patre. & ſic ab ea non excluditur filius, ſed magis includitur: quia vna eſt deitas in vtroq;: ſed excluditur vera deitas ab his qui a gentib. colebātur. ſ. Ioue, Saturno, & conſimilib. Dato ēt q hæc dictio ſolus determinat ly te, & ſit ſēſus q ſolus pater ſit Deus, nō tamē p hoc excluditur filius a deitate ſed magis īcluditur: qa ſecundū Philoſophū ſolus eſt idē, q nō cum alio: & iō tātūmō excludit illud qđ alietatē dicit: Filius āt nō eſt alius a patre in eſſentia ſed tātū ī pſona. & iō quādo hęc dictio ſolus additur uni pſonę reſpū termini eſſentialis, ſicut eſt ī pposito, non excludit aliā perſonā ſed magis includit. Et hoc patet per autoritatem Saluatoris Matth. xi. d. vbi dicit: Nemo nouit filiū niſi pater, neq; patrē quis nouit niſi filius. Si. n. hæc dictio niſi, addita uni perſonæ reſpectu termini eſſentialis excluderet aliam, ſequeretur q pater non cognoſceret ſe ſed tantū filius: nec filius cognoſceret ſe ſed tātū pater, quod eſt abſurdum dicere.*

b Ego te clarifi *Hic ſubdit rationem, quare ſua oratio debeat exaudiri, videlicet quia fuit pfecte obediēs Deo patri carnē aſſumēdo, & veritatē fidei inter hoīes docendo. & hoc eſt quod dicit:* Ego te clarifica ſu. ter. *Et nō ſolū eſt exaudibilis pp pdicta, ſed etiā quia ad cōſūmationē myſterij ſuæ īcarnationis mortē cōſtāter ſuſtinebat. ideo ſubditur:*

c Opus con. q. de. mi. ut f. *Dicit cōſūmmaui, quia iā eius paſſio īcipiebat: q̃ peracta dixit: Cōſummatū eſt: vt habetur infra. xix. f.*

d Et nunc clarifi. me tu pa. apud temet ip. cla. quam habui priuſq. mun. fie. ap. te. *i. illius gloriæ, quam habeo æternaliter tecum ſecundum diuinitatem, fac participem naturam mortalem, quam aſſumpſi propter hominum ſalutem.*

e Manife. no. tu. h. *Hic cōſequēter orat p collegio apoſtolorum. Et diuiditur in duas, quia primo oſtēdit q debet pro eis deprecari. ſcđo format ſuā orationē deuote, ibi: Pater ſancte. Circa primum ponit quatuor rationes, ad oſtendendum, quod dēat pro apoſtolis deprecari. Prima accipitur ex parte Chriſti, quia erat eorum magiſter, & ipſi eius diſcipuli. Bonus autem magiſter debet zelare pro diſcipulis ſuis, & eos dirigere. & hoc eſt quod dicitur:* Manifeſtaui no. tuum homi. quos dedi. mi. de mun. *quia apoſtoli fuerunt ſpecialiter coniuncti ipſi Chriſto.*

Diuiſio

f Tui erant. *ſecundum æternam prædeſtinationem.*

h Et mi. eos de. *vocādo temporaliter ad fidē & apoſtolicam dignitatē*

g De mun. *quia ante vocationem ſuam apoſtoli erant mundialiter uiuentes ſicut & cæteri homines. Secunda ratio accipitur ex parte apoſtolorum, qui fuerunt ſerui obedientes. & hoc eſt quod dicitur.*

i Et ſermonem tuum ſeruauerunt. *corde ſcilicet & opere.*

k Nunc cognouerunt &c. abs te ſunt. *i. a te procedentia.*

l Quia uerba, quæ dedi. *quia a plenitudine ſcientiæ Chriſti facta eſt redundantia in apoſtolis.*

m Et ipſi acceperunt. *doctrinam Chriſti recipiendo.*

n Et cognouerunt uere. *hoc enim cognouerunt per doctrinam Chriſti & per miracula. veruntamē quia talis cognitio eſt fidei, ideo ſubditur.* Et crediderunt, quia tu me. *Tertia uero ratio accipitur ex parte cuſtodię Chriſti, cui apoſtoli erant ſpecialiter com. miſſi. & hoc eſt quod dicitur:*

o Ego pro eis rogo. *hoc dicit, quia efficacia ſuæ orationis tantūmō ſe extendit ad electos. Quāuis enim ſit efficax pro omnibus, tamen mali ponunt ſibi impedimentum, ne ſint participes ipſius. ideo ſubditur:*

p Sed pro his &cæ. ro. *quo ad efficaciam.*

q Quia tui ſunt. *ſecundum æternam prædeſtinationem.*

¶ Et in

1. Ethic. c. 9

Vita æterna in quo cōſiſtit.

## MORALITER.

✠ *a Hæc eſt autem uita æterna.* Per hoc excluduntur errores omnium in aliquo bono creato beatitudinē obiectiuam ponentium.

*c Opus conſummaui, quod dediſti mihi.* hoc legant & retineant inſtabiles qui bona frequenter inchoant, ſed non perſeuerant. Huius ca. reſiduum eſt oratio Chriſti pro ſuis diſcipulis præſentibus & futuris. Et in hoc Chriſtus dedit exemplum prælatis eccleſiæ & curatis, vt pro ſuis ſubditis deuote orent & attente. Nec moralitas alia mihi nunc occurrit ſuperaddenda.



& de his exequutus eſt & concluſit in fide credentium. Iam pro eis rogat, vt pater ſeruet eos, quos ipſe corpore reliquit.

*a Et mea om.* Nō enim quia filio dedit, pater amiſit, cum filius adhuc addat, mea omnia tua & tua mea ſunt. Vnigeniti filii ſunt omnia, quæ patris, per hoc q etiam Deus eſt ipſe, etiam de patre natus patri eſt æqualis.

*b Et tua m. ſ.* Sancti de quibus hoc dicit, non pñt eſſe niſi eius a quo creati & ſctificati ſunt. i. patris & filii, & per hoc oīa, q̃ ipſorū sūt, neceſſe ē, ut ſint eius, cuius & ipſi ſunt, qđ ſu. dixit de ſpū. Oīa, q̃ habet pr̄ m. ſ. ppterea dixi, de meo accipiet. de his dixit quæ ad ipſam ptinēt patris deitatē, in quibus illi eſt æqualis, oīa quæ habet habendo, nō poſſidendo, neque enim ſpūs de creatura accipiet, quæ ſubdita eſt patri & filio, ſed de patre, de quo procedit ſpiritus, de quo natus eſt filius.

*c Et cla.* Supra petebat de futuro, clarifica me apud temetipſum, hic factū dicit & in eis. Sed & hæc futura cum eis innoteſcet, & p eos oīb. credentibus q ad dexterā prīs ſit glorificatus

*d Serua eos.* vt ſint vnū in natura ſua, ſicut & nos ī noſtra ſumus unū. & iō ſi ait, vt ſint vnū nobiſcū, aut ut ſim⁹ unū ipſi & nos ſicut nos vnū ſumus, qa nō ſunt eiuſdē naturæ cū Deo, ſicut filius ſm q Deus vnū eſt cū prē.

*e Cum eſſem.* Non debemus intelligere, q pater & filius alternatim ſeruēt quaſi alter poſt alterū. Sil. n. ſeruāt pater & fili⁹ & ſpūſſctūs, q eſt unus de⁹. Sed ſcriptura nos ñ leuat, niſi ad nos deſcēdat. Cū ita loqī, intelligamus diſtinguere pſonas, nō ſeparare naturā Gaudiū, qđ ſ. expſſit, ut ſint vnum ſicut & nos, hæc eſt pax illa & btītudo in futuro ſeculo, pp quā oīa fiunt, pp quā ſe eſſe loquutū dicit in mundo.

*f Sanctifica.* Sicut ex gr̄a tua incepta eſt ſctificatio, p q̃ iā nō sūt de mūdo, eadē gr̄a fac sāctiores, ut pſeuerēt in ueritate, cui⁹ umbra fuerūt veteres sāctificatiōes. i. ī me q sū ueritas, qđ ſubdēdo aperit, Sermo tuus ve. eſt. qđ eſt ego ſum veritas, Grece logos, Latine verbū uel ſermo, q ē vnigenitus prīs.

*g Et pro eis ego ſan.* i. ut p eis pſit ego me hoīem ſctifico ī me verbo, qđ eſt ab īitio īcarnatiōis ſuę, qū verbū ſcm̄ ē caro. Ita āt illis pdeſt, qa & ipſos q sūt ego, qa caput & corpus sūt unus Xps, ſctifico ī meipſo. vñ addit, *ut ſint & ip.* ſicut ego, *ſctifi. in ue.* & in me.

*h Non pro e.* Iā nō de ſolis apoſtolis, ſed de cæteris mēbris incipit: Nō āt orat p his, qui iā ſunt in fide eius defuncti, ſed p his, q ſunt ī tentationib.

*l Sed & pro e. q.* vſq; ī finē mūdi, vel iā credūt ubicūq; sūt, nō tñ tā pfecte, ut poſt credituri ſunt poſt reſurrectionē

Per uer

Sup. 15. c

B

Sup. 14. a

Sup. 1. a

a Et mea omnia tua ſunt, & tua mea a
¶Tantum.
c ſunt: & clarificatus ſum in ēis. Et b c
a ¶Quia cito futurum. b ¶Et ſi prius fui.
iām nōn ſum in mundo, & hi in mū d
a ¶Corporali præſentia. ¶Quia tardius exituri.
b ¶Exponit quomodo dixit, non ſum in mundo, ſciens aliquos tantum mouendos. c ¶Vt homo rogat patrem pro diſcipulis. ¶Pater iam prope eſt aſcenſio, & ideo commendo tibi corporaliter quos relinquo.
dōſunt, & ēgo ad te uenio. † Pāter e f
a ¶Sed non ſine me ſpirituali potentia.
d ſancte ſeruāeos in nomine tuo, quos g
¶Homini. uel verbo gignendo pater omnia dedit.
dediſti mihi: ut ſint unum, ſicut & h
a ¶Modo ſerua in tuo nomine, in quo eos ſeruabam. b ¶Corporaliter. c ¶Ego filius homo.
e nos. Cūm eſſem cum ēis* ſeruābam i k
¶Sed non ſine te ſpirituali cuſtodia.
eos in nomine tuo. Quos dediſti mihi ego cuſtodiui, & nemo ex eis per- l
¶Iudas prædeſtinatus perditioni. a ¶Quæ hic de illo prophetauit.
iit, niſi filius perditionis, ut ſcriptū- m
a ¶Peracta obedientia.
ra impleatur. Nūnc autem ad te ue- n
a ¶Electis filiis per quos prædicatio impleatur. ¶Quia adhuc corpore in mundo.
nio, & hæc loquōr in mūndo, ut ha- o p
a ¶Id eſt a me eis collatum.
beant gaūdium meum impletū in ſe
a ¶Autem. b ¶Hoc abiens reliquit eis, & hæc eſt cauſa odii.
metipſis. Egō dedi eis ſermōnem tuū q
a ¶Hæc de ſequuturis paſſionibus dicit. b ¶Cur?
† & mundus eōs odio habuit, quia r
a ¶Me liberante eos natus de ſpiritu. ¶Renati ex ſpiritu. b ¶De quo nati. c ¶Natus de ſpiritu.
nōn ſunt de mūndo, ſicut & ēgo non
¶Orat pro ſuis contra odia mundi. ¶Et ſi mundus odit tamen.
ſum de mundo. Non rogo ut tollas s
a ¶Vbi adhuc neceſſarii ſunt, & ſi non ſunt de eo
eos de mundō, ſed ut ſerues eos a ma- t
lo. De mundo non ſunt ſicut & ego
a ¶Ideo. ¶Sic ſeruabantur ab illo malo quod orabat.
f non ſum de mundo. Sānctifica eos in u x
ueritate *: ſermo tuus ueritas eſt. y
a ¶Quia ¶In carne non peccati.
Sicūt tu me miſiſti in mundum, ita z
a ¶Vnde apoſtoli dicuntur. b ¶Liberatos a labe peccati.
g & ego miſi eōs in mundum. Et pro a b
eis ego ſanctifico meipſum, ut ſint c
h & ipſi ſanctificati in ueritate. Non d
a ¶Vt ſeruentur a malo, ut ſanctificentur.
i pro eis autem rogō tantum, ſed &

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ a Et m. omnia tua ſunt. *quia propter inſeparabilem vnionem humanitatis & diuinitatis in Chriſto fit idiomatum communicatio, attribuendo ea, quæ ſunt hominis Chriſti, Deo, & econuerſo. Sicut enim demonſtrato Chriſto, hæc propoſitio eſt uera. Iſte homo creauit ſtellas, ita hæc propoſitio eſt uera, Deus mortuus eſt, quia propter unitatem ſuppoſiti omnia, quæ ſunt Dei, cōmunicantur homini & econuerſo mō pdicto.*

b Et clari. ſum in eis. *Hoc dicit, quia apoſtoli gloriam eius iam partim cognoſcebant, & de propinquo plus cognoſcituri erant. Quarta ratio accipitur ex neceſſitate imminente apoſtolis, quia Chriſtus cito receſſurus erat ab eis, cuius corporali præſentia erant delectati & confortati. & ideo pro tunc indigebant ſpecialiter Deo patri per orationem Chriſti recommendari. & hoc eſt quod dicitur:*

c Et iam non ſum in m. *i. ſum in propinquo receſſu ab eis.*

d Et hi in mun. ſunt. *remanentes in tribulationibus mundanis.*

e Et ego ad te ue. *q. d. propter hoc pro eis oro.*

f Pater ſan. ſer. eos. *Poſitis rationibus, quibus debet pro eis orare, hic conſequenter format ſuam orationem. Et diuiditur in duas: quia primo orat eis conſeruationem a malo. ſecundo, perfectionem in bono, ibi: Sanctifica eos. Dicit ergo primo ſic:* Pater ſancte ſerua eos in nomine tuo. *i. in fide & confeſſione nominis tui.*

C

g Quos dedi. mi. *per ſpecialem amicitiam eos mihi coniungendo.*

h Vt ſint unum, ſi. & nos. *i. ut ſint vniti per charitatē, ſicut nos ſumus vnū per naturā: Ita, qđ ly ſicut, nō īportet ęqualitatē, ſed quādā imitationem longinquam Et allegat conſequēter apoſtolorum neceſſitatem reſpectu huius conſeruationis diuinæ, dicens:*

i Cum eſſem cum eis. *pſentia corporali.*

k Seruabam eos in nomine. &c. cuſtodiui. *i. firmiter & ſecure.*

l Nemo ex eis periit, niſi filius perditionis. *Hoc dicit, quia ſua perditio non fuit ex defectu cuſtodiæ Chriſti, ſed ex malicia ſua ſicut dicitur aliquis filius mortis eo quod facit aliquid dignum morte.*

m Vt ſcriptura im. *Ly vt, hic tenetur conſequutiue, quia per proditionem Iudæ ſequuta eſt impletio ſcripturæ, quæ de hoc loquitur pſalm. xl. & cviij. vt ſupra allegatum eſt. xiij. cap.*

† De ſum. Tr. & fi. catho. c. damnamus. de cel. miſſ. c. cū Marthę. §. q̃ſiuiſti.

*in mūdo, ego

n Nunc au. ad te ue. *per mortem meam.*

o Et hæc loquor in mū. *Hoc dixit pp hoc quod ex dictis eius aliqui poſſent credere, q non haberet ptātem cuſtodiendi eos in abſentia ſicut ī pſentia. iō hoc remouet di.* Et hæc lo. in mun. *ſ. exiſtens in preſentia corporali acſi diceret: Sic loquor non propter defectū virtutis, ſed ad oſtendendum veritatem humanæ naturæ compatiens eis. ideo ſubditur:*

p Vt ha. gau. me. imp. in ſemet. *Gaudium enim Chriſti eſt de vnione humanitatis ad diuinitatem, per quā illa humanitas habet gratiæ & gloriæ plenitudinē, vt ſupra dictū eſt c. i. Ad hoc āt erat intentio Chriſti orantis, ut apoſtoli venirēt ad gloriā ueræ fruitionis, ī qua aperte viderent unionē in ipſo deitatis & humanitatis. Alia āt rō quare apoſtoli īdigebāt a Deo ſpāliter conſeruari, eſt, quia erant Iudæis odioſi propter doctrinam Chriſti. & hoc allegat Saluator di.*

q Ego d. eis ſe. tu. *cuſtodiēdū & pdicādū.*

D

r Et m. eos o. ha. quia non ſunt de mun. ſicut & ego non ſum de mundo. *quantum ad affectionem, licet ſint de mundo quantum ad corporalem præſentiam.*

s Non rogo, ut tollas eos de mun. *quia non expedit fidelium ſaluti, donec fides ſit publicata per totum mundum.*

t Sed ut ſe. e. a m. *dando eis cōſtātiā in tribulationibus imminentibus de proximo.*

u Sancti. eos. *Hic cōſequēter orat apoſtolis perfectionē ī bono di.* Sācti. e. *i. confirma. Sāctum. n. uno mō ſignificat idē, quod firmum.*

x In ue. *ſ. fidei catholicæ.*

y Sermo tu. ue. eſt. *i. doctrina mea quam dedi eis, quæ etiam tua eſt, ſicut ſupra dictū eſt: Iſta autem confirmatio apoſtolorum facta eſt a Deo patre, quando in die Pentecoſtes miſit eis ſpiritumſanctum. Et neceſſitas huius confirmationis ſubditur, cum dicitur:*

Sup. c. 7

z Sicut tu me mi. in mun. *ad ueritatem ſalutis æternæ docendum.*

a Et ego mi. eos in mun. *ad hanc doctrinam ubique prædicandum. Et notandum, quod dicit, miſi, ideſt mittam, loquendo de futuro per modum præteriti propter certitudinem euentus futuri, quia apoſtoli non ſunt miſſi ad prædicandum per mundum, niſi poſt acceptationem ſpirituſſancti, licet ante fuiſſent miſſi ad prædicandum in ciuitatibus Iudææ Iudæis tantum.*

b Et pro eis ego ſanctificabo meip. *i. ſacrificium in carne offero tibi acceptum.*

c Vt ſint & ipſi ſanctificati in ueritate. *Sicut enim uetus teſtamentum per ſanguinis effuſionem confirmatum eſt, ſic confirmatio noui Teſtamenti facta eſt per effuſionem ſanguinis Chriſti, vt oſtendit Apoſtolus.*

Hebr. 9.

Diuiſio

d Non pro eis autem rogo tantum. *Hic conſequenter Saluator orat pro toto fideli populo. Et diuiditur in duas: quia primo orat pro eis conſequutionem gratiæ, & ſecundo gloriæ, ibi: Pater quos dediſti mihi. Dicit ergo primo ſic:* Non pro eis autem rogo tantum &c. *vt omnes vnum ſint, in unitate charitatis, in qua vnione conſiſtit perfectio Chriſtianæ religionis, quia per hoc membra eccleſiæ coniunguntur ad inuicem & capiti homini Chriſto, & ulterius ipſi Deo: quia qui adhæret Deo vnus ſpiritus eſt, ut dicitur. i. Corin. vi. d. & ſic per conſequens primum principium, quod eſt Deus, coniungitur homini, qui eſt quodammodo omnis creatura.*

Marc. vlt.



VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

E a *Per uerbũ.* Per uerbũ euãgelii, qđ eſt eorũ, nõ ꝙ per eos tñ ſit ꝑdicatum, ſed & per Paulum & alios quoslibet, ſed q̃a eis prio & principaliter cõmiſſum ſit ad ꝑdicãdũ. Hoc ẽ verbũ ñ dei, verbum Dei, per quod credidit latro, credidit Paulus, & quicumque credit.
Luc. 23. f Actu. 9. a

b *Vt oẽs unũ.ſ.* Nõ ait, oẽs unũ ſumus, ſed vt illi oẽs vnũ ſint, ſicut tu pater ĩ me & ego in te, ſubaudi vnũ ſumus. Ita & pater ĩ filio & filius ĩ pr̃e, vt unũ ſint, q̃a vnius ſubẽ. Nos uero poſſumus eſſe ĩ pr̃e & filio & ſpũſctõ. Vel pr̃ & filius & ſpũſctũs ĩ nobis eẽ põt vnũ tñ cũ Deo ẽe nõ poſſumus, q nõ vnius ſubẽ. Deus vero ĩ nobis ẽ ut ĩ tẽplo, nos ĩ illo vt creatura ĩ creatore.

c *Vt & ipſi.* In nobis dicit, vt ꝙ vnum ſunt fide & charitate, gratiæ Dei tribuant, ut nunc autem lux in domino
Ephe. 5. b

d *Vt mun.* Mundus hic accipitur ꝑ oĩbus illis, q unũ ſunt. Nec hoc ꝙ ſunt facit cãm ut credãt, q̃a potius credendo vnũ ſunt, q q̃uis vnũ eẽnt natura, diſſẽtiendo tñ ab vno, nõ erant vnũ. ſed orãdo dixit, vt mũdꝰ credat, ſicut orãdo dixit vt oẽs unũ ſint, acſi tertio ſubaudiatur, rogo, ut mũdus credat.

e *Ego in e.* Nõ q̃n & pr̃ ĩ nobis, & nos ĩ pr̃e. Sed hic mediatorẽ ſe oñdit, ex cuius ꝑſona hoc dr̃, ſicut hoc ꝙ ap̃ls ait, Vos Xp̃i, Xp̃s ãt Dei. Vt ſint ꝯſũmati, oñdit eo ꝑduci recõciliatiõẽ ꝑ mediatorem, vt ꝑfecta btĩtudine fruamur, ubi cognoſcet mũdꝰ ꝑ ſpẽm qđ mõ ꝑ fidẽ. Ego sum ĩ eis ad quos me mi & tu ĩ me, mũdũ tibi ꝑ me recõcilias. Vñ ẽ ẽt hoc qđ ſeqĩ: Dilexiſti eos q̃a ĩ filio ẽt mẽbra eius diligit, ſicut & me, ñ ꝙ ęq̃liter ſed q̃a & me & illos. vl̃ ꝑp me illos, ſicut ſ. Sicut miſiſti me miſi eos. i. quia me miſiſti, miſi illos.
2. Cor. 3. d

F f *Quos dedi* i. traxiſti ad me, ſic & ego elegi eos de mũdo, alii ñ ſunt dati ei, non ſunt ſui, & ſi poteſtas ſit ei oĩm.

g *Volo.* Non põt non fieri qđ uult oĩpotens ſed illa uoluntas eſt hominis, de qua dicit, Non ſicut ego volo.
Matt. 26. d †Mar. 14. d Luc. 10. d

¶ *ſed q̃rit quæ eſt illa veritas, cuius uirtute & participatione homines efficiuntur de regno Chriſti. Intellexit.n.per hoc in quodam generali aliquod dominiũ exiſtẽs extra cõem modum hoĩm.& hoc eſt verũ ſi intelligatur determinate,& magis in particulari,quia veritas diuina filio appropriatur.* Pilatus non expectauit Chriſti reſponſum propter duo. *Veritas,per quam homines in præſenti efficiuntur de regno Chriſti,eſt quædam impreſſio & participatio ueritatis diuinæ. Huius autem quæſtionis Pilatus non expectauit reſponſionẽ duplici de cauſa. Vna eſt,quia erat de regno ſpirituali,vt viſum eſt: ipſe autem non habebat ſe intromittere niſi de temporalibus: & ideo hoc aduertens dimiſit illius q̃ſtionis proſequutionem. Alia cauſa fuit,quia iam perceperat Chriſti innocentiam & Iudæorum maliciam,ſciens quòd tradidiſſent eum per inuidiam. Igitur prætermiſſa quæſtione prædicta voluit procedere ad eius liberationem,vt ſtatim patebit.*

a Et cum hoc di. *Hic conſequenter ponitur innocentiæ Chriſti declaratio. Cum.n. Pilatus vellet eum liberare,vt dictum eſt,occurrit eius memoriæ modus conueniens liberationis ſuæ, videlicet de conſuetudine Iudæorum, qua dabatur eis a præſide in ſolennitate paſchali vnus vinctus in memoriam liberationis filiorum Iſrael de terra Aegypti.& propter hoc voluit Chriſtum liberare per hunc modum & primo ad hoc faciendum* B *allegat Chriſti innocentiam, dicens:*

b Ego nullam inuenio in eo cauſam. *ſ. dignam morte. Secundo allegat*

## MORALITER.

✱ ſignata fuit eius inſtabilitas: qa timore Cæſaris, & fauore Iudæorũ à veritate declinauit dando ſentẽtiam contra Xpm. Et ſic hodie faciũt multi iudices timore vel fauore a veritate iudicii declinãtes.

d *Clamauerũt er.ru.oẽs di.* Exponatˀ ſicut Mat.28.Mar.xv.& Lu.23.

In ca.xviij. vbi dicitur in poſtil. Et ideo per paſchæ manducationem non intelligitur hic comeſtio agni paſchalis.

### ADDITIO.

*Immo mãducatio paſchæ intelligi debet tantum de agno paſchali vt declaratur in additione ſuper Matth. xxvi. vbi agitur de tempore cęnæ domini. vide ibi.*

### REPLICA.

In ca.xviij. vbi dicitur. Et ipſi nõ introierũt ꝓtoriũ ne cõtaminarẽtur,ſed mãducarẽt paſcha: Poſtillator dicit,ꝙ intelligendũ eſt de mãducatione panis azymi,nõ paſchalis agni. Bur. opponit p ſuã minus autẽticã cõputationẽ & digreſſionẽ,quã ponit Mat. Et ſi intelligi deberet de eſu agni prout Bur. vult,ratio Iohan.euãgeliſtę valeret cõtra Nicodemũ, & alios ſepulturæ Chriſti intendentes, quia fuiſſent contaminati ex tactu mortui,p conſequẽs inhabiles ad mãducãdũ paſcha ſic acceptũ. vnde de eis dicere oportuit,& ipſi non ſepelierũt eũ,ne contaminarentˀ,ſed manducarẽt Paſcha: ſicq; falſificarentˀ oẽs euangeliſtæ. & puto,ſi computatio Bur. eſſet vera,ꝙ nõ fuiſſent a Iudæis pmiſſi ſepelire mortuũ celebritate paſchali iam inchoata,q̃ incepit a veſpera feriæ ſextæ ſm Burg. computationem. Cap. 26. D

## GLOS. ORDI. CAP. XIX.

a *Tunc er.* Hoc fecit Pilatus.i. milites facere permiſit, vel etiam iuſſit, vt Iudæi ſatiati de pœnis a morte deſiſterent.

b *Coronam.* In ſpinea corona noſtrorum notatur ſuſceptio peccatorũ, ꝓ qua mortalis fieri voluit. Vñ pcurſor: Ecce agnus Dei, ecce qui tollit pctã mund. Spinæ namq; in peccatorũ ſignificatione ponũtur. Vnde dñs: Terra tua ſpinas et tribu.ger.i.cõſciẽtia tua pũctiones, et aculeos vitiorũ procreare nõ deſiſtet. Ioan.1.c Gen.3.c

c *Exiuit er.* Ecce implẽtur quæ de ſe pdixerat Ieſus occulta potẽtia:cõmendatˀ patiẽtia qua informantˀ martyres.

d *Et di.* Hic apparet non ignorãte Pilato hęc a militibus eſſe facta, ſiue iuſſerit, ſiue permiſerit, vt ſatiatis Iudæis hęc ſufficerẽt. ſed magis inardeſcunt & clamant: Crucifige crucifige.

*Filium*

## CAP. XIX.

ᵃ †Tunc ergo apprehendit Pilatus Ieſum

(¶Ecce quam iniurioſa Pilatus & milites intulerunt Chriſto.)

& flagellauit. Et mi- ᵇ lites plectentes coro

(a ¶Deriſorie quia ſe regem dicebat eſſe, purpura enim eſt ſignum regis.)

nam de ſpinis impoſuerunt capiti ᶜ eius, & veſte purpurea circũdederũt ᵈ eum: & veniebant ad eũ, & dicebant: ᵉ Aue rex Iudęorum: Et dabant ei ala- ᶠ pas: Exiuit ergo iterum Pilatus foras ᵍ & dicit eis: Ecce adduco vobis eũ fo- ʰ ⁱ ras, vt cognoſcatis, quia nullam inue

(¶Mortis.)

(a ¶Non clarus imperio,ſed plenus opprobrio.)

nio in eo cauſã. Exiuit ergo Ieſus por ᵏ ˡ tans ſpineam coronam, & purpureũ

b Et mi.pl.co.de ſ. *i.de iũcis marinis ad modũ ſpinarũ duris.& acutis.*

c Impoſuerunt capi.eius. *tanquam volenti regnare, & non potenti: quod fecerunt vt eorum illuſio reſponderet Iudæorum accuſationi.*

d Et ueſte purpurea &c. *tali enim veſte utebantur reges.*

e Et ve.ad eum di.&c. *hoc totũ factum eſt in illuſionẽ. vnde ſequitur:*

f Et dabant ei alapas. *ut illuderent factis ſicut illuſerunt ſignis & verbis.*

g Exiuit ergo ite. *Hic oſtẽditur circa prædicta Pilati intẽtio, q̃ erat bona quãtum ad hoc: quia pdicta iuſſerat fieri, vt Iudæi tali afflictione Chriſti eſſent ſatiati:& ſic cõſentirẽt in eius liberationẽ ſine morte. Tamen p hoc nõ excuſatur a toto,quia cũ eſſet iudex ſup eos,nõ debebat ei,quẽ ſciebat innocentẽ ẽt minimã pęnã inferre. Igitur euãgeliſta circa ſequẽtia ſic ꝓcedit, qa primo declarat conatũ Pilati ad Xpi liberationẽ. Scđo Iudæorũ reſiſtẽtiã ad eius cõdẽnationẽ,ibi: Cũ ergo vidiſſet. In prima igitur parte dicitur ſic:* Ex. er.ite.Pi.fo. *vbi Iudæi ſtabãt, qa domũ eius ingredi non audebant, vt ſupra dictum eſt.* †Mat.27.b Mar.15.a

h Et di.eis. *primo allegãs Chriſti innocẽtiã.*

i Ecce ad.vo. eũ fo. *poſtq̃ diligẽter examinaui eũ & flagellaui ad vobis ſatisfaciẽdũ:* Vt co.q.nul.in.in eo ca. *Scđo oſtẽdit ipſi puniti onẽ iã factã vltra cõdignũ,cũ dicitur:*

k Exiuit ergo Ie. *ex præcepto Pilati.*

l Portans ſpi.co.&c. *Volebat.n. Pilatus vt ſenſibiliter viderẽt qualiter fuiſſet illuſus et flagellatus,vt ſic mouerentur ad cõpaſſionẽ.*

¶ Et dicit

## NIC. DE LYRA. CAP. XIX.

Tunc er. ap.Pila. *Hic cõſequenter euãgeliſta deſcribit qđ paſſus ſit Chriſtus à gẽtibus. Paſſus aũt eſt tria ab eis.ſ.flagellationẽ,illuſionẽ, & crucifixionẽ,ſcđm qđ pdixerat ſaluator Mat.xx. c. Tradẽt eũ gẽtibus ad illudendũ,& flagellandũ & crucifigendũ. Et ideo euangeliſta primo agit de illuſione & flagellatione.ſcđo,de crucifixione,ibi: Tũc ergo tra. Prima in duas,quia primo deſcribitur Chriſti flagellatio,& illuſio.ſecundo,circa hoc oſtenditur Pilati intentio,ibi: Exiuit iterum. Circa primum ſciendum ꝙ Pilatus vidit ex clamore eorum, quòd nullo modo poterat dimittere Ieſum omnino liberum cum pace ipſorum, ex altera parte durum erat ſibi innocentem interficere,& ideo ad ſatisfaciendum eis fecit Chriſtum flagellari & illudi.& hoc eſt quod dicitur:*

a Tunc ergo apprehendit Pila.Ie. & fla. &c. *non per ſeipſum immediate,ſed per milites ſuos & miniſtros.*

Et

## MORALITER.

✱ ſ *Tũc er.ap.Pi.Ie.et fla.& mi.ple.co.&c.* Be. Et q̃uis hæc milites illudẽdo facerẽt, nobis tñ operabantˀ myſteria. Nam p ſpineam coronam noſtrorum deſignatur ſuſceptio peccatorũ: quæ ſicut ſpinas terra noſtri corporis germinat. In veſtimento purpureo caro eius paſſionibus obiecta ſignificatur. Purpura etiam veſtitur, cum de triumphis ſanctorum martyrum gloriatur. *Aue rex.* Sic faciunt illi, qui in eccleſiis deuotionis oſtendunt ſigna, & circo

✱ poſt

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

a *Fili.de.* Ecce altera maior inuidia. q̄a parua videbať illicita affectatio regni, & tñ vtrũq; vere erat Chrs, & rex & filius Dei.
b *Ieſus au.* Hic & in aliis locis legitur ſiluiſſe Chriſtus, vt prophetia imp̃leatur: Sicut agnus coram tondente ſine voce, ſic non aperuit os ſuum. Quæ ſimilitudo de agno data eſt, vt in ſuo ſilentio non reus, ſed innocẽs habeatur. Non.n. vt conſcius conuincitur, ſed vt manſuetus p̃ aliis immolať.
c *Niſi ti.da.ſu.deſu.* i. a Deo, quia nõ eſt poteſtas niſi a Deo, ſed tñ tibi talis data eſt, vt ſis ſub alterius p̃tãte. & ideo maius peccatũ eſt ei, qui tradidit me tibi inuidendo, quàm tibi, qui exerces poteſtatem metuendo, Non tamẽ Pilatus eſt ſine peccato, & iõ ait, maius.
d *Et exin.* i. ex hac cauſa, ne haberet peccatum occidendo innocentem (et ſi minus illis inuidis) quærebat dimittere. non q̄ tunc primum quæreret, ſed ſi prius uolebat, modo quærebat.
e *Si hunc.* Supra legem propoſuerunt ſecundum quam deberet mori, quia filiũ Dei ſe fecit, Sed quia ille legẽ gẽtis alienæ non timet, ſed magis timet occidere filium Dei, terrent eũ a Cæſare, quem non poteſt ut autorem poteſtatis ſuæ contemnere.
f *Erat au.pa.* Paraſceue, quod interpretatur præparatio, eſt ſexta feria, qua p̄parabant neceſſaria ſabbato, qua die præcepit Moyſes duplo colligere mãna p̄p ſabbatũ. *Hora qua.ſe.* quia iam inceperat ſexta hora diei, qñ Pilatus ſedit p̃ tribunali, & dũ ducereť Ieſus, & cętera gereren̄t, cõpleta eſt 6. hora, ex qua tenebræ fuerãt vſq; ad nonã. Sed ne hoc facinus in Romanos, ſed magis in Iudæos retorqueatur, dicit Marcus hora tertia crucifixũ, q̄a Iudęi clamauerũt ea hora, Crucifige, crucifige. Vel paſcha eſt immolatio Chriſti, cuius paraſceue. i. præparatio a nona hora noctis cœpit: qua in domo pontificis pronunciata eſt mors Chriſti a dicentibus: reus eſt mortis. ab illa hora noctis nona vſq; ad diei tertiã, ſex horæ ſunt præparationis, tres noctis tres diei: quarũ ſexta iã cęperat cũ Pilatus tribunal aſcendit, q̄d adhuc erat præparatio immolationis, q̄ facta eſt ſm̃ Marcũ tertia nõ pręparationis, ſed diei &

Iſai. 53. c
†Luc. 23. c
*noſtram
Exod. 16. d
Mar. 15. c
F
Matt. 26. g
†dimiſeris

a ¶Pilatus. b ¶Q. Si regi inuidetis, iam parcite, quia deiectum uidetis. c ¶Qui ſe regem dixit.

veſtimentum, & dicit eis: Ecce homo. Cum ergo vidiſſent eum pontifices & miniſtri clamabant, dicentes: Crucifige, crucifige eum. Dicit eis Pilatus, Accipite eum vos, & crucifigite. † Ego enim non inue-

¶Quare mori debeat.

nio in eo cauſam. Reſponderunt Iudæi: Nos legem habemus, & ſecundum legem * debet mori, quia filium Dei ſe fecit. Cùm ergo audiſſet Pilatus hunc ſermonem, magis timuit: Et ingreſſus eſt prętorium iterum, & dicit ad Ieſum: Vnde es tu?

¶Vbi non reſpondebãt, ſicut ouis ſilebat, vbi reſpondet, ſicut paſtor docet.

Ieſus autem reſponſum non dedit ei. Dicit ergo ei Pilatus: Mihi non loqueris? Neſcis quia poteſtatẽ habeo crucifigere te, & poteſtatem habeo dimittere te? Reſpondit Ieſus: † Non

¶i. quantulamcunq; habes, non enim tibi omnimode liberum eſt.

haberes poteſtatem aduerſum me ullam, niſi tibi datum fuiſſet deſuper.

a ¶Iudaicus populus.

Propterea qui me trãdidit tibi, maius peccatum habet.

¶i. Ideo.

† Et exinde quærebat Pilatus dimittere eum. Iudæi autem clamabant, dicentes: Si hunc † dimittis, non es amicus Cæſaris. Omnis enim, qui ſe regem facit, contradicit Cæſari. Pilatus autem cùm

¶Timet, ſed non conſentit.

audiſſet hos ſermones, adduxit foras Ieſum, & ſedit pro tribunali in

¶Pro iudice vel in ſede. ¶i. iudicium uel iudiciale.

loco, qui dicitur Lithoſtratos, Hæbraice autem Gabatha.

¶i. collis uel ſublimitas.

Erat autem Paraſceue Paſchæ, hora quaſi ſexta: Et dicit Iudæis: Ecce rex veſter. † Illi autem clamabant: Tolle tolle, crucifige eum. Dicit eis

m Et in.eſt. *vt veritatẽ magis poſſet cognoſcere extra tumultũ Iudęorũ.* G
n Et di.ad.Ie. *per hoc quærens ſi eſſet ex origine diuina ſcd̃m veritatẽ.*
o Ieſus autem reſpon.non de. *Primo quia homo erat gentilis & idololatra, & generationem filij in diuinis capere non poſſet. Secundo, quia nolebat paſſionem ſuam impedire. Tertio quia prophetatum erat de eo, Iſa. liij. c. Et ſicut agnus coram tondente ſe obmuteſcet &c. & ideo volebat illud propheticum implere.*
p Dicit ergo ei Pi.&c. *Mirabatur de eius taciturnitate, cum in puncto liberationis uel condemnationis ſuæ taceret. Sequitur:*
q Neſcis quia ha.po.&c. *quaſi dicat mihi ſaltem deberes reſpondere.*
r Reſpõdit Ie. *nõ ad impediendũ ſuam paſſionem, ſed ad reprimendum Pilati iactãtiã.*
ſ Non ha.po.aduer.me.vl.niſi ti. datum eſſet deſuper. *i. a principibus Romanorum, et vlterius permiſſum a Deo, qui eſt poteſtas ſuperior. Et ex hoc arguitur eius peccatum: quia nõ acceperat poteſtatẽ à Cæſare, & à Deo condemnandi innoxios, ſed magis liberandi eos. & cum hoc oſtẽdit peccatũ Iudæ, & Iudæorũ eſſe maius q̄ peccatũ ipſius Pilati, quia ad occiſionẽ Chriſti Iudas fuit motus cupiditate: Iudæi autẽ inuidia & rancore: ſed Pilatus fuit motus humano timore vt magis patebit. & hoc eſt quod dicitur:*
t Propterea qui me tra.&c. *In quo includitur pecatum Pilati, quia maius non dicitur niſi per comparationem ad minus.*
u Et exin. *Hic conſequenter allegant Iudęi Chriſtum feciſſe contra legẽ Imperatoris, q̄a videbant q̄ Pilatus parum erat motus eorũ prędicta allegatione: ſed volebat Ieſum oĩno dimittere. & hoc eſt quod dicitur:* Exinde quæ.&c. *Viderat.n. Pilatus tanquam homo aſtutus, q̄ Chriſtus rõnabiliter conuicerat eũ de peccato ſi eũ innocentem condemnaret. et ideo quærebat occaſionem dimittendi eum. quod videntes Iudæi clamabant:*
x Si hunc di.non es amicus. *id eſt non zelas pro honore & ſtato Domini tui cuſtodiendo. Quod arguunt conſequenter di.* H
y Omnis.n.qui ſe re.fa.con. *Imperatores .n. Romani abſtulerant à Iudæis regiam dignitatem. ne haberent rebellandi occaſionẽ. Et ideo quicunq; inter Iudæos dicebat ſe regem qualitercũq;, videbatur contra ordinationem Imperatoris facere. Chriſtus autem conceſſerat ſe regem eſſe, vt patet ex prædictis: & ideo quamuis ſecundum veritatẽ hoc regnum non eſſet contra dominium Imperatoris, vt ſupra dictum eſt, tamen hoc arguebant apparenter. Pilatus autẽ non audebat etiam ſecundum minimam apparentiã facere contra imperatoris honorẽ. ideo ſequitur:*
z Pilatus &c. adduxit fo.Ie. *vt coram Iudæis euidentius de facto inquireret, et eorum dictum falſum oſtenderet.*
a Et ſedit pro tri. *i. in loco ſedis iudiciariæ.*
b In lo.qui dic.litho. *i. lapidum ſtratura. & dicitur a lithos quod eſt lapis, & ſtratos quod eſt pauimentũ ſiue ſtratura, et eſt nomẽ Græcum, Hebraice autẽ Gabatha, quia hoc nomẽ Hębraicũ idẽ ſignificat ſicut Gręcũ. Ille .n. locus erat ante domũ Pilati. Ante .n. domus magnatorũ ſolet eſſe locus de lapidibus præparatus.*
c Erat au.p.&c. *q̄a erat feria ſexta, & prima dies ſolẽnitatis paſchalis. dicebatur autẽ fer. ſexta paraſceue .i. p̄paratio, q̄a illa die p̄parabãt Iudæi cibaria p̄ die ſabbati, in quo nõ erat licitũ aliq̄d decoq. ut habetur Exo. xvi. f*
d Hora qua.ſe. *Contrarium videtur Mar. xv. c. vbi dicitur: Erat autem hora tertia, & crucifixerunt eum. Prius autem fuit iudicatus quàm crucifixus: ergo, &c. Dicendum, q̄ vere erat tempus mediũ inter tertiã & ſextã: medium autem ab utroq; extremo poteſt denominari: et ideo Marcus expreſſit illud t̄p̃s medium per horam tertiã. Ioannes uero per ſextã.*
e Et dicit Iudæis, *allegans pro Chriſti liberatione.*
f Ecce rex ve. *q.d. Mirum eſt quòd hunc hominem abiectum & flagellatum dicatis ſibi velle uſurpare regnum Iudæorum.*
g Illi autem clamabant. *ſicut furibundi.*
h Tolle tolle crucifige eum. *q.d. non poſſumus uidere eum.*
i Dicit ei Pi. *allegans in crucifixione Chriſti eorum verecundiã, dicens:*

¶ Regum

Chriſtus Pilato non reſpondit propter tria.
†22. q. 1. c. Mouet. ſed obmutuit.
†Ex eo tempore

## NIC. DE LYRA.

¶ a Et dicit eis, ec. homo. *q.d. & ſi in aliquo male egiſſet, tamen vltra condignum punitus eſt, & ideo deberet vobis ſufficere.*
b Cum ergo. *hic ponitur Iudæorum reſiſtentia. & hoc dupliciter. primo per irrationabilem clamorem. ſecundo per rationem, ibi: Reſponderunt Iudæi. In prima parte dicitur ſic: Cum er.vi.eum pon. ſic flagellatũ & illuſum & cognoſcerent, quòd Pilatus ſic volebat dimittere ipſum.*
c Clamabant. *tumultuoſe, & alios ad clamandum excitabant di.*
d Cruci. *q.d. hoc pœna nullo nõ nobis ſufficit, ſed petimus q̄ moriatur.*
e Dicit eis Pi.ac. *Deriſorie et indignanter hoc dixit: quia non habebãt poteſtatem iudicandi aliquem ad mortem, vt ſupra dictum eſt. & eſt ſimilis modus loquendi ac ſi diceret: Si haberetis poteſtatem dare mortis ſententiã, cito & ſine cauſa fecieretis: ſed ego hoc agere nolo. iõ ſequitur:*
f Ego.n.non inuenio in eo cauſam *dandi talem ſententiam.*
g Reſpon. *videntes Iudæi, q̄ Pilatus nõ acquieſceret eorũ clamori, inceperunt allegare rõnes alias q̄ ſupra allegauerãt. Non.n. illas audebãt reiterare, q̄a Pilatus iã illas cognouerat, & ideo hic aliud allegãt. Et primo allegant ipſum feciſſe contra legem Dei ſecundo, contra legem Imperatoris Romani, ibi: Exinde quære. In prima igitur parte allegãt ſic Iudæi.*
h Nos legem ha. *ſcilicet à Deo datam in monte Sinai.*
i Et ſecun.legem debet mo. *quia Leui. xxiiij. c. præcipitur, quòd blaſphemi occidantur: & tale crimen imponebant ei. unde ſequitur:*
k Quia filium Dei. *Veruntamen Chriſtus hoc dicendo non blaſphemauit, ſed veritatẽ dixit. & per ſcripturã probatã, vt ſupra habitũ eſt c. x.*
l Cũ er.au.&c. ma.ti. *Nõ p̄p legem Iudæorũ, quibus obſtinabat, ſed ne verũ eſſet, vt Ieſus ſibi oblatus eſſet verè Dei filius, et ſic fecit enorme facinus ipſũ flagellãdo, et iõ de hoc voluit certius inquirere. vnde ſequitur:*

Et in-

Iudæorũ reſiſtentia ne Chriſtus liberaretur.
†Mar. 15. b

## MORALITER.

* poſt iniurias Chriſto graues in membris ſuis faciunt.
a *Clamabãt di. Cr.cr.eũ. &c.* Nĩ obſtinata neq̃tia nõ emollitur mis.

* Reſponderunt



diei, & eadem eſt ſexta præparationis.
A a *Re.ue.* Adhuc terror quem de Cæſare ingerunt, ſuperare conatur, dicens, *Regem ue.cru.* de ignominia eorum uolens eos frangere, quos de ignominia Chriſti non poterat mitigare.
b *Tunc.* quia profitentur Cæſarem aperte contra eum eſſe, ſi aliũ regẽ velit eis ĩgerere, dimittendo ĩpunitũ quẽ propter hos auſus tradiderãt occidẽdũ. Victus ergo timore.
c *Tradi. eis Ie. ut cruci.* Eis, nõ q̄ ipſi manibus eum acciperent, qui ſupra hoc excuſauerãt, ſed vt crimine impliciti videantur, a quo alieni eſſe conantur cum non niſi pro eis hoc faceret Pilatus. vñ nec ait vt crucifigerent, ſed vt crucifigeretur iudicio & p̃tãte Pilati.
d *Baiulans.* portabat crucem ſuã Ieſus Grande ludibrium ĩpiis, grande myſteriũ piis gloriãtibus quaſi in ſeptro regni, & eſt crux candelabrũ lucernę quæ nõ erat ſub modio ponenda. Primo dñs crucem portat, quia prior paſſus eſt. Poſtea ĩpoſita eſt Simoni Cyreneo, q̄a debemus ſeq̃ veſtigia eius.
e *Et c.eo.* latro q̄ p̄manſit ĩ p̃fidia, ſignificat Iudęos, q̄ confitẽs, Gẽtes ſignat.
f *Et erat ſcript.* Hæ tres linguæ cæteris eminebant. Hebræa p̄p Iudæos in lege Dei gloriãtes. Græca p̄p gẽtiũ ſapientes. Latina p̄p Romanos tũc pene omnibus Gentibus imperantes.
g *Milites.* Ecce quæ geſta ſunt iuxta crucem, cum iam crucifixus eſſet.
h *Quat.* Quadripartita veſtis ſignat eccleſiam toto orbe, qui quatuor p̃tib. conſtat, diffuſam, oĩb. p̃tib. æqualiter. i. cõcorditer diſtributam Tunica ſortita oĩm p̃tium ſignificat vnitatem, quæ charitatis vinculo continetur.
i *Incon.* ne aliq̃ñ diſſoluatur vnitas eccleſiæ. Et ad vnũ peruenit, q̄a omnes in unũ collegit, ſicut & in duodecim vnus Petrus pro oĩb dicit, Tu es Chriſtus filius Dei viui. & ei pro omnib. dicitur, Tibi dabo claues regni cæ. vnus pro omnib. q̄a vnitas eſt in omnib.

Deſu.

Matt. 27. d
Mar. 15. b
Luc. 23. d
B

a ¶Pilatus: Regem ueſtrum crucifigam? Reſponderunt pontifices: Non habemus regem niſi Cæſarem.

¶i. voluntati eorum.

Tunc ergo tradidit eis illum, ut cru-

a ¶Milites facto Iudæorum voto qui totum fecerunt quod fieri extorſerunt.

cifigeretur. † Suſceperunt autem Ieſum, & eduxerunt eum.

a ¶Suo humero vt eam commendaret imitaturis.

Et bâiulans † ſibi crucem exiuit in eum, qui

a ¶i. decollatorum. ¶Locus decollationis.

dicitur Câluariæ locum, Hebraice autem Golgotha, ubi crucifixerunt

a ¶Latrones ut alii dicunt, ut ſic cum impiis deputatus.

eum, & cum eo aliõs duos, hinc, & hinc, medium autem Ieſum. Scri-

¶Operatur diuina uis in corde neſcientis.

pſit autem titulum Pilatus, & poſuit ſuper crucem, Erat autem ſcri-

¶Corde, non carne.

ptum Ieſus Nazarenus rex Iudæorum. Hunc ergo titulum multi legerunt Iudæorum, quia prope ciuitatem erat locus vbi crucifixus eſt Ieſus. † Et erat ſcriptum Hebraice, Grecè, & Latinè.

¶Tribus linguis ſcribitur, quaſi tribus teſtibus: quia in ore duorum uel trium teſtium ſtat omne uerbum.

Dicebant ergo Pilato

a ¶Qui prædixerant: Non ha.re.ni. Cæ.
b ¶Non poteſt mutari quod ueritas dixit, nec quod Pilatus ſcripſit.

pontificẽs Iudæorum: Noli ſcribere, rex Iudæorum, ſed quia ipſe dixit, rex ſum Iudæorum. Reſpon-

a ¶Vt impleatur ſcriptura: Ne corrumpas tituli inſcriptionem. b ¶Q. Non corrumpo veritatem, etſi uos diligitis falſitatem.

dit Pilâtus: Quod ſcripſi, ſcripſi. † Milites ergo cum crucifixiſſent

a ¶De alijs ueſtimentis ſine ſorte.

eum, acceperunt veſtimenta eius,

a ¶Hinc apparet quatuor milites fuiſſe qui crucifixerunt.

& fecerunt quâtuor partes, vnicuique militi partem, & tunicâm.

a ¶Acceperunt ſimiliter, ſed non ſimiliter diuiſerunt.
a ¶Hæc eſt cauſa quare non diuiſerunt.

Erât autem tunica inconſutilis,

g Vbi crucifixerunt. *Crucifixio enim erat turpiſſimum genus mortis.* C
h Et cum eo ali. *Ex quo apparet turpitudo mortis Chriſti ratione ſocietatis, quia inter duos malefactores fuit crucifixus Hoc autẽ factum eſt ex Iudæorũ intẽtione, & diuina ordinatione, tamen diuerſimode: q̄a Iudæi per hoc intendebãt inducere ſuſpitionem populo q̄ Ieſus eſſet particeps et principalis ĩ eorũ malefactis. Ex intẽtione aũt diuina factũ eſt hoc, ut impleretur ſcriptura. Et cũ iniquis deputatus eſt.*
i Scri.au. *hic ponuntur quædã cõſequentia ad Chriſti crucifixionem. & ſunt tria: quia primũ pertinet ad Pilatũ, ſecundũ ad milites crucifigentes Ieſum, tertium ad parentes Chriſti exiſtentes prope eum. ſecundum ponitur ibi: Milites autẽ. tertiũ ibi: Stabant autem. Circa primũ ſciendum q̄ modus Romanorum erat ſcribere cãm mortis crucifixorũ ſuper lignũ crucis: Iudæi aũt cõtra uoluntatẽ Pilati petierũt Chriſtũ crucifigi, vt patet ex prædictis. & ideo per talẽ modum ſcripſit titulũ, ut redũdaret in uerecundiam eorum. & hoc eſt quod dicitur:* Scripſit autem ti.pi. *in quadam charta tabulæ affixa.*
k Et po.ſu.cru. *illam tabulam.*
l Erat autem ſcri. Ieſus. *in quo exprimitur nomen proprium.*
m Nazarenus. *quo ad patriam: quia ibi fuit nutritus, vt dictum eſt.*
n Rex Iud. *in quo exprimitur cã mortis.*
o Hũc er.ti.mul.le.Iu. *& cauſa ſubditur:* uia pro.ci.e.lo.ubi cr.eſt Ie. *& ideo multi de ciuitate poterãt de facili illuc venire.*
p Et erat ſc.He.Græ.& La. *ut omnes qui de diuerſis partibus orbis ad feſtum paſcale venerãt, poſſent illum legere. Venerãt.n. ibi aliqui Gentiles, vt ſupra dictum eſt. Et ideo titulus fuit ſcriptus in tribus linguis principalibus.*
q Dicebant ergo Pil.pon.Iu.no.ſcribe. *quia uidebant q̄ talis modus ſcribendi redundabat in verecundiam eorum, & maxime propter Gentiles, qui hoc verbum erant reportaturi ad diuerſas partes orbis. et ideo voluerunt titulum ſic corrigere.* D
r Sed quia ipſe di. rex ſum Iu. *hoc enim modo non ſonaret in eorum uerecundiam.*
ſ Reſpondit Pi. Quod ſcr.ſcr. *q̄d ſcripſerat confirmando. Nec fortuitu factum eſt hoc ſed diuina præordinatione, q̄a hoc erat ante prophetatum. p̄p quod Pſal. lviii. qui loquitur de paſſione Chriſti: & duo pſalmi præcedentes ſic intitulãtur, Ne corrumpas tituli inſcriptionem. & ideo titulus crucis Chriſti tripliciter deſcriptus non fuit mutatus, ſed magis confirmatus.*
t Milites ergo. *Hic ponitur ſecundum conſequens ad Chriſti crucifixionem, & pertinet ad milites: qui crucifixo Chriſto diuiſerunt ſibi ueſtes ſuas: & hoc eſt quod dicitur:* Milites er.cum cru.eum, ac.ve.eius. *Ex quo apparent duo. primum eſt paſſionis Chriſti ignominia in hoc q̄ nudum eum crucifixerunt, quòd non fit niſi abiectis & vilibus perſonis. ſecundum eſt crucifigentium auaricia: quia Chriſti ueſtes quamuis eſſent parum ualentes, tamen ſibi rapuerunt.*
u Et fe.quatuor &c. *quia erant quatuor milites ipſum crucifigentes.*
x Et tunicam. *ſcilicet citra partes prædictas, quam non diuiſerunt, eo quòd erat inepta diuiſioni. quod patet ex eo quod ſubditur:*
y Erat autem tunica in. *i. ſine ſutura.*

¶ Deſu.

Iſai. 53. d
Cap. 12.

## NIC. DE LYRA.

¶ a Re.ue.cru. *q.d. ex quo eum regnare formidatis & iam hoc fuit fama magna erit uobis verecundia ſi morte moriatur ſic abiecta. Vnde & poſtea Pilatus ſcripſit titulum crucis ad eorum verecundiam: Ieſus Nazarenus rex Iudæorum.*
b Re.pon.Non ha.re.ni.Cæ. *Ex quo patet, q̄ ex tunc perpetuæ ſubiectioni Romanorum ſe obligauerunt, renunciantes omni alteri regiæ dignitati. Patet etiam eorum obſtinatio ad procurandum Chriſti mortem, cum pro eius procuratione confeſſi ſunt in perpetuum ſeipſos ſubiectos ſeruituti.*
c Tunc ergo.tra. *Hic incipit agere euangeliſta de crucifixione Chriſti & diuiditur in tres: quia primo agit de crucifixione, ſecundo de morte, ibi: Poſtea ſciens Ie. tertio de ſepultura, ibi: Poſt hæc autem ro. Prima in duas: quia primo deſcribit ipſam crucifixionem. ſecundo agit de conſequentibus ad ipſam, ibi: Scripſit autem ti. Circa primum ſciẽdum q̄ Pilatus videns, q̄ p̄p mortem Chriſti obligabant ſe Iudæi p̄petuæ ſeruituti Roma. timuit ſi hoc refutaret, ne accuſaretur apud Cæſarem, & iõ motus timore imperatoris & fauore Iudaici populi, cui præerat, & a quib. pecunias leuare ſperabat, contra iuſticiam dedit ſententiam de morte innocentis. & hoc eſt quod dicitur:* Tunc er.t.e.il. *per ſñiam diffinitam.*
d Vt cru. *tamen prius lauit manus ſuas, imponens peccatum de morte Chriſti Iudæis ipſis hoc recipientibus, vt habetur Mat. xxvij. quamuis non eſſet per hoc excuſatus ſecundum ueritatem.*
e Et ba.ſi.cru. *Primo enim portauit eam vt hic dicitur, tamen poſtea inuenientes Simonem Cyrenenſem fecerunt ſibi portare crucem, ut citius venirent ad locum paſſionis, quia Ieſus per totam noctem pręcedentem afflictus fuerat, & ideo lento gradu incedebat.*
f Exiuit in eum. *Iſte locus erat prope ciuitatem Ieruſalem. & dicunt aliqui, quod dicitur locus Caluariæ a Caluaria Adæ ibi ſepulti. Sed hoc eſt falſum, quia ſepultus fuit in Hebron, vt dicitur Ioſue. xiiij. Sed ſic nominatur locus Caluariæ, quia in illo loco malefactores decapitabantur & ſic patet mortis Chriſti turpitudo ex conditione loci, & ex modo mortis, cum dicitur,*

Vbi cru.

Matt. 27.
Mar. 15. c
Luc. 23. c

## MORALITER.

* b *Reſponderunt pon.non habe.regem.ni.Cæſa.* hoc facto clamant noſtri pontifices & curati, qui ſuas eccleſias dimittentes, ingerunt ſe negocijs temporalibus principatus uel regni.
e *Et baiulans ſibi cru. &c.* per hoc nos inducens ad ſui ſequelam, ſicut dixerat. Si quis vult poſt me. abne. ſemetipſum, & tollat cru. ſuam, & ſequatur me.
h *Et cũ eo al. &c.* Exponatur ſicut Mat. xxvij. & Mar. xv. & Luc. 23.
ſ *Quod ſc.ſc.* Per hoc autem q̄ Iudæis petentibus Pilatus delere titulum, qui ſonabat confuſionem Iudæorum, noluit, ſed magis ipſum confirmauit, ſignificatũ fuit q̄ Chriſti mors ad confuſionem eorum erat futura per exercitum Romanorum, & ad regni Chriſti exaltationem propter ſequẽtem reſurrectionem. propter quod tunc dixit: Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo & in terra.
t *Milites er.cũ cr.eũ, ac.v.e.etc.* exponatur ſicut Mat. xxvij. & Mar. xv.

Matt. 16. d
Mat. vlt. d



VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

a *Deſu.* Quia charitas ſupeminet oib. p totũ, q̃a nemo eſt eius exps q̃ ptinere videatur ad totũ, a quo toto ſicut Græca indicat ligua, catholica vocat̃ eccl̃ia, q̃ in ſorte Dei gr̃a cõmẽdat̃
b *Cum ui.* Qui diuina facturus, quaſi reppulit ignotã matrẽ, iã oñdit veniſſe horã, quã tũc p̃dixit, in qua agnoſcit de qua fuerat mortaliter natus. Et docet vt a piis filiis impendatur cura parentib. vnde & Apoſtolus, Si quis ſuorum curam non habet, fidem negat &c.
c *M.et.* Mr̃i quã reliq̃t, alterũ pro ſe filium quodammodo tribuit. Nam cur hęc fecerit, hæc ſequentia indicãt
d *Et ex il.ho.ac.eam di in ſuam.* Qui etſi iam nõ h̃ret ꝓpria, in ila ſocietate cẽtupliciter acceperat, ubi erant omnia cõia, nihil habẽs & omnia poſſidens.
e *Oĩa cõ.* Oĩa quę optebat fieri añq̃ acciperet acetum, & traderet ſpiritum.
f *Vt c̃t, ſe.hic, cõ.* In ſiti mea po.me. acc, *dic.Sitio.* Q. Hoc minus feciſtis, date quod eſtis Degenerauerant enim a uino patrum de iniq̃tate mũdi, qua ſi de pleno vaſe impleti, habentes cor vt ſpongiam, cauernoſis & tortuoſis latibulis fraudulentum Hiſopus humilis herba pectus purgat, ſignificat humilitatem Chriſti, per quem fuſus ſanguis nos emundat. Hanc circundederunt Iudæi & ſe circunueniſſe putarunt. Arundo ſignificat ſcripturam, quæ hoc facto implebitur.

[margin: †à ſummis — 1.Tim.5.a — †Pſal.21.a — 2.Cor.6.b — Pſal.68.e — †27.q.2.q aũt §.itẽ ſi cõiuges & c. priuſq̃. & c.ſi cũ.]

*Sed unus*

a ¶Quia charitas ſupereminet pre omnibus.
†deſuper contexta per totum. Dixerunt ergo adinuicem: Non ſcindamus eam, ſed ſortiamur de illa cuius ſit, vt ſcriptura impleretur di-
¶Non ſortiti. ¶Alia quam tunicam.
cens: † Partiti ſunt ueſtimenta mea
¶Tunicam.
ſibi, & in ueſtem meam miſerunt ſortem. Et milites quidam hæc fecerunt. Stabat autem iuxta crucem Ie-
a ¶Hæc erat mater Iacobi.
ſu mater eius, & ſoror matris eius
a ¶Filia Cleophe.
Maria Cleophæ, & Maria Magdalenæ. Cum uidiſſet ergo Ieſus matrem & diſcipulum † ſtantem quem
¶Præ cæteris familiarius.
diligebat: dicit matri ſuæ: Mulier, ecce filius tuus. † Deinde dicit diſcipulo: Ecce mater tua. Et ex illa hora
a ¶Quia ad eius curam quicquid ei eſt neceſſarium pertineti. b ¶Matrem.
accepit eam diſcipulus in ſuam.
¶Qui omnia diſpoſuit per neſcientes agit.
†Poſtea ſciens Ieſus quia omnia conſummata ſunt, ut conſummaretur ſcriptura dicit: † Sitio. Vas † autem poſitum erat aceto plenũ. Illi † ergo ſpongiam † plenam aceto, hyſopo cir-
a ¶Arundinem, vt alius dicit
cunponentes obtulerunt ori eius. Cum ergo accepiſſet Ieſus acetum, di-
a ¶Quod prophetia prædixerat, Et quia nihil iam reſtat quod ante mortem fieri oportet, & tradidit ſpiritum, ut qui poteſtatem habebat ponendi animam ſuam, & iterum ſumendi eam.
xit: † Conſummatũ eſt. Et inclinato capite tradidit ſpiritum. Iudæi ergo, quoniã paraſceue erat, ut non rema-

[margin: †i. ſuum ius — †igitur — †autem — H]

*ſecundum* ꝙ *dicit Luc. Vel ſorte iſtæ perſonæ hic noĩatæ tãq̃ magis ſeruẽtes in amore Chriſti propinquius ſtabant ſicut dicit Ioh. aliæ autem multæ perſonæ erant Chriſto notæ, quæ præ timore a longe ſtabant: & de illis loquitur Lucas. dicit tamen quod omnes noti eius ſtabant, a longe: quia multo plures erant ſtantes a longe quam a prope.*

i Cum uidiſſet ergo Ieſus matrem & diſcipulum, *quem diligebat ſ. Iohan. qui ſcripſit hoc euangelium. & propter hoc de ſe loquitur tanquam de quodam altero, ut ſupra dictum eſt.*
k Di.ma.ſuæ, Mu.ec.fi. tu. *q. d. vſque nũc fui tibi ad obſequium, de cætero iſte erit loco mei. Et nota, quod loquens matri ſuæ de cruce, non dixit ei, mater, ſed mulier, vocans eam communi nomine, ne ex teneritudine nominis materni ſi exprimeretur, aggrauaretur animus uirginis videntis paſſionem filii.*
l Dein di.di.&c. *q.d. deputo te ad eius obſequium.*
m Et ex il.ho.&c.in ſuam. *ſ. curam & diligentiam.*
n Po.ſci. *Hic agit euangeliſta de Chriſti morte. & diuiditur in duas, quia primo ponitur Chriſti conſummatio per mortem, ſecundo eius lanceatio poſt ipſam, ibi: Iudæi ergo. Circa primum ſciendum, ꝙ conſummatio noſtræ ſalutis conſummanda erat per venerabilem mortem Chriſti, vt declarat Apoſtolus: & hoc eſt quod dicitur hic:* Poſtea: *ſupple quæ dicta ſunt.*
o Sciens Ie.&c. *ſ. quæ ſcripta erant de Chriſto paſſuro, quia pauca reſtabant ante mortem eius implenda ſ. eius potatio, quæ in promptu erat. Vnde ſequitur:*
p Vt con ſcri. *Pſal. lxviij.e. In ſiti mea po. me aceto, ideo ad illud reſiduum implendũ.*
q Di.ſitio. *Tantum laborauerat & de ſanguine emiſerat, ꝙ corpus eius erat deſſecatũ & aduſtum: & propter hoc ſitiebat ſupra modum. & talis ſitis eſt maximũ tormentũ.*
r Vas au.p.e.&c *Illud.n. portauerant milites vt darent crucifixis ad bibendum, ut per hoc citius morerentur, & ſic de cuſtodia eorum in cruce expedirentur. Talis enim potatio aceti mortem accelerat crucifixi, ut dicunt aliqui. Aliam autem cauſam huius aceti tetigi Mat. xxvij. quæ uidetur probabilior iſta. & hæc eſt ibidem ſatis diffuſe poſita propter quod hic omitto.*
s Illi er.ſpon.&c. *i. ligno Hyſopi.*
t Circum.ob. ori eius. *Erat enim eleuatus a terra, ita quod ſola manu non poterant attingere ad os eius.*
v Cum er. *contrarium videtur Mat. xxvij. ubi dicitur: Noluit bibere. Dicendum, quod illud, quod eſt modicũ, quaſi nihil reputatur, vt dicitur. ij. Phyſi. & ideo quia parum de illo aceto accepit, vt dicit hic Ioh. Mat. dicit Noluit bibere per talem etiam modum loquendi dicimus communiter de parum bibente, quod non vult bibere.*
x Di.con.eſt *ſ. quicquid erat ſcriptum de me. Vel aliter,* Conſum.eſt: *opus redemptionis humanæ.*
y Et incli.ca, tra.ſpi. *oſtendens ex modo moriendi, quod moriebatur ex obedientia patris, & non inuoluntarie. ſicut ſupra dixerat cap. x. Nemo tollit a me animam, ſed ego pono eam.*
z Iudæi er. *Hic deſcribitur vulneratio Chriſti mortui. & diuiditur in tres, q̃a primo ponitur uulnerationis occaſio. ſecundo ipſa uulneratio, ibi Venerũt ergo milites. tertio dicti certificatio, ibi: Et quidit. Circa primũ ſciendũ, ꝙ occaſio vulnerationis Chriſti mortui fuit, q̃a Iudæi uolebant cadauera de cruce deponere propter ſolemnitatẽ craſtinã imminentẽ, q̃ incipiebat a veſpera illius diei, in quo Chriſtus fuit crucifixus, licet enim fuerit crucifixus prima die Paſchæ, q̃ erat ſolemnis apud Iudæos, tamen ſcd̃a dies pro tunc fuit ſolennior rõne ſaabathi apud Iudæos. Dies enim ſabbathi occurrens infra octauam Paſcha erat dies ſolemnior, quia tũc feſtum duplicabatur: & hoc eſt quod dicitur,* Iu. et. quo. pa. erat. *i. dies ueneris, in cuius ueſpera incipit ſolemnitas ſabbathi ſequentis.*
a Vt non re. *Erat .n. hoc indecens in tanta ſolennitate. unde ſequitur:* ¶ Erat enim

[margin: Diuiſio — †Marc.15.b / Heb.2. — Tract.11 — Diuiſio]

## NIC. DE LYRA.

¶ a Deſu.con.per to. *Ex hoc dicunt aliqui, ꝙ Chriſtus præcioſis veſtib. vtebatur. Sed Chry. dicit contrarium, dicens quod in Paleſtina pauperes inducebantur talibus indumentis reticulato opere factis ad modum ciliciorum. & hoc videtur uerius: quia Chriſtus commendauit vilitatem veſtimentorum in Ioan. bapt. Quid exiſtis in deſer. vi. homi. mol. veſtitum? q.d. non. Et præcioſitatem ibidem reprobauit, di. Ecce qui mollibus veſtiuntur, in domibus re. ſunt &c. Ieſus autem cœpit facere & docere vt habetur Act. i.a. & ideo non eſt ueriſimile, quod vſus fuerit præcioſis veſtibus.*
b Di.&c. Non ſc.il. *q̃a ptes nihil valuiſſẽt*
c Sed ſor.de il.cu.ſit. *Vnde patet ꝙ ſuper ſolam tunicam miſerunt ſortem. Sed contrarium videtur Mar. xv.b. vbi dicitur. Diuiſerunt ſibi veſtimenta eius & mittentes ſortem ſuper eis, quod quis tolleret. Dicendum quod dictum Marci debet diuiſiue intelligi ſic. Diuiſerunt ſibi ueſtimenta eius. ſ. alia a tunica. & poſtea ſequitur, mittentes ſortem ſuper eis, quod per ſynecdochen debet intelligi, ſuper eis. i. ſuper aliquod eorum. ſ. ſuper tunicam, quid quis tolleret. i. quis tolleret illam tunicam. Sequitur:*
d Vt ſcri.im. *quæ dicit Pſal. xxi.*
e Par.ſunt ue.m.ſi. *ſ. alia a tunica inconſutili.*
f Et in ue.m.mi.ſor. *i. ſuper aliam tunicam inconſutilem, ex quo etiam patet quod Chriſtus proprie habebat plura ueſtimenta.*
g Et mi.qui.hæc fe. *ſ. ſicut erat ſcriptũ Pſal. p̃dicto. hoc addidit euangeliſta, vt oſtendat prophetiã impletã per factum eorum. patet ẽt per p̃dicta falſitas Iudæorum exponentium pſal. prædictũ de perſecutione quã habuerunt Iudæi per Aman, dicentes ꝙ Mardochæus fecit prædictum pſ. quia titulus pſ. oſtendit contrarium: quia ille pſ. intitulatur a Dauid & non a Mardochæo. Itẽ in principio pſ. dicitur: Lõge a ſalute mea verba rugitus mei. ſecundum veritatem Hebraicam & tranſlationẽ Hier. quod verificatum eſt de paſſione Chriſti, quia non fuit liberatus a paſſione, q̃uis de hoc clamaret ad patrẽ, ſicut ſu. dictũ eſt: Pater ſaluiſica me ex hac hora. Tpe aũt Mardochei Iudæi fuerũt liberati celeriter poſt orationem eorum, quia prius fuerunt liberati quam veniret tps ſtatutum interfectionis eorũ. Item ibidem ſubditur: Foderunt manus meas & pedes meos. qđ nõ eſt ipletũ in Mardochæo, nec in aliquo Iudæo illius temporis, ſed magis econuerſo ipſi Iudæi Aman & filios eius crucifixerunt.*
h Stabat. *Hic ponitur tertium conſequens ad Chriſti crucifixionem, & pertinet ad eius parentes, quia Chriſtus in cruce poſitus antequam moreretur, voluit matri ſuæ de cuſtodia & miniſtro prouidere: dans exẽplũ aliis, vt ipſi ſint ſolliciti impendere debitũ obſequiũ parentibus ſuis. & hoc eſt quod dicitur:* Sta. au iu. &c. *Contrarium aũt videtur Luc. xxiij. f. vbi dicitur: Stabant autem omnes noti eius a longe. Dicendum quod primo fuerunt prope, vt hic dicitur: & tunc Chriſtus hæc verba dixit, ſed procedente paſſione propter turbam comprimentem ſe retraxerunt, ſecundum quod di-*

[margin: Pſal.68.e — †impleti — F — Matt.11.a — †De cele. miſſar. c. in quadam. §. ſed aduerſus — Cap.12.]

## MORALITER.

i *Cum ui. ergo & ca.* per hoc autem, quod poſitus in tanto tormento matri ſuæ prouidit de miniſtro, docuit nos in quocunque ſtatu ſimus honorare parentes, quantum fieri poteſt bono modo.
y *Et incli. ca. tra. ſpi.* Theo. Tradidit autem dominus ſpiritum Deo patri, oſtendens quod nequaquam ſanctorum animæ conuerſantur in tumulis, ſed deueniunt ad manus patris omnium peccatoribus ad locum pœnarum delatis, videlicet in infernum.

*Sed unus*



A a *Sed unus.* Vigilãti verbo uſus eſt, Nõ dicit, pcuſſit, vel vulnerauit, ſed apuit, vt illi quodãmõ uitę oſtiũ pãderet, vñ ſacr̃a eccleſiæ emanauerũt, ſine q̃b ad vitã nõ itrat̃ Ille ſãguis fuſus ẽ i remiſſionẽ pc̃tõrũ. Aqua, & lauacrũ p̃ſtat & potũ: Ecce oſtiũ in latere arcæ, quo intrant animalia diluuio non peritura. Ecce mulier facta de latere dormientis.
b *Sicut mos.* Non fruſtra ait, ſicut mos eſt Iudæis, ſed admonet in huiuſmodi officiis morem cuiuſque gentis eſſe ſeruandum.

[margin: Gen.6.c — Gen.2.d]

## NIC. DE LYRA.

¶ a Erat enim m. *quia ſicut dictum eſt, ſolennitas eius duplicabatur propter octauam Paſchæ concurrentem.*
b Roga.Pi.ut fran. eo. cru. *ne aliquo mõ euadere poſſent, & tollerentur de patibulis*
c Vene.ergo mi. *Sed videtur, quod veniſſent ad Ieſum antequam fregerunt crura ſecundi, quia Ieſus erat in medio amborum. Dicendum, quod duo milites frangebãt, & vnus fregit crura vnius latronis ex vna parte, & alter crura alterius ex altera parte: & ſic ambo venerunt hincinde ad Ieſum q erat in medio. & hoc eſt quod dicitur:*
d Ad Ieſum autem. cum ue. ut ui. eum iam mor. non fre. eius cru. *quia hoc non fiebat niſi ad hoc, quod euadere non poſſent depoſiti de patibulis.*
e Sed u.mi.lan.la. e.ap. *vt certificaretur de morte eius.*
f Et conti.exi.ſan.& aq. *Sanguis ad noſtrã redemptionẽ, aqua ad pc̃torum ablutionẽ. Sciendum tamẽ, ꝙ iſta aqua miraculoſe exiuit, quia non fuit humor phlegmaticus, vt dicunt aliqui, ſed aqua pura ad oſtẽdẽdũ, quod corpus Chriſti erat ex ueris elementis cõpoſitũ, contra errorẽ eorum, qui dixerunt eum habere corpus cæleſte, ſicut dixit Valentinus & ſequaces ſui, & eorum, q dixerũt eũ habere corpus phãtaſticũ, ſicut Manichæi.*
g Et qui ui. *Hic ponitur crucificatio, quia*
B *ipſe Iohannes q ſcripſit hoc euãgeliũ, præſentialiter exiſtẽs, vidit hoc factũ. & iõ eius teſtimoniũ eſt efficax ad credẽdũ. & hoc ẽ qđ dicitur,* Et qui u. *i. ego ipſe. loquitur .n. de ſe per modum alterius, ſicut ſupra dictum eſt.*
h Teſti.per. *patet litera ꝑ p̃dicta. Seq̃tur:*
i Facta ſunt e.h.ut ſcri.imple. *Exo. xij.g.* Os non cõ. ex eo. *Agnus enim Paſchalis fuit figura expreſſiua paſſionis Chriſti. ideo ordinatione diuina conſtitutum eſt, ut oſſa agni paſchalis non frangerentur, ut ſic figura & ueritas correſponderent, quia ueri agni oſſa non ſunt fracta in cruce, ut prædictum eſt.*
k Et ite. alia ſcrip. di. *de eius trãſfixione,*
l Videbunt in quem tranſ *Litera Hiero. habet, Aſpicient ad me, quem confixerunt. Propheta enim loquitur in perſona Chriſti, loquens in prima perſona, ſed euangeliſta refert illud ad Chriſtum loquens in tertia perſona, & eadem eſt ſententia. Illa autem transfixio proprie fuit in lancea uulneratione. Sed hæc videbitur a Iudæis in iudicio futuro, quia cicatrices uulnerum reſeruatæ ſunt a corpore Chriſti reſurgente non ſolum ad certificationem ſuæ reſurrectionis oſtendendo illas cicatrices apoſtolis, ſed etiam ad conuincendum Iudæos in futuro iudicio de peccato ſuæ mortis.*
m Poſt hæc au. *Hic agitur conſequenter de Chriſti ſepultura; quæ fuit glorioſa, ſecundum quod erat prædictum Iſaiæ. xi. c. Et erit ſepulchrum eius glorioſum, quamuis præcedens mors fuit ignominioſa. & hoc eſt quod dicitur,* Poſt hæc autem rogauit Pil. Io. *Erat enim ei familiaris, cum eſſet nobilis decurio, ut dicitur Marc. xv. d. & ideo ſecurius eum rogauit.*
n Ab Arimathia. *oriundus. Eadem eſt ciuitas, quæ dicitur Ramatha, de qua fuit Samuel.*
o Eo quod diſcipu. eſſet Ie. *i. fideliter credens eius doctrinæ.*
p Occultus autem prop.me. Iu. *Ante enim paſſionem ex imperfectione timebat de ſynagoga expelli, quod erat ignominioſum, ſi confiteretur Chriſtum, tamen poſt paſſionem feruentior factus exemplo Chriſti animatus manifeſtauit ſe volens Chriſtum honorifice ſepelire: & ideo ſequitur:*
q Vt tolleret corpus Ieſu. *ad ſepeliendum.*

Et per-

[margin: †De cõſe. di.2.c.1.& cũ oporteat. — Decret. miſ. ſi. c. cum Marthæ. §. quæſiuiſti. & c. in qua. lan. §. porro autẽ — †Exo.12.g Num.9.b — †Mat.27.g Marc.15.d Luc.23.g — Venit ergo, & tulit corp. Ieſu. — †Sapi.3.a & 7.g — Zac.12.c — 1.Reg.1.a]

nerent in cruce corpora ſabbatho, (erat enim magnus dies ille ſabba-
a ¶Vt moreretur.
thi) rogauerunt Pilatum, ut frange-
a ¶Mortui de ligno, ne per deum & magnum diem ſui diuturni cruciatus horrore fœdarent.
rentur eorum crura, & tollerentur. Venerunt ergo milites, & primi quidem fregerunt crura, & alterius qui crucifixus eſt cum eo. Ad Ieſum autem cum ueniſſent, ut uiderunt eum iam mortuum, non fregerunt eius crura: † Sed unus militum lancea latus eius † aperuit: & continuo exiuit ſanguis & aqua. Et qui uidit, teſtimonium perhibuit, & uerum
¶Non ait, ſciatis, Sci t ipſe qui uidit, credat ei qui non vidit.
eſt eius teſtimonium, & ille ſcit, quia uera dicit, ut & uos credatis. Facta ſunt enim hæc, ut ſcriptura implere-
¶Ob quod dixit, non fregerunt eius crura. a ¶Agno.
tur: † Os non comminuetis ex eo.
a ¶Ad hoc quod dixit, lancea latus eius aperuit.
Et iterum alia ſcriptura dicit: † Vi-
a ¶Quia in ea carne venturus eſt, in qua eſt crucifixus.
debunt in quem † transfixerunt. † Poſt hæc autem rogauit Pilatum Ioſeph ab Arimathia, eo † quod eſſet diſcipulus Ieſu, occultus autem propter metum Iudæorum, ut tolleret corpus Ieſu. & permiſit Pilatus. Venit ergo: & tulit corpus Ieſu. † Venit autem & Nicodemus,
a ¶Quia non nocte ſolum, ſed nocte primum.
qui uenerat ad Ieſum nocte primum ferens mixturam myrrhæ & aloes quaſi libras centum. Acceperunt ergo corpus Ieſu, & ligauerunt eum lintheis cum aromatibus, ſicut mos eſt ſepelire Iudæis. Erat autem in loco ubi crucifixus eſt Ieſus, hortus: & in horto monumen-
a ¶Sicut in utero Mariæ nemo ante eum, nemo poſt eum, ita in hoc monumento.
tum nouum, in quo nondum quiſq̃
a ¶Accelerata ſepultura, ne ueſperaſceret, quando nihil tale licebat facere.
poſitus fuerat. Ibi ergo propter paraſceuen Iudæorum, quia iuxta erat monumentum, poſuerunt Ieſum.

r Et permiſit Pila. *Tum propter reuerentiam petentis, tum propter innocentiam Chriſti paſſi, quem ipſe cognouerat.* C
s Venit ergo, & tulit corpus Ieſu. de cru. *Corpora enim damnatorũ non poterant ſepeliri, niſi de licentia præſidis.*
t Venit autem & Ni. qui uenerat ad Ieſum no. *vt ſupra dictũ eſt. iij.*
v Ferens mixturam myr. & aloes quaſi li. *Iſte etiam Nicodemus ante paſſionem Chriſti ſicut Ioſeph, erat Chriſti diſcipulus occultus, ſed poſt paſſionem ex feruore ſe manifeſtauit ſicut Ioſeph. Sciendum etiam, quod licet ex deuotione iſtam unctionem faceret, uidetur tamen, quod plenam notitiam de Chriſti reſurrectione non haberet: quia de eo erat ſcriptum: Non dabis ſanctum tuum uidere corruptionem. propter quod non indigebat vnctione conſeruante contra putrefactionem.*
x Acceperunt er.cor. Ie. & lig. eum lin. *i. pannis lineis inuoluerunt. Propter quod ſtatutum eſt, quod corporalia, ſuper quæ conficitur corpus Chriſti, non fiant de panno ſerico, ſed tantum lineo, vt habetur de conſe. diſt. i. c. conſulto omnium.*
y Erat au. in lo. ubi cru. eſt hor. *i. prope locum crucifixionis.*
z Et in hor. monu. in quo. *hoc factum eſt propter certitudinem dominicæ reſurrectionis. quia ſi fuiſſet ſepultus in monumento: ubi iam alii fuiſſent ſepulti, poſſet reſurrectio dominica a Iudæis alteri imputari.*
a Ibi ergo propter paraſce. Iudæo. quia iu. *Hoc eſt dictum, quia feria ſexta, in qua licitum erat operari & corpora ſepeliri, iam declinabat ad veſperam, & ideo ſepelierunt Ieſum in loco propinquo, quia non poterant longe portare, propter ſolennitatem ſabbati de propinquo imminentem. &c.*

[margin: Pſal.15.a — †pupugit — †Zac.12.c — †pupugerunt — †eum — D]

## MORALITER.

e *Sed unus mi. lan. la. e. a.* Theophilus Vt Iudæis placeant, lanceant Chriſtum circa corpus exanime contumelias inferentes. iſtis autem ſunt ſimiles, qui mortuos perſequuntur.
f *Et conti. exi. ſan. & a.* ex quibus habent efficaciam eccleſiæ ſacramenta.
m *Poſt hæc a. ro. Pil. Io.* exponatur ſicut ſupra, Matth. xxvij. g. & Marc. xv. d. *Venit au. & Ni.* ſequitur.
v *Ferens mixtu. myr.* per ipſum ſignificatur doctor bonus ferens mixturam. i. doctrinam ex autoribus ſacræ ſcripturæ confectam, ad vngendum corpus Chriſti myſticum ad eius ſalutem.

In cap. xix. vbi dicitur in poſtil. Secundum eſt crucifigentium auaricia, qui Chriſti veſtes quamuis eſſent parum valentes, tamen ſibi rapuerunt.

### ADDITIO I.

*Non eſt uériſimile, quod milites, qui communiter honeſtos ſeu liberales ſe demonſtrant, etiam ſi eſſent interius ſecundum veritatem cupidi, tantam auariciam in ipſis eſſe publice oſtenderent, ideo quidam dicunt, quod milites ſeducti a Phariſæis, qui Chriſtum aſſerebant facere miracula in Beelzebub, vt Lu. xi. b, ſcientes, quod ad tactum fimbriæ veſtimenti eius ſanabantur infirmi, ut Lucæ. viij. f. veſtes Chriſti accipiebant, vt cum eis alia medicinalia ſeu aliqua alia faſcinatorie facere experirentur. quod etiam redundabat in ignominiam Chriſti, vt hoc videntes crederent ipſum fuiſſe maleficum.*

In eo. cap. vbi dicitur in poſtil. Et nota, quod loquens de cruce matri ſuæ, non dixit, mater, ſed mulier.

### ADDITIO II.

*Non ſolum tempore paſſionis, ſed etiam tempore gaudii ſeu conuiuii nuptialis Chriſtus vocat matrem ſuam eodem nomine ſicut hic, ſcilicet mulier, non autem mater. vnde ſupra. ij. a. Quid mihi & tibi mulier. idcirco ratio huius uocationis attribuenda eſt ſummæ humiliati utriuſque: filii ſ. & matris. Sicut .n. Chriſtus cũ in forma Dei eſſet, ſeipſum exinaniuit formã ſerui accipiẽs, vt Phi. ij. a. eadẽ rõne, cũ filius Dei uiui uerus eſſet, communiter ſe uocat filium hominis, quod eſt nomen cõmune cuicunque homini. pari ratione matrem, cuius humilitatẽ maxime cognoſcebant, mulierem uocat, quod eſt nomen cõe cuilibet mulieri, non autem matre.:*



VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

E *autem matrem, quā maximā dignitatē includit, cum ſit mater Chriſti.*
In eo.c.ubi dicitur in poſtil. Licet enim fuerit crucifixio prima die Paſchæ, quæ erat ſolennis apud Iudæos.

*ADDITIO III.*

*Chriſtus fuit crucifixus in paraſceue Paſchę, quę nō erat ſolennis apud Iudæos, ut habetur infra eo. ca. Ibi ergo propter paraſceuen poſuerunt eum, ut magis declaratur in additione ſuper Matth. xxvi. ca.*

In eo.ca. vbi dicitur in poſtil. Quod feria ſexta, in qua licitum eſt operari, & corpora ſepeliri, iam declinabat.

*ADDITIO IIII.*

*Hæc feria ſexta, in qua Chriſtus fuit crucifixus, non erat ſolennis apud Iudæos: Vnde & licitum erat in ea operari & ſepeliri, prout latius dictum eſt in additione ſuper Matthæum. xxvi. ca.*

REPLICA

In cap. xx. poſtil. dicit de auaritia crucifigentium, in eo quod ueſtes Chriſti etiam parum ualentes rapuerunt, Burg. opponit dicēs, quod non eſt veriſimile, quod milites qui ut communiter ſe honeſtos & liberales oſtendunt, auariciam ſi quam in mente habuerunt publice demonſtraſſent. Ego autem puto illos non fuiſſe milites ſecūdū cōem ſeculi dignitatē, nam hi non conſueuerunt ad tam uilia officia lictorum & ſuſpēſorum deputari, ſed fortaſsis illis tēporib. uocabantur milites ſeruientes reipublicę in executione iuſticiæ. Nam de ſolis militib. ſm dignitatē nō dī, nemo tenetur ſuis ſumptib. militare i. reipu. ſeruire, ſed etiam de cæteris. Miles aūt cōi noīe dicitur a militando, ſicq; cuncti ſeruientes reipu. poſſunt dici milites a militando, i. ſeruiendo, qui etiam non tenentur propriis ſtipēdiis militare. Si tñ proprie dicti ſunt milites, nō mirum, quod oſtenderūt ſe publice auaros, qui ſe oſtenderūt diſcolos & publicos ribaldos in multis contra Ieſum, immo præter cōem conſuetudinem circa interficiendos, vt patet in potione fellis, illatis conuitijs quæ fieri nō cōſueuerūt ab honeſtis contra morti adiudicatos. In e.c. vbi poſtil. dicit, crucifixionem factam prima die Paſchæ, quæ erat apud Iudæos ſolennis, Bur. propter ſuam ſingularem minus tamen autenticam computationem, dicit, quod paraſceue non erat ſolennis apud Iudæos, quod quia factum eſt, eo quod fundat Burgen. factum ſuum ſuper obſeruantia traditionis Phariſaicæ, quam Chriſtus contra Dei præceptum non admiſit, præceptū autem Dei fuit quod. xv. luna prima menſis eſſet celebris. Conſtat autem paraſceue fuiſſe decimaquinta luna, quia luna decimaquarta, etiam ſecundum Burgen, Chriſtus cænauit. allegans igitur traditiones contra Dei præceptum, cum Burg. audire debet, Quare tranſgredimini præceptum propter traditiones veſtras? amiſſo tamen computo Burgen. etſi paraſceue tota dies non fuiſſet celebris vſque ad ueſperam, tamen tempore ſepulturæ celeberrima fuiſſet, quia ſecundum eum Paſcha & ſabbatum concurriſſet ad veſperam, quando apud Iudæos incipit feſtiuitas ſequentis diei.

1. Cor. 9. c — Mat. 15. a

## GLOS. ORDIN. CAP. XX.

VNa &c. Sequitur:

a *Curre. au.* Iohannes ſignificat ſynagogam, quæ prior venit ad monumentum, ſed non intrauit, quia prophetias de incarnatione & paſſione audiuit, ſed & mortuū credere noluit. Petrus eccleſia, quę cognouit carne mortuum, uiuētem credidit Deum. poſt quē & in Iudæa in fine intrabit.

*Separatim.*

*amabant & inuicem ſe tenebant ſicut familiares: alij autem ſicut diſperſi fugerant. propter quod in pluribus locis leguntur iſti duo apoſtoli ſimul combinati, vt & dictum eſt ſuperius xviij. ca. in ſequendo Chriſtū captum. & Act. iij. a. ſimul aſcendendo in templum, & viij. c. ſimul miſſi ſunt ad Samaritanos, vt darent eis ſpiritumſanctum.*

Mat. 28. a — Mar. 16. a — Luc. 24. a

## CAP. XX.

a ¶Quam Matthæus primam ſabbathi dicit.

VNa autem † ſabbathi Maria Magdalene uenit mane, cum adhuc tenebræ eſſēt ad monumentum: & uidit lapidem ſublatum a monumento. Cucurrit ergo, & uenit ad Simonem Petrum, & alium diſcipulum, quem diligebat Ieſus: & dicit illis: Tulerunt dominum de monumento, & neſcimus ubi poſuerunt eum. Exiit ergo Petrus & ille alius diſcipulus: & uenerunt ad monumentum. Currebant autem duo ſimul: & ille alius diſcipulus præcucurrit citius Petro, & uenit primus ad monumentum. Et cum ſe inclinaſſet, uidit poſita lintheamina, non tamen introiuit. Venit ergo Simon Petrus ſequens eum, & introiuit in monumentū: & uidit lintheamina poſita, & ſudariū, quod fuerat ſuper caput eius, non cum lin-

a ¶Cum iam tempus operandi rediſſet. a ¶In requirendis intelligentiam. a ¶Aliās, ſolitariam. b ¶Quia in ardore Currit nunciare diſcipulis, ut aut ſecum quærerent, aut ſecum dolerent. a ¶In Græcis codicibus additur, ſecum propenſiore charitatis & famulatus affectu. a ¶Quomodo autē venerunt, egreſſus [illegible]. a ¶Per decurſum huius mundi, Iudæi per legis literam, Gentiles per legem naturæ. ¶Sudarium ſuper caput [illegible].

† ſabbatorum

## NIC. DE LYRA. CAP. XX.

VNa au. ſabb. *Poſtquam euāgeliſta deſcripſit Chriſti crucifixionē & mortē, hic conſequenter deſcribit reſurrectionem. Et diuiditur in duas, quia primo deſcribitur manifeſtatio huius reſurrectionis facta mulierib. deuotis. Scdo, eiuſdē manifeſtatio facta apoſtolis, ibi: Cū ergo ſero eſſet. Circa primū ſciēdū, quod mulieres gradatim peruenerūt ad cognoſcendū hanc reſurrectionē & ideo primo euangeliſta oſtendit qualiter eā cognouerint per ſepulchri euacuationē. Scdo per angelicam viſionem, ibi: Abierunt diſcipu. Tertio per dominicam apparitionē, ibi: Hæc cum dixiſſet. Prima in tres: quia primo deſcribitur ſepulchri uiſio. Secundo, rei denunciatio, ibi: Currit ergo. Tertio rei nunciatæ inquiſitio, ibi: Exijt ergo. In prima ergo parte dicitur ſic:*

Diuiſio — F

a Vna ſa. ſab. *i. prima die. poſt ſabbatum enim apud Iudæos notantur dies hebdomadæ, quia ſabbatū ſic nolatur abſolute propter reuerentiā illius diei, & ab illo denominantur alij dies, ita quod ſequēs immediate dicitur prima ſabbati, & alia ſecunda ſabbati, & ſic conſequenter. & propter hoc Matthæus & Marcus uocant dominicam reſurrectionis primam diem ſabbati. Iohannes autem unā ſabbati: quia hoc nomen unum frequenter accipitur pro primo. & ſic patet Gen. i. a. Factum eſt ueſpere & mane dies vnus, i. primus [illegible] eſt ueſpere & mane dies ſecundus & ſic conſequenter.*

† prior

b Maria &c. cum adh. te. *i. antequam eſſet clare dies, [illegible] re, quia non erat licitum aliquid operari illa die. Sciendum etiam, quod [illegible] duæ mulieres ſecundum quod dicunt alij euangeliſtæ, ſed Iohannes illam ſolam exprimit quia erat alijs feruentior & principalior.*

c [illegible]

d [illegible]

e Et dicit illis: Tuler. dominum de monumento. *Timebant enim ne Iudæi corpus Chriſti aſportaſſent, ut ei ignominiam facerent.*

f Exiit ergo Pe. *Hic ponitur rei nunciatæ inquiſitio, cum dicitur:* Exiit ergo Pe. & ille alius di. *ut viderent factum. Modus autem veniendi oſtenditur, cum dicitur.*

g Currebant duo ſimul. *ex deſiderio uidendi.*

h Et ille alius diſ. præ. ci. Pe. *quia erat iunior & agilior.*

H

i Et cum ſe inclinaſſet. *ad uidendum ſupple per oſtium illius ædificij, intra quod corpus Chriſti erat ſepultum, quia ſepulchrum erat factum ad modum cuiuſdam domunculæ lapideæ, intra quam erat ſepulchrum Chriſti poſitum, & ideo erat ibi quoddam oſtiolum, per quod erat ingreſſus ad illum locum, Sic enim fiebant ſepulturæ Iudæorum antiquitus, & maxime magnarum perſonarum, ut corum ſui poſſent ibi ſepeliri. propter hoc dicitur frequenter de regibus Iuda: Sepultus eſt in ſepulchro Dauid &c.*

3. Reg.

k Vidit poſita lin. *i. bene diſpoſita & plicata. ad oſtendendum, quod corpus non fuerat ſublatum, quia ſimul fuiſſent lintheamina aſportata, & maxime, quia erant fortiter adhærentia corpori propter unctionem & ideo per hoc apparebat, quod ſic reſurrexerat.*

l Non tamen introiuit. *propter Petri reuerentiam, quem expectauit, quia erat ſenior ipſo, & inter apoſtolos principalior.*

m Venit ergo Simon Petrus ſequens eum. *Patet littera uſque ibi:*

n Et ſudarium, quod fuerat ſuper caput eius &c. *poſ. diuiſū & indiuiſibile.*

¶ Sed ſepa-

## MORALITER.

a *Vna autem ſabbathi Maria Magdalena uenit mane, cum adhuc tenebræ eſſent, ad monumentum & c.* Per iſtam, quæ præ omnibus fuit ſollicita videre Chriſti ſepulchrum, quod patet ex hoc quod uenit mane cum adhuc eſſent tenebræ, & quia recedentibus apoſtolis non recedebat, propter quod ei dominus primo apparuit, ſignificatur [illegible] diuinæ ualde ſollicita [illegible] cognitionem. Matthæi. vij. a. Petite & [illegible] pulſate & aperietur uobis. Et [illegible] ſicut Maria diſcipulis [illegible] de abſcondito talento debeat merito reprehendi.

Mat. 13. d

¶ Cum ſero



A

a *Separatim.* Quia ſacra diuinitatis incōprehenſibila a noſtræ īfirmitatis cognitione remota ſūt. In inuoluto, nec finis, nec initiū aſpicit, Sic celſitudo diuinitatis nec cępit eē, nec deſinit

b *In unum lo.* quia ī ſciſſura mētiū Deus nō ē, ſed ī vnitate. Vel, ſudariū capitis paſſio Chriſti, cuius ſacra īfidelib. ſunt occulta. ſeorſū, quia lōge a nrā, quia ille ſpōte & ſine culpa paſſus, nos inuiti cū culpa.

c *Nondum e. ſcie. ſ.* vſque adeo, vt cum ab ipſo domino aperte diceretur, propter conſuetudinem ab eo audiendi parabolas non intelligerent.

d *Plorans.* Iam plus de ſublato quam de occiſo plorat, quia tanti magiſtri, cuius ulta ſubtracta fuerat, nec memoria remanebat, & iſte dolor ibi eā tenebat.

e *Dum ergo &c. pro. in m.* Cum eum ſciret ibi non eſſe, ſed quia nimis dolet, nec ſuis oculis, nec oculis illorū duorum credentium putauit. Vel potius diuino inſtinctu hoc factum eſt.

f *Vidit duos a.* Angeli. i. nūcii ſignificāt euāgeliū Chriſti, a capite vſque ad pedes. i. ab initio uſq; ad finē eē nūciandū. Et ille ex paſſione ſua erat nūciandus, quia Deus ē añ ſecula, & hō ī fine ſeculi. Sedet ergo angelus ad caput, cū dt: In principio erat verbū. Ad pedes, cū dicit, Verbū caro factū ē. Vel duo angeli duo teſtamēta, vnū prius, aliud ſequēs. Cōiuncta, dū pari ſenſu incarnatū, mortuū, reſuſcitatum nunciāt.

Ioh. 1. a — Ioh. 1. b

g *Quid plo.* Q. Noli peccare. Prohibēt lachrymas quodammodo nunciātes gaudiū. At illa putās eos interrogare neſciētes, pdit cām lachrymarū, *quia tule. do. meum.* i. corpus domini mei.

h *Et non ſcie.* quia tergum ad eum habebat, quem non reſurrexiſſe credebat. quia amabat, & dubitabat, videbat, & non cognoſcebat.

i *Quem qua.* nō quod dubitet quē regreret, ſed quia illa, quē quærit, ignoret, nō .n. quærit Chriſtū, ſed quē putat raptū.

B

k *Domine.* Quē putat hortulanū, dicit dñm, ut honorificaret hoīem a quo rogabat beneficium. Nec ſic dicit eū dominū, ſicut illū, quē quærit ſublatum. Ieſū vero agnoſcens uocat magiſtrum, quia recolit eū, a quo diſcernere humana & diuina diſcebat.

l *Si tu ſuſtuli.* non dicit quem, quia hoc in aīo agit vis amoris, vt quem ſemp cogitat, nullū alium ignorare credat.

m *Maria.* Poſtquā cōi noīe uocauit, & nō ē agnitus, vocat ex noīe, ac ſi dicat recognoſce eū a quo recognoſceris.

theaminibus poſitum, ſed ſeparatim inuolutum in unum locum. Tunc ergo introiuit & ille diſcipulus, qui uenerat primus ad monumentum, & uidit, & credidit. Nondum enim ſciebant ſcripturam, quia oportuit eum a mortuis reſurgere. Abierunt ergo iterum diſcipuli ad ſemetipſos. Maria autem ſtabat ad monumentū foris plorans. Dum ergo fleret, inclinauit ſe & proſpexit in monumentum. Et uidit duos angelos in albis ſedentes, unum ad caput, & unum ad pedes, ubi poſitum erat corpus Ieſu. Dicunt ei illi: Mulier quid ploras? Dicit eis: Quia tulerunt dominum meum, & neſcio ubi poſuerunt eum. Hæc cum dixiſſet, conuerſa eſt retrorſum, & uidit Ieſum ſtantem, & non ſciebat quia Ieſus eſt. Dicit ei Ieſus: Mulier, quid ploras? Quem quæris? Illa exiſtimans quia hortulanus eſſet, dicit ei: Domine, ſi tu † ſuſtuliſti eū, dicito mihi, ubi poſuiſti eū: & ego eum tollam. Dicit ei Ieſus: Maria. Conuerſa illa dicit ei: Rabboni, quod dicitur magiſter. Dicit ei Ieſus: Noli me tāgere. Nondū enim aſcēdi

a ¶Vacuum ſepulchrum. a ¶Non quidem reſurrexiſſe, ſed ſublatum eſſe. ¶Cur nondum? a ¶Cum crederent ablatum. a ¶Vbi habitabant. a ¶Quam fortior fixerat affectus. ¶Cum aliis duabus. a ¶Hæc eſt maior cauſa doloris. ¶Redarguens eam. a ¶Quæ non credit adhuc eſt mulier, adhuc corporei ſexus appellatione ſignatur. b ¶Quaſi non lachrymas nudas, ſed fidem exigo, bonæ lachrymæ ſi Ieſum agnoſcas. c ¶Interrogatur cauſa doloris ut augeatur deſiderium. a ¶Non penitus falſo, quia in eius mente ſeminabat. a ¶Prius corpore conuerſa putauit quod non erat, nunc conuerſa corde, quod erat, agnouit.

† aſportaſti

n *Noli me tan.* Hic innuit, quod pedes eius amplecti uoluit Merito non tangit, quæ non uidet, nam qui uidet, tangit. *Dicit ei Ie. No.* Fidem docens, & in corde eius, ut hortulanus, ſeminās dicit, *Noli me tan.* non quod nollet tangi niſi cum aſcēdiſſet, cū & mulieres & alii in terra eum tetigiſſe legant. & nō ſedētē ī celo. Vult ergo ſic ſe ſpāliter tangi. i. ſic ſe credi, ut ſit æqualis pri, Et quia iſta adhuc carnaliter in eū credebat, quē ſicut hoīem flebat, audit, *Noli me tangere.* id eſt ſic credere, quia in corde tuo nondum credis me æqualem aſcendi ad patrē. i. nōdum credis me æqualem patri, tūc tanges cū nō imparē credes. In

C

f Ad ſemet. *i. ad locum vbi prius latitabant, & unde ad ſepulchrum venerant.*

g Maria au. ſta. *ex feruore & conſtantia, & quia non imminebat ſibi tantum periculum, ſicut apoſtolis.*

h Ad mo. f. plo. *licet enim intraſſet clauſuram horti, in quo erat domicula ſepulchri exciſa in rupe, tamen illam domunculam non intrauit. veruntamen, quia illa horti clauſura tota aliquando ſepulchrū nominatur, inde eſt, quod Maria aliquando dicitur intraſſe monumentum, ut habetur Mar. vlti. a. & Luca. a. ſimiliter dicitur aliquando foras fletiſſe, ut hic.*

i Dum ergo fle. *propter abſentiam corporis Chriſti.*

k Inclina. ſe & proſpe. in mo. *quia ſecundum Grego. uis amoris intentionem multiplicat inquiſitionis. & ideo non ſufficiebat ſibi ſemel reſpexiſſe. præterea, licet uidiſſe abeſſe corpus Chriſti, tamen uolebat adhuc uidere, ſi aliqđ eius ueſtigium poſſet pcipe*

l Et ui. du. ang. *ex feruore enim deuotionis illam uiſionem meruerat.*

m In albis ſeden. *ad deſignandū dominicę reſurrectionis gaudium. Apparitiones enim angelicæ ſunt ad inſtructionē hoīm, et ſolēt apparere per illum modum qui competit rei de qua debent inſtruere. Cādor autem ueſtis ſplendorē denunciat ſolennitatis: & ideo in albis veſtibus apparuerunt, ad denotandū gaudium dominicæ reſurrectionis.*

Angelica apparitio quid ſit.

n Vnum ad ca. & unum ad ped. ubi po. erat cor. Ie. *Tū propter reuerentiā loci cōſecrati ex tactu corporis dominici. Tum ad ſolēnius denunciandū reſurrectionem Chriſti, quia ſolennius denunciatur per duos, quam per unum.*

o Dicunt ei illi: Mulier quid plo. *q. d. nō habes, cauſam flendi, ſed magis gaudendi ex reſurrectione Chriſti.*

p Dicit eis. *exponatur ſicut ſupra.*

q Hæc cum di. *Hic oſtenditur dominica apparitio facta Mariæ cum dicitur,* Hæc cum di. con. eſt re. & ui. Ie ſtan. *Sed ſolet hic quæri, quare cōuertit ſe retrorſum, quia angelos ſibi loquentes cognouit eſſe bonos, uel ſaltem æſtimauit ualentes uiros: & ideo uidetur, quod magis deberet uertere faciem ad ipſos. Dicendum, quod illi angeli ſedebant ſupra ſepulchrum Chriſti, vt dictum eſt, & uidit illos aſſurgentes propter reuerentiam Chriſti apparentis extra ſepulchrū & ideo illa conuertit ſe retrorſum ſe ad vidēdum, cui tantam reuerentiam faciebant.*

D

r Et non ſcie. quia Ie. eſt. *Ipſa enim nondum habebat fidem reſurrectionis Chriſti, ut patet ex prædictis. & ideo talis apparuit in corpore, qualis erat apud eam in mente. In poteſtate enim hominis habentis corpus glorioſum eſt ſic apparere, quod cognoſcatur vel non cognoſcatur, quia illud corpus eſt omnino ſubiectum animæ. & eodem modo facta eſt apparitio duobus diſcipulis euntibus in Emaus vt habetur Luc. ulti. b.*

s Dicit ei Ie. Mulier quid plo. *non petit quaſi ignorans, ſed ut ex eius reſponſione conuenientius eam inſtruat.*

t Illa exiſti. quia hor. eſſet. *Sciebat enim, quod milites de ſepulchro fugerant, & ideo neminem credebat aduenisse niſi illum, cui incumbebat illa cura horti ſeruandi, in quo erat monumentum.*

u Dicit ei, Domine ſi tu ſu. eum. *Non dicit, ſi tu ſuſtuliſti Ieſum crucifixum, loquendo determinate, ſed eum in generali: quia modus eſt feruenter amantium æſtimare, quod omnes cogitēt de eo, quod habent cordi.*

x Dic, mi. ubi po. eum, & ego eum tollam. *Ex virtute enim amoris credebat ſe poſſe portare tantum corpus etiam mortuum, quia feruenter amanti nihil uidetur difficile.*

y Dicit ei Ie. Maria. *Vocat eam proprio nomine, vt eam magis intentam faciat, & talem ſe ei exhibet, ut cognoſcatur.*

z Conuer. il. *ſ. oculis mentis, ſicut & oculis corporis.*

a Dicit ei, Rab. *Sic enim conſueuerat eum appellare ante paſſionem, quia doctores apud Iudæos uocantur magiſtri.*

b Dicit ei Ie. Noli me tan. *Illa enim ex deuotione uoluit ſtatim oſculari pedes eius, ſed prohibita eſt, ſecundum Aug. quia erat indigna propter fidei defectum. ideo ſubditur:*

c Nondum enim aſcen. ad patrem me. *i. in corde tuo non credis me perueniſſe ad æqualitatem patris. Aliter exponitur ſecundum Chryſ. & melius, ut uidetur. Ad cuius intellectum ſciendum, quod apparuit Mariæ in conſimili corpore ſecundum apparentiam, quale habebat ante paſſionē, & non in illa claritate, qua eſt proprietas corporis glorioſi, & ideo Maria*

In euāg. Io. c. 20. tract. 121. poſt med. to. 9. In hō. c. 2.

## NICOLAVS DE LYRA.

a Sed ſepa. inuo. *i. bene plicatum.*

b In unum loc. *Hoc factum eſt ad oſtendendum reſurrectionem factam ſequitur,*

c Et uid. & cre. *Hoc exponitur dupliciter. Vno modo ſic.* Vidit. *ſ. ea quæ dicta ſunt a Maria.* Et credidit. *eſſe uerum. ſ. quod corpus Chriſti eſſēt ſublatum de monumento, & non cogitauerunt de Chriſti reſurrectione. & ideo ſubditur:* Nondum enim ſci. ſcri. quia opor. eum a mor. re. *Alio modo exponitur ſic:* Vidit. *ſ. lintheamina & ſudarium, ſic diſpoſita & plicata, ut dictum eſt.* Et credidit. *reſurrectionem Chriſti iam factam. & ſubditur cauſa, quare ante non credebat, cum dicitur:*

d Nondum enim ſciebant ſcrip. *& ideo non ex ſcriptura, ſed ex ſignis uiſis credebant reſurrectionem Chriſti iam factam.*

e Abierunt ergo. *Hic oſtendit qualiter Maria peruenit ad angelicam uiſionem, cum dicitur,* Abierunt et. ite. diſc. *ſ. Petrus & Iohannes non ualentes diu manere iuxta ſepulchrum propter metum Iudæorum,*

Ad



credebat

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

credes in hoc figurat eccleſia de gētib. q i Chriſtū nō credit, E niſi cū ad patrē aſcēdit. Myſtice, noli me tāgere; Noli manū maioribus adhibere, ſed uade ad piſcatiores. q facile reſurrectio nē credant, Mulierib. enim in eccleſia docere nō permittitur

Myſtice

a *Venit Ma.* Ibi culpa abſcinditur, unde proceſſit. Mulier mortē uiro propinauit, modo mulier uitam nunciat uiris, & quæ tunc uerba ſerpentis, modo narrat uerba uiuificatoris. acſi ipſis rebus dicat Deus, de quā manu illatus eſt potus mortis, de ipſa ſuſcipite potum uitæ.

*Chriſtus quinquies in die Paſchæ apparuit.*

b *Cum ergo eſſet* Hoc ipſo in die reſurrectionis factum eſt, in quo quinques Ieſus apparuit Primo Mariæ Magdalenæ. ſecundo eidem cū aliis currenti nunciare diſcipulis uolentibus. tertio Petro. quarto Cleophæ & ſocio eius quinto diſcipulis ianuis clauſis prædictis duobus iam reuerſis.

c *Oſtendit eis.* Poſt reſurrectionem in corpore ſuo dominus duo contraria oſtendit. & palpabile eiuſdem naturę vt formet ad fidē, & incorruptibile alterius gloriæ vt inuitet ad præmium.

d *Di. ergo e. ite. Pax.* Pacem offert, qui propter pacem uenit, iterat, vt monſtret per ſuum ſanguinem eſſe pacificata quæ in cælis ſunt & quę in terra.

*Vbi ſupra paulo poſt*

e *Acci. ſpi.* Aug. In terra datur ſpiritus ut diligatur proximus, e cælo datur ſpiritus, ut diligatur Deus.

f *Quorum re. pe.* Ecce charitas, quæ per ſpiritumſanctum infunditur cordib. eorum. Qui participes ſui ſunt, peccata dimittit, eorum qui non ſunt, tenet. Et ideo poſtq̃ dixit, Accipite ſpiritumſanctum continuo ſubiecit, Quorum rę pec.

g *Tho. au. ex.* Non caſu, ſed diuina diſpoſitione defuit Thomas & audita non credidit. vnde palpandum ſe ei dominus præbuit, quia eius dubitatione & facta ſibi probatione nulli relinquitur iam dubitare.

F

h *Qui di. Di.* Didymus. i. geminus quia dubius

h *Die illo* ſcilicet prima die reſurrectionis.

i *Vna ſabb* i. prima die poſt ſabbatum, ut prædictum eſt.

k *Et fores.* propter metum Iudæorum. Hoc etiam ex diuina [illegible] factum eſt, ut Ieſus intrans ad diſcipulos ianuis clauſis, oſtenderet ſe habere corpus glorioſum.

ad patrem meum. Vade autem ad fra- a
a Natura.
tres meos, & dic eis: Aſcendo ad pa- b c
a Non ait commune, ſed noſtrum, ſed meum & ueſtrum, quia differunt. b Gratia.
trem meum & patrem ueſtrum: d
a Quia ego homo. b Quia me ab errore liberauit. Sub quo & homo ſum.
Deum meum & Deum ueſtrum. Ve- e f
nit Maria Magdalenæ annuncians
diſcipulis, quia uidi dominum, &
Hoc in ipſo die reſurrectionis.
dixit mihi hæc. Cum ergo eſſet ſero g
a Moli corporis ubi erat diuinitas, oſtia clauſa non obſtiterunt, ſicut & natus fuerat de uirgine.
die illo, una ſabbathorum, & fores eſ- h i
ſent clauſæ, ubi erant diſcipuli cōgre- k
a Die dominica eiuſdem reſurrectionis.
gati propter metum Iudæorum: ue- l
nit Ieſus, & ſtetit in medio, & dixit m
eis: Pax uobis. Et cum hoc dixiſſet, n
a Vbi ad dubitandum corda ſananda uulnerum ſunt ſeruata ueſtigia.
oſtendit eis manus & latus. Gauiſi o p q
ſunt ergo diſcipuli uiſo domino.
a Iteratio, confirmatio eſt. dat piā pacem ſuper pacem, ſicut promiſit per prophetam.
Dixit ergo eis iterum: pax uo- r
a Qualis eſt pater filio. ſed hæc verba mediatoris ſunt. Me miſit me, ego vos. Id eſt ad paſſiones, etſi amet, quaſi in charitate vos mitto ad [illegible]
bis, Sicut miſit me pater, & ego s t
a Inſufflatio ſignificauit ſpiritumſanctum, non patris ſolius ſpiritum, ſed ſuum.
mitto uos. Hæc cum dixiſſet, inſuf- u
flauit, & dixit eis: Accipite ſpiritum x
a Id eſt quos dignos remiſſione iudicaueritis, duabus. ſ. clauibus, uidelicet poteſtatis & diſcretionis.
ſanctum. † Quorum remiſeritis pec- y
cata, remittuntur eis: & quorum re- z
tinueritis, retenta erunt. Thomas a b
autem unus ex diſcipulis duode- c
cim, qui dicitur † Didimus, non d
erat cum eis quando uenit Ieſus.
Dixerunt ergo ei alii diſcipuli: e

m *Et dixit eis: Pax uobis.* [illegible] enim conturbati de morte ipſius Chriſti, & de perſequutione Iudæorum eis [illegible]. Poterant enim eos per ſuam præſentiam cuſtodire, & de reſurrectione certificare, unde ſubditur.

n *Et cum hoc dixiſſet, oſtendit eis ma. & la.* vt per cicatrices remanentes oſtenderet identitatem numeralem corporis prius paſſi. Iſta enim in corpore Chriſti remanſerunt, non ad defectum, ſed magis ad gloriam propter uictoriam ex illis uulneribus conſequutam.

q *Gauiſi ſunt.* Hic conſequenter ponitur huius apparitionis effectus, qui eſt duplex. Primus eſt diſcipulorum exultatio contra duplicem triſticiam ipſorum annotam, ſcilicet de morte Chriſti, & Iudæorum metu in quantum ad hoc dicit, Gauiſi ſunt ergo diſcipuli. Secundus eſt eorum inſtructio, & quantum ad hoc ſubditur:

r *Dixit ergo eis ite. Pax uo.* quia uolebat eos inſtruere de pace futura, quæ erat perpetua

s *Sicut miſit me pater.* ad ueritatem fidei docendam in Iudæa.

t *Et ego mitto uos.* i. mittam ad hanc ueritatem publicandā per totum mundū. Et quia exequutio huius officij non ſe conuenienter fieri ſine gratia ſpiritusſancti, ideo ſequitur:

v *Hæc cum dixiſ. inſuf.* Per illam inſufflationem oſtēdere uoluit ſpiritum ſanctum a ſe procedere, ſicut procedit a patre.

y *Quorum remiſeri. peccata, re. eis.* Licet enim ſolus Deus principaliter peccata dimittat, tamen miniſtri eccleſiæ per uirtutē clauium ad hoc miniſterialiter operantur.

z *Et quo. re.* i. retinenda iudicaueritis.

H

a *Reten. e.* hoc tamen intelligendum eſt, quando iudicium eccleſię diuino iudicio conformatur.

b *Thomas.* Hic ponitur apparitionis Chriſti denunciatio abſente diſcipulo, cum dicitur: Thomas autem unus ex duodecim, qui dic. Dy. hoc erat cognomen eius, & ſonat idem quod geminus. quia forte erat de tribu Beniamin, de cognatione gemini. Vel ſecundum alios ſonat idem quod dubius: quia propter dubium de reſurrectione quod Thomas habuit, ideo ſic cognominatus fuit.

† Gene.

*† i. q. i. remiſſionem*

NIC. DE LYRA.

credebat ipſum reſurrexiſſe ad uitam cōmunem cum diſcipulis ducendam ſicut ante & ideo uolebat eum familiariter tangere ſicut prius. Hanc autem opinionem dominus uoluit ab ea remouere di. Noli me tangere. q. d. non credas me inter vos habitaturum ſicut prius. & hoc eſt quod ſubditur: Nondū n. aſcendi ad patrē meū. Eſt aſſignatio cauſa, quare apparebat in ſimili corpore ſicut & ante paſſionem, & nō in claritate corporis glorioſi qd fuit ad probādū ueritatē dominicę reſurrectionis, ſicut ſic apparuit diſcipulis ab dies xl. inſtruens eos de regno Dei ante ſuam aſcenſionem. pp quod ſequitur:

a *Vade autem ad fra.* i. ad apoſtolos, quos vocat fratres propter ſimilitudinem naturæ humanæ, & ſpecialitatem amicitiæ ad ipſos.

b *Et dic eis, Aſcendo.* i. aſcendam.

c *Ad pa. me.* per naturam.

d *Et pa. ue.* per adoptionis gratiam.

e *Deum meum.* inquantum ſum homo. Sic enim loquebatur in propoſito, ut patet ex hoc, quod immediate uocauerat apoſtolos fratres propter ſimilitudinem naturæ. & eodem modo loquitur, cum dicit: Aſcendo ad patrem meum, quia aſcendere non competit ei ſecundum diuinam naturam, quæ eſt altiſſima. Per hoc igitur quod Chriſtus hic ſuam aſcenſionem denunciat apoſtolis per Mariam, inſinuat, quod eis ante aſcenſionem illam apparebat ad eorum inſtructionem, ſicut expreſſius dicunt alij euangeliſtæ.

f *Venit Maria.* patet litera ex dictis.

g *Cum ergo ſe. eſſet.* Hic conſequenter oſtenditur manifeſtatio reſurrectionis Chriſti diſcipulis facta. Et primo omnibus communiter, ſecundo aliquibus ſpecialiter, ca. ſe. Prima in duas, quia primo manifeſtatur omnibus, excepto Thoma abſente. Secundo Thomæ cum eis exiſtente, ibi: Et poſt dies octo. Prima in tres, quia primo deſcribitur Chriſti apparitio, ſecundo apparitionis denunciatio, ibi: Thomas autem. tertio diſcipuli audientis obſtinatio, ibi: Ipſe autem dixit. Prima adhuc in duas: quia primo deſcribitur apparitionis actus, ſecundo eius effectus, ibi: Gauiſi ſunt. In prima ergo parte dicitur ſic: Cum ergo ſero eſſet. In die enim apoſtoli erant [illegible] propter metum Iudæorum, ſed in ſero conueniebant ad locum [illegible] talihora apparuit.

Die

c *Vnus de duode.* Non quod tunc eſſent duodecim, cum Iudas eſſet mortuus, ſed quia erat unus de duodecim electis in principio a Chriſto. Vel quia commemoratur hic Matthias poſtea electus in loco Iudæ, quia Iohannes hoc euangelium ſcripſit poſt eius electionem, ut patet ex prædictis in principio huius operis.

Act. 1.

d *Non erat cum eis.* Ipſe enim inter alios apoſtolos videtur fuiſſe magis timidus, ut ſupra dictum eſt. xi. ca. & ideo tardius cæteris uenit ad locum ubi congregabantur diſcipuli: & ideo propter tarditatem ſuam priuatus eſt illa uiſione Chriſti. Hoc autem factum eſt diuina ordinatione uel permiſſione, ſecundum quod dicit Grego. ut ex ſua abſentia ſequeretur dubitatio, & ulterius in dubitatione obſtinatio, & per conſequens diligens inquiſitio ad noſtram confirmationem.

Homil. in mi.

e *Dixerunt ergo ei alii diſcipuli.* quia boni rumores cito denunciantur.

Vidimus

MORALITER.

a *Cum ſero eſſet die illo.* ſequitur.

l *Venit Ieſus & ſtetit in medio.* Per Ieſum, qui ſalus interpretatur, prælatus bonus zelum ſalutis animarum habens ſignificatur, qui ianuis clauſuram uirtutum ad ſubditos ingreditur, & ſtat in medio uirtutis ad dandum eis exemplum. & in medio debitæ affectionis ſine acceptione perſonarum, & ſic dicit eis bis: Pax uobis, optando eis & procurando quantum poteſt pacem duplicem, ſcilicet fraternam & ſupernam.

o *Oſtendit eis manus.* id eſt opera uirtuoſa.

p *Et latus,* id eſt internæ charitatis ſigna.

r *Et di. eis.* [illegible] ſaluti animarum, ideo ſubditur:

y *Quorum re. pecc.* &c. Thomas autem [illegible] ſequitur:

Ille autem



dubius Thomas i. abyſſus: quia dubitando profundius nouit.

A

a *Reſpondit.* Videbat et tangebat hoīem, & ſuper hoc Deū credebat iā remota dubitatione, & confitebatur quē nō videbat.

b *Quia vi.* Nō ait tetigiſti, ſed vidiſti: qa viſus quodāmō gnālis ſēſus eſt q̃ de alijs quatuor dici ſolet. Forſitā nō fuit auſus tāgere, ſed aſpiciēdo tm, ſeu etiā tāgēdo credit.

c *Beati.* Comēdat fidē gentiū, ſed præterito vtitur, vt q qd erat futurū, in ſua prædeſtinatione nouerat iā factum.

d *Multā.* Quaſi in fine libri concludit, Multa qdē & alia ſi fe. q ꝓ ſua multitudine nō ſunt ſcripta. hæc autē, quæ fecit Ieſus & ante reſurrectionē et poſt, dicit ſe ſcripſiſſe, vt fidē aſtruat, qua vita habeat. Deinde tamen narrat quō ſe manifeſtauit Ieſus ad mare Tyberiadis. Et in captura piſciū cōmendauit eccleſiæ ſacramentū, qualis futura eſt in ultima reſurrectione. Ad quod cōmendandū valet, q quaſi finis libri interpoſitus eſt, vt eſſet etiā ſequuturæ narrationis quaſi præmiū: quod ei faceret quodammō eminētiorē locū.

*Ver. ult. & religio*

Vidimus dominum. Ille autem dixit a b
eis: Niſi videro in manibus eius † fixu
ram clauorum, & mittam digitum c
meum in † locum clauorum, & mit-
tam manum meam in latus eius, nō
credam. Et poſt dies octo iterum d
erant diſcipuli eius intus, et Thomas
cum eis. Venit Ieſus ianuis clauſis,
& ſtetit in medio, & dixit eis: Pax vo- e f
bis. Deinde dicit Thomæ: Infer di- g
gitū tuum huc, & vide manus meas, h
& affer manum tuam, & mitte in la- i
tus meum: & noli eſſe † incredulus,
a ſed fidelis. Reſpondit Thomas, & k
dixit: Dominus me*, & Deus meus. l
Hominem.
b Dicit ei Ieſus: Quia vidiſti me Tho- m
Me eſſe Deum.
c ma, credidiſti: Beati qui nō viderūt, n
d & crediderunt. † Multa quidē & alia o
ſigna fecit Ieſus in conſpectu diſcipu
lorum ſuorum, quę non ſunt ſcripta
in libro hoc. Hęc autem ſcripta ſunt, p
vt credatis, quia Ieſus Chriſtus eſt fi- q
lius Dei: & vt credentes vitam habea r
tis in nomine eius. ſ

tendo, quia utrumque requiritur ad ſalutem, ut frequenter dictū eſt ſupra.

C

l *Dominus meus, & Deus meus.* In hac manifeſte cōfitetur deitatē in Chriſto cōtra perfidiā Arriani. Supra autem uocauerat ipſum Ieſum dominū, ſed nō vocabat eū Deū expreſſe, licet diuina aliqua verba, ꝑ q̃ eius deitas pōt intelligi, vt patuit ex ſupradictis. Sed Thomas hic factus perfectior in cognitione poſt Chriſti reſurrectionē manifeſtatā, confeſſus eſt ipſum Deū eſſe.

m *Dicit ei.* Cōtrariū videtur ꝑ hoc qd dicitur ad Heb. xi. a. Fides eſt ſubſtātia rerū ſperādarū, argumen. ū nō apparentiū. & ſic patet q fides ſaltē quātū ad actū, nō pōt eſſe de viſis. Vtrū aūt poſſit eſſe de eis quantum ad habitum, non eſt præſentis ſpeculationis. Dicendum q Thomas aliud vidit, & aliud credidit: quia humanitatem vidit, & deitatem quæ in præſenti videri non poteſt, credidit.

n *Bti qui nō vi. & cr.* In hoc cōmēdat aliorū promptitudinē ad credēdū. & in hoc ſtat cōſolatio noſtra, qui nō vidimus, & tamē credimus ꝑ doctrinā Xpi & apoſtolorum Xpm videntiū ad nos deriuatā. Sed huic dicto videtur cōtrariū quod dicitur Lu. x. d. Bti oculi q vidēt, q̃ vos videtis. Dicēdū q duplex eſt beatitudo. Vna rei, quæ conſiſtit principaliter in aſpectu & fruitione deitatis, & ex cōſequēti in uiſione humanitatis Chriſti, ut dictū eſt. & de hac beatitudine intelligitur verbum Lucæ. Alia eſt beatitudo ſpei q̃ habetur in præſenti: & iſta cōſiſtit in merito futuræ beatitudinis. & ideo beatior eſt hoc mō q plus meretur. Plus autē meretur, qui credit nō uidēs q̃ uidens prædicto mō. & ſic intelligitur verbū Chriſti: Qui non vi. Hoc autē dictū licet ſit uerum, tamen quantū ad primā partē nō ualet ad propoſitum, quia apoſtoli, quibus Chriſtus loquebatur, nō erant beati in re. pp quod dicēdū, q Illud Lu. x. intelligitur de uiſione Chriſti in præſentia mortali, quæ fuit multum deſiderata a ſanctis patribus ue. Te. ſicut patet per literam ſequentem Lu. x.

*Beatitudo duplex*

*† Infideli*

*Cap. 10.*

*† Infr. 21.*

*Luc. 10.*

o *Multa qui.* Hic ponitur epilogus reſpectu prædictorum: In quo oſtenditur inſufficientia huius ſcripturæ reſpectu excellentiæ Chriſti in opere et doctrina: quæ tanta eſt, q non poſſet literis cōprehendi. & hoc eſt quod dicitur: Multa qui. &c. q. non. Hoc ſignanter dixit, ne aliquis forte crederet ea non eſſe uera, quæ ſcripta ſunt ab alijs euangeliſtis, & a Ioanne dimiſſa. Oſtenditur etiam in hoc epilogo utilitas huius doctrinæ cum ſubditur:

D

p *Hæc au. ſcri. ſunt, vt credatis* fide formata charitate.

q *Quia Ie. eſt fi. Dei.* ſ. naturalis in potentia, ſibi æqualis, & per conſequens idem in deitate: quia natura diuina eſt indiuiſibilis. Sicut n. fuit dictum a principio, principalis intentio Iohannis eſt, in hoc euangelio declarare diuinitatem Chriſti, & æternam eius generationem a patre.

r *Vt cre. vi. ha.* ſ. æternam, in qua clare uidebitur, quod nunc creditur.

ſ *In no. ei.* i. ꝑ fidē nōis Chriſti: quia ſcdm qd dicitur Act. iiii. c. Neq; n. aliud nomē eſt ſub cęlo datum hoībus, in quo oporteat nos ſaluos fieri.

NIC. DE LYRA.

a *Vidimus do.* Sic n. ante paſſionem eū appellauerunt, vt dictum eſt ſupra ca. xiij. b. Vos vocatis me magiſter & domine & c.

b *Ille au. dixit eis* &c. Ridiculoſe petit iſte Thomas, quia maius eſt videre reparationē totius corporis. Item fuit durus ad credendū, quia volebat certificari duplici ſenſu. ſ. viſu & tactu. ideo ſequitur:

c *Et mit. di. meū* &c. Iſti n. ſūt duo ſenſus qui minus poſſunt decipi, qa viſus inter alios plures differentias rerum demonſtrat, vt habetur. 1. Metaph. Tactus autē in hoīe eſt certiſſimus. Alij autē ſenſus bene inueniuntur viuaciores in alijs aīalibus, vt hētur, iij. de aīa.

d *Et po. d.* Hic ponitur ſcđa apparitio facta apoſtolis in præſentia Thomæ. Et diuiditur in duas: quia primo deſcribitur dicta apparitio.

B

ſecundo ponitur quædam breuis epilogatio, ibi: Multa quidem: In prima parte dicitur ſic: Et po. d. o. Facto. n. interuallo Chriſtus apparebat diſcipulis, quia non conuerſabatur continue cum eis, vt oſtenderet ſe ſurrexiſſe ad vitam immortalem ab hominibus huius vitæ ſeparatam.

e *Stetit Ie.* vt poſſet ab omnibus videri.

f *Et di. eis. Pax.* ſicut prius exponatur.

g *De. d. Th.* quaſi reſpondens petitioni eius ſupra poſitæ. In hoc etiā ſuā deitatem declarat, inquantum abſens corporaliter eius verba ſciebat.

h *Et vi. ma. me.* Videtur n. q deberet dicere, tange manus meas: Dicendum, q viſus propter ſui certitudinem accipitur pro omni ſenſu: immo ēt aliquādo accipitur pro intellectu, ſicut dicitur alicui: Vides tu hoc. i. intelligis et Exo. xx. c. cunctus populus videbat voces. i. audiebat, ita q ibi accipitur viſus pro auditu. Et eodem modo hic accipitur pro tactu. Vel aliter, quia ſicut dictum eſt, Thomas volebat certificari duplici ſenſu. ſ. viſu in aſpectu manuum, & tactu per lateris tactum. ideo ſequitur:

i *Et affer man. tuam.* Hoc dixit Ieſus, quia Thomas dixerat diſcipulis nunciantibus Chriſti reſurrectionem, ſe aliter non crediturum eam.

k *Reſpondit Thomas.* non ſolum corde credendo, ſed etiam ore confitendo

MORALITER.

a *Ille āt di. e.* Per iſtū, quātū ad hoc, ſignificātur illi q bonitatem uel prātem plati ab aliis auditā credere nolunt, niſi habeāt propriā experientiam. pp hoc reprehendendi ſunt. nam in talibus credēdū eſt teſtimonio bonorum. ppter quod ſubditur, *Bea. qui non ui.* &c.

GLOS. ORD. CAP. XXI.

Poſtea ma. Relictis omnibus ſequuti fuerunt Ieſum. Quod ſi poſt mortē Ieſu antequā redderetur eis viuus, repetiſſent priorem artem, poſſent uideri ex deſperatione hoc feciſſe, ſed poſt redditum uiuū, poſt acceptum eius inſufflationis ſpiritum, poſt verba eius. Sicut miſit me pater, & ego mit. vos, ſubito fiunt qd fuerunt piſcatores: non hoīm, ſed piſcium. Sed ſciendū eſt nō prohibitos fuiſſe ſua arte licita victum q̃rere apoſtolatus integritate ſeruata, cum vn ui uerēt nō hērēt: & ſic illis laborātibus adiecit Deus neceſſaria q̃ pmiſit. hic aūt penuria eorū diſpoſita eſt, ut in piſcatione tāta exhiberent ſacramenta.

Et illa

CAP. XXI.

Poſtea manifeſtauit a
Ieſus ſe iterum * ad b
a Idem eſt quod mare Galilææ & ſtagnum Geneſareth.
mare Tyberiadis.
Manifeſtauit au- c
tem ſic. Erant autem ſimul Si- d
mon Petrus & Thomas, qui dici-
tur † didymus, & Nathanael, qui

*Geneſis*

NIC. DE LYRA. CAP. XXI.

Poſtea ma. Hic ponitur tertia Chriſti apparitio, qua manifeſtata eſt ſua reſurrectio aliquibus diſcipulis ſpecialiter. Et ordinē iſtarum trium apparitionum conſiderantes: In prima oſtendit Chriſtus ſuam deitatem ſpiritumſanctum inſufflando: In ſecunda vero humanæ naturæ identitatem, cicatrices oſtendendo: In iſta tertia oſtendit humanæ naturæ ueritatem, cum apoſtolis comedendo. In hac autem apparitione deſcribenda ſic procedit Iohannes: quia primo oſtendit quid Ieſus exhibuit pluribus diſcipulis. ſecundo quid exhibuit duobus ſpecialiter prædilectis. ſ. Petro & Iohanni, ibi: Cum ergo prandiſſent. Prima in tres: quia primo deſcribitur Chriſti apparitio, ſecundo Chriſti apparentis cognitio, ibi: Dixit ergo diſcipulus ille. tertio prædictorum epilogatio, ibi: Hoc iam tertio. In prima parte dicitur ſic:

*Diuiſio*

*† diſcipuli*

a *Poſtea mani.* i. facto interuallo temporis, quia non manebat continue cum apoſtolis. Cuius cauſa dicta eſt cap. præce.

b *Ad ma. Ty* Ex quo patet, q illa apparitio fuit in Galilæa, ubi eſt illud mare, ſicut ſupra dictum eſt. Præcedentes apparitiones fuerunt in Ieruſalem, ex quibus apoſtoli iam confortati abierunt in Galilæam, ubi promiſerat ſe eis manifeſtaturum, ut habetur Matth. ult.

*Sup. c. 6.*

c *Manifeſtauit autem ſic.* id eſt per modum, qui ſequitur:

d *Erāt autem ſimul Simon Petrus.* Iſta duo nomina ſimul coniungit, quia Simon

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

a *Et illa no.* Nox ante aduentũ Chriſti, in qua nullus ad perfe E ctionẽ p legẽ venit. Mane aduẽtus ſtetit iã poſt reſurrectionẽ extra fluctus in ſolido, nec primo agnoſcitur. In hac narratione magnũ eſt ſacramentũ, & vt vehemẽtius cõmendaretur, vltimo loco eſt ſcriptũ. Quod ſeptẽ fuerũt in piſcatione diſcipuli, ſignificat finẽ tpis, quod ſeptẽ diebus voluitur. Littus etiã, qa eſt finis maris, ſignificat finẽ ſeculi: in quo Petrus recte extraxit in initio pdicatiõis Chri. Eſt alia piſcatio hic, alia poſt reſurrectionẽ. Ibi & boni & mali capti ſunt, ſicut nũc habet eccleſia: hic tantũ boni, qui erũt in æternũ, impleta in fine reſurrectione mortuorũ. Ibi Ieſus nõ ſtat in littore, ſicut hic, ſed aſcendit in nauẽ Simonis. Ibi piſces in nauiculis, hic rete in terra. Ibi ergo eccleſia in hoc ſeculo, hic in fine ſeculi. Ibi vocati, hic reſuſcitati. Ibi retia non ſolũ in dextera vel in ſiniſtra, ne ſoli boni vel ſoli mali, ſed indifferẽter, vt permixti habeant boni & mali. hic in dextera, vt ſoli boni. Ibi rũpitur rete per ſchiſmata, hic in ſumma pace ſanctorũ nõ eſt ſciſſum. Ibi tanta multitudo, q̃ naues mergit. i. in ſubmerſione premit: nõ.n. ſunt merſæ. hic nõ valent trahere a multitudine piſciũ, vt in nauẽ captos refunderẽt ſicut ibi: qa hi, q pertinent ad reſurrectionẽ vitę, ſunt poſt finẽ huius vitę in ſomno pacis velut in profundo latẽtes: nec apparebunt, niſi cũ in littore. i. in fine ſeculi reſurrexerint. qđ ibi figuratur duabus nauiculis pp circũciſionẽ, & pputiũ, hoc iſto loco ducẽtis cubitis pp electos vtriuſq; generis, quaſi centũ & cẽtum, qa hic numerus ad dexterã trãſit. Ibi nõ exprimit numerus, qa multiplicati ſup numerũ, hic eſt certus numerus. cliij. F Decẽ legẽ ſignificat, q̃ occidit: ſeptẽ ſpiritũ, q viuificat. Accedat ergo ſpũs ad legẽ, vt impleatur. i. ſeptenarius ad denariũ, & fiũt decẽ & ſeptẽ, q numerus ab vno ad ſeipſum cõputatis omnibus creſcens ad. cliij. peruenit, quo ſignantur omnes ad gratiam ſpiritus pertinentes, quæ gratia cum lege Dei tanquam cum aduerſario concordantur, vt viuificante ſpiritu litera non occidat, ſed cõpleatur, & ſi quid minus ſit, remittatur. Hic numerus habet cl. & inſuper tres, pp myſteriũ trinitatis. Quinquaginta autẽ fiunt. vij. multiplicatis per ſeptem, & ex adiectione vnius. Vno ſignificantur eſſe vnũ q demonſtrantur per ſeptem propter operationem ſeptenariã: & eo die miſſus eſt apoſtolis ſpiritus. In prima captura q̃ eſt pſentis eccleſiæ, magni & parui: in illo regno nulli niſi magni.

Luc. 5. a

† num qđ

† dexteras partes

† ſuperindumento, pallio

2. Cor. 3. b

Venite

a ¶Iohannes & Iacobus maior.

erat a Chana Galilææ, & filij Zebedæi, & alij ex diſcipulis eius duo. Dicit eis Simon Petrus: Vado piſcari. Dicũt ei: venimus & nos tecum. † Et exierunt & aſcenderunt * in nauem, & illa nocte nihil prendiderunt. Mane autẽ iã facto, ſtetit Ieſus in littore: non tamen cognouerunt diſcipuli, quia Ieſus eſt. Dicit ergo eis Ieſus: Pueri, † nunquid pulmentarium habetis? Reſponderunt ei: Non. * Dicit eis: Mittite in † dexteram nauigij rete, & inuenietis. Miſerunt ergo: & iam non valebant illud trahere præ multitudine piſcium. Dicit ergo diſcipulus ille, quem diligebat Ieſus, Petro: Dominus eſt. Simon Petrus cùm audiſſet, quia dominus eſt, † tunica ſuccinxit ſe, (erat enim nudus) & miſit ſe in mare. Alij autem diſcipuli nauigio venerunt: Nõ enim longe erãt à terra, ſed † quaſi cubitis ducentis, trahentes rete piſcium. Vt ergo deſcenderunt in terram, † viderunt prunas poſitas, & piſcem ſuper poſitum, & panem. Dicit eis Ieſus: Afferte de piſcibus, quos prendidi-

¶Quorum nomina tacentur. — a ¶Id eſt prædicationem ad colligendos ſolos dexteros. — ¶Et ideo licet nobis prouidere. — ¶Fide eccleſiæ. — a ¶Ex dilectione, in fluctus ſeculi. — a ¶Id eſt in eccleſia fluctus mundi calcantes. — a ¶Quibus ſignificatur calor charitatis. — b ¶Fidem. — c ¶Prunas. — a ¶Verbum Dei. ¶Scilicet viderunt, non ſuper prunas.

i Dicit eis: Mittite in dexteram nauigii &c. *Prædicit certitudinaliter effectum futurum, ut ad conſequẽtia habeant animum magis attẽtũ.* G

k Miſerunt ergo, & iam non va. *Ex quo patet, quòd piſces illi fuerũt miraculoſe adducti, vel uirtute diuina de nouo formati, quia tota nocte ibi quæſierunt & nihil inuenerunt.*

l Dicit er. *Hic conſequenter ponitur Chriſti apparentis cognitio. Circa quod ſciẽdum, quòd puritas mentis & corporis maxime diſponit hominem ad cognitionem diuinorum: & ideo Iohannes qui cæteris purior erat, tanquam uirgo citius alijs cognouit Chriſtum. Tum ex conſideratione miraculi facti. Tum, quia Chriſtus primo ei oſtendit ſpeciem cognoſcibilem propter ſuam puritatem: & hoc eſt quod dicitur:* Dicit erg. diſci. il. quem di. Ie. *id eſt Iohannes.*

m Petro. *Erat.n. ſibi familiaris, ut dictum eſt cap. præcedenti. & ideo primo aperuit ei conceptum animi.*

n Dominus eſt. *Sic.n. uocabant Chriſtum ante paſſionem, ut ſupra dictum eſt.*

o Simon Petrus cum audiſſet, quia do. eſt, tu. ſuc. ſe. *ut cum maiori reuerentia accederet ad Chriſtum.*

p Erat enim nu. *id eſt parum ueſtitus, ut eſſet expeditior ad piſcationis opus.*

q Et miſit ſe in mare. *ut citius ueniret ad Chriſtum ex deuotione. Hic dicit Beda, quòd tunc non uenit ad Chriſtum ſupra aquas ambulando, ſicut fecerat prius, ſed magis peditando uel natando. Sed rationabilius uidetur contrarium. Non.n. uidetur, quòd natando uenerit: quia tunc tunica ſuccinxit ſe, ut ad Chriſtum ueniret, quod non feciſſet ſi natando uenire uellet. nec etiam peditando per profundum aquæ: quia diſtabat a terra quaſi cubitis ducentis. unde non uidetur ꝙ in tãto ſpacio aqua maris eſſet ita parua ꝙ homo poſſet ibi peditare. et maxime, quia aqua illa erat tanta, ꝙ in ea nauis poterat currere in qua erant ſeptem homines ad minus: quia tot ſunt hic numerati, & centum & liij. piſces magni, & retia & alia nauis inſtrumẽta. propter quod magis uidetur, quòd Petrus domini memor quem feruenter diligebat, & priſtinæ ambulationis ſuper aquas quando ad Chriſtum uenerat, ſimile hic fecerit.* H

r Alii autem di. na. ue. *quia non erant ita feruidi ſicut Petrus.*

ſ Non.n. lon. erant a ter. ſed qua. cu. du. tra. re. piſ. *In hoc aſſignatur ratio, quare citius uenerunt poſt Petrum. Secundum expoſitionem Bedæ aſſignatur ratio quare Petrus miſit ſe in mare, quia propter paruam diſtantiam ſine naui poterat uenire. Alia tamẽ expoſitio probabilior eſt ut patet ex pdictis.*

t Vt ergo deſcenderunt in terram, ui. pru. po. & pi. ſup. *illis prunis.*

u Et panem. *Non ſuper prunas poſitum, ſed ibi paratum pro refectione eorum. Iſta enim diuina uirtute fuerunt de nouo formata ad maiorem diſcipulorum confirmationem in fide reſurrectionis Chriſti.*

x Dicit eis Ieſus, Afferte de piſcibus, quos prendidiſtis nunc. &c. *Familiariter eis loquitur tanquam diſcipulis, ad confirmandum ueritatem ſuæ reſurrectionis.*

† Luc. 5. a — * ſtatim — * Ille uero — † circiter — † viderunt

¶ Aſcendit Simon

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ *quia Simon fuit nomen eis primum. Petrus autem erat nomen ſibi de nouo a Chriſto impoſitum, ut ſupra declaratum eſt. Sequitur:*

Sup. c. 1. a Et a. ex di. e. d. *Iſtos nõ exprimit noĩatim, qa erãt minores. Quod autẽ tot noĩa propria hic exprimit, hoc eſt ad maiorẽ expreſſionem rei geſtæ.*

b Dicit eis Si. Pe. Va. pi. *Erant.n. pauperes. et ideo ad procurãdũ neceſſaria vitæ licitæ poterãt redire ad exercẽdum negociũ, quod ſine peccato poterat exerceri. Matthæus autem nõ rediit ad tractandũ negocium telonei, quia vix aut nunquam põt ſine peccato fieri. pp quod Paulus artem ſcenofactoriam didicit, ut cum neceſſitas occurreret, uel utilitas eccleſię, de labore ſuo uiueret: ut habetur in actibus apoſtolorum.* Luc. 5. f

Actu. 18. a c Et exierunt & aſcenderunt in na. *alienam, eis accommodatam uel locatam, ſeu alio modo licito adeptam, quia a principio ſuæ uocationis nauem & retia reliquerant.*

d Et illa nocte ni. pren. *hoc factum eſt, ut captio ſequens manifeſte miraculoſa appareret.*

e Mane au. iam facto ſtetit Ie. in li. *Non apparuit ſuper aquam, ſed in terra ſolida: ad oſtendendum ꝙ amplius non erat cum eis in fluctibus uitæ corruptibilis, ſed magis tranſierat ad ſtatum uitæ immortalis.*

f Non ta. co. *Sicut.n. ſupra dictum eſt, corpus glorioſum eſt totaliter in poteſtate animæ: et ideo ſecundum conceptum animæ poteſt viſum diuerſimode immutare, & per conſequens cognoſci, vel non cognoſci.*

g Dicit er. &c. Nu. pul. ha. *i. aliquid quod poſſet decoqui & comedi.*

h Reſponderunt ei Non. *Credebant enim eum aliquem mercatorem, qui uellet piſces emere.*

Dicit

## MORALITER.

b *Dicit eis Simon Petrus, Vado piſcari.* Per artificium piſcandi ſignificatur officium prædicãdi, Matthæi tertio. d. Venite poſt me, faciam vos fieri piſ. hominum. Item quoniam omne tempus ſeptem diebus reuoluitur, recte uniuerſitas ſeptenario numero figuratur, vt dicit Gregorius homel. vigeſimaquinta. Igitur per ſeptem piſcatores, qui hic enumerantur, uniuerſitas prædicatorum eccleſiæ deſignatur. Tom. 2.

d *Et illa nocte nihil prendiderunt.* Ad ſignificandum, ꝙ prędicatores eccleſię ſine Chriſti uirtute nihil proficere poſſunt, ſupra. xv. a. Sine me nihil poteſtis facere. Sed ipſo præſente & dicente.

i *Mittite in dexteram nauigij rete & inuenietis.* Ceperunt piſcium multitudinem copioſam, per quam ſignificatur multitudo credentium per prædicationem apoſtolorum, Chriſto tamen principaliter operante. ſicut dicitur Mar. vlti. d. Illi autem profecti prædicauerunt ubiq; domino cooperante, & ſermonem cõfirmante ſequẽtibus ſignis. Et ſimiliter multitudo pœnitentium per prædicatores alios ad bonum conuerſorum.

y *Afferte de piſcibus quos prendidiſtis nunc.* Per hoc ſignificatur, ꝙ prædicatores pro labore, quem ſuſtinent in conuerſione peccatorum, reficientur in regno cœlorum.

Simon Iohannis



a *Venite.* Hic dicitur mãducaſſe Ieſus eſt piſce panem. In alio A euãgelio cũ piſce fauũ mellis. Piſcis aſſus, Chriſtus paſſus. Piſcis, qa latuit in aquis humani generis, captus laqueo mortis. In fauo mellis notatur dulcedo diuinitatis, vel vtraq; natura Chriſti, quia fauus eſt mel in cera. i. diuinitas in humanitate. Idẽ ſignificat panis. vnde: Ego ſum panis, qui de cęlo deſcẽdi. Chriſtus ergo piſcis aſſus in paſſione: Fauus vel panis in reſurrectione. Comedit aũt piſcẽ aſſum, vel panẽ, vt ſuo cibo nobis oſtẽderet, qa & paſſionẽ ex noſtra humilitate pertulit, & reſurrectionẽ noſtrã ex ſua diuinitate pcurauit. Hic vltimũ cõuiuiũ cũ vij. diſcipulis habuit, innuẽs illos ſolos ſecũ futuros in ęterna refectione, q ſeptiformi ſpũ ſancto pleni in amorẽ eius anhelant. Prãdiũ fecit illis ſeptẽ de piſce, quẽ viderũt ſuper prunas, & de pane addẽs, & de piſcibus, quos eo iubẽte attulerũt. Piſcis aſſus, Chriſtus eſt paſſus. Ipſe etiã panis, qui de cęlo deſcẽdit. Huic † cõparatur eccleſia ad participandam beatitudinem, quæ per piſces deſignatur. Eadem etiam per ſeptem diſcipulos ſignatur, quæ cũ eo in æternũ epulat.

b *Hoc iam.* Non ꝙ ter tãtũ manifeſtatus ſit, ſed ad dies refert. primo die quo reſurrexit, poſt octo dies, hoc die qñ hoc fecit de piſcibus. Scdm dies ergo manifeſtationes numerãtur. Prima, quotienſcũq; ſit facta, uno die reſurrectionis. Secunda, poſt octo dies: & hæc eſt tertia. In hac tertia manifeſtatione hoc euãgelium terminatur.

c *Cum er. pr.* Ieſus ſcit qđ interrogat an plus diligat. Petrus quod de ſe nouit, dicit. i. ꝙ amat. Et quia de alijs quãtũ diligat neſcit, ideo vtrum plus illis diligat, tacet. Ecce docet, nõ temere diffinire de occultis: & priori periculo B negationis cautius de ſe reſpondit.

d *Paſce ag.* Si me diligis. *Paſce ag. m.* nõ vt tuos: gloriã meã in eis quære, non tuam, mea lucra, nõ tua, quia dilectio Dei probatur in dilectione proximi. Qui uero opus pietatis negat proximis, minus Deũ diligit. Hæc autẽ charitas ex diuina datur gratia. Quod tacite innuit Iohannes dum interrogãs de amore dicit hic quod non alibi: Simon Ioannis, id eſt obediens Dei gratia, quia quòd ardentius cęteris diligit et obedit, non eſt niſi Dei gratia.

e *Dicit ei ter.* Interrogat qđ ſciebat nõ ſemel, ſed iterum & tertio. et tertio audit a Petro ſe diligi: et tertio iubet paſcere oues. Trinæ negationi redditur trina confeſſio: ne minus amori lingua ſeruiat quàm timori. Et ſicut fuit indicium timoris negare paſtorem, ſic officium amoris paſcere domini gregem.

f *Cõtriſtatus eſt Pe.* Auguſtinus: Etiam remiſſis peccatis tolerat homo miſeriam, in quàm tamẽ ex peccato venit. Productior .n. pęna eſt quam culpa, nec parua uideretur culpa, ſi cum illa auferretur pęna. Et ideo vel ad demonſtrationem debitæ miſeriæ, vel ad emendationem labilis vitæ, uel ad exercitationẽ neceſſariæ patientiæ temporaliter tenet hominem pęna, etiã quem iam reum non tenet culpa, & hæc eſt horum dierum flenda ſed non reprehendenda conditio.

g *Pe.* Paſcere oues eſt credẽtes ne deficiãt confortare, terrena ſubſidia, ſi

Ioan. 6. d — Luc. 24. f — Sap. 6. e

stis nunc. Aſcendit Simon Petrus, & traxit rete in terram plenum magnis piſcibus centum quinquaginta tribus. Et cum † tanti eſſent, non eſt ſciſſum rete. Dicit eis Ieſus: Venite, prandete. Et nemo audebat † diſcumbentium interrogare: Tu quis es? ſcientes, quia dominus eſt. † Et venit Ieſus, & accepit panem, & dabat eis, & piſcem ſimiliter. † Hoc iam tertio manifeſtatus eſt Ieſus diſcipulis ſuis, cum ſurrexiſſet a mortuis. Cùm ergo † prandidiſſent, dixit Simoni Petro Ieſus: † Simon † Iohannis diligis me plus his? Dicit ei: Etiam Domine, tu ſcis, quia amo te. Dicit ei: Paſce agnos meos. Dicit ei † iterum: Simon Iohannis, diligis me? At ille: Etiam domine, tu ſcis, quia amo te. Dicit ei iterum: † Paſce agnos meos. Dicit ei tertio: Simon Iohannis amas me? Contriſtatus eſt Petrus; quia dixit ei tertiò, amas me: et dicit ei: Domine tu omnia noſti: tu ſcis, quia amo te. Dicit ei: Paſce oues meas. Amen amen dico tibi: cùm eſſes iuni

a ¶Dum his, qui in fluctibus ſeculi ſunt, ſtabilitatem æternitatis oſtendit. b ¶Id eſt littus, quod eſt finis mundi. — ¶Numero & quantitate. — a ¶Tanta erat euidentia veritatis, quòd Ieſus erat, vt nullus eorum auderet non ſolum negare, ſed nec dubitare, & ideo non interrogare. — a ¶Quantum ad dies: non ad apparitionum numerum. — a ¶Oſtendit dominum ſcientem interrogaſſe. — a ¶Pro quibus pones animam, quod eſt confirmatio dilectionis.

Hoc iam ter. m. &c. *Videtur ꝙ deberet dici, quarto. quia iam alias tres apparitiones deſcripſerat, vt patet ex prædictis. Dicendum, ꝙ litera ſequens hoc ſoluit, cum dicitur:* C Luc. vlt. e

g Diſcipulis ſu. *Et ſic patet, ꝙ tantũ enumerat hic apparitiones factas apoſtolis. Prima autem apparitio, quam deſcripſit, fuit ſoli Mariæ Magdalenæ: ideo non enumeratur hic. Põt ẽt aliter dici, ꝙ ly tertio, referatur ad diẽ apparitionis. duæ aũt primæ factæ ſunt in vna die, alia facta eſt in die octaua, iſta aũt facta eſt poſt ea. Si autem cõſiderẽtur iſtæ tres apparitiones apoſtolis factæ, prima declarat Chriſti diuinitatem, dando ſpiritumſanctum. Secunda, reſurgentis identitatem, vulnerum cicatrices oſtendendo. Tertia, humanæ naturæ veritatem, comedendo.*

Actionem noſtram, euulſis iniquitatis ſentibus,ad frugem retributionis excolere, eſt præparato opere agrum diligenter exercere, parte 3. 332.E.
Actio miranda,cum elatione non eleuari,ſed grauari.parte 2. 79.A.
Actionis piæ perſeuerantiam & famam,deſigant ligna Cedri: Et quare. parte 2. 137.G.
Actio bona cum ante oculos Dei vſq; ad terminos vitæ nos regit, quaſi protenſa tunica talum corporis operit.parte 1. 102.A.
Actiones duæ ſunt,quarum una quę male geſſimus per pęnitentiæ lamētum abluimus,altera bonorum operum fructibus,gratiam Dei & pręmium beatitudinis promeremur.parte.1. 278.A.
Actio quæq; bona per portam ciuitatis deſignatur.parte 3. 55.A.
Actio præſulis tantum debet tranſcendere actionem populi: quantum diſtat a grege vita paſtoris.parte 3. 149.D.
Actio duplex eſt,& quam illarum contemplatiua compaciatur.parte. 5. 153.G.
Actiuæ uitæ perfectionem triplex impedimentum imperficit.ſ. paſſionis impulſus,uirtutis humanæ defectus, & corporis aggrauantis pondus.parte 3. 263.D.F.& G.& 265.C.
Actiuæ vitæ & contemplatiuæ differentia.parte 2.63. A.B. C. Et extenſius clariuſq;. 104. D.
Actiua uita quibus melior eſt,tales initiū renunciationis non accipiant, quia tepide contemplationem exequentes,maiori ſe diſcrimini inuoluunt. parte.1. 353.F.
In actiua uita melius eſt quibuſdam conſiſtere quàm tepide contemplationem



VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

plationem exequentes maiori diſcrimini ſeipſos inuoluere. parte.4. 436.F

Ad actiuam uitam confugiant, in qua ſaluantur, qui ad contemplatiuam aſcendere non ſufficiunt. parte.1. 73.B.

Actiuam vitam eligere melius eſt, & per eam ſaluari, quàm per contemplatiuam perire ſi illa vertitur in tedium vel in arrogantiam. parte.5. 21.C.E.

Actiua uita & contemplatiua cum ſit nobis ex Dei gratia, vna eſt in neceſſitate, altera in uoluntate. parte.1. 167.A.Et 347.E.

Sine actiua vita nemo Deum cognoſcens regnum ingreditur, ſine contemplatiua uero multi. parte.1. 347.E.

Actiua uita non ſolum nunc in ſeruitute eſt: ſed etiam contemplatio libertatem mentis non obtinet, quia in enigmate intimam quietem uidet. parte.1. 347.G.

Actiuæ uitæ opera deſignantur per cibum, per uinum (quod mentes alienat) contemplatiua accipitur, quæ ab amore ſeculi mentes electorum alienas facit. parte.1. 88.A.

Actiua vita & contemplatiua, ad ſeruum Hebræum, & rurſus liberum in ſeptimo anno, exponitur. parte.1. 167.A.

Actiuæ vitæ perfectio in ſenario: in ſeptenario uero cōtemplatiua exprimitur. parte.1. 347.F.

Actiuæ vitæ præcepta, nidus in terra dicitur, contemplatiua vero in arbore. parte.1. 355.F.

Actiui boni auris tunc perforatur, quando non propter laudem humanam, ſed propter Deum bene operatur. parte.1. 267.F.

Actiui intelliguntur per iumenta. parte.3. 30.D.

Actiuus habet agere cum conſanguineis ſpecialiter: & cum proximis generaliter: & cum uxore ſua ſingulariter. parte.3. 413.H.

Actiuus bonus qui fertilis eſt in bonis operibus, ſignificatur per Ioſeph patriarcham. parte 1. 374.D.

Actiui cum Loth in montem contemplationis non aſcendunt, ſed in Segor paruula ſaluantur. parte.1. 73.B.

Actibus bonis cum integra deuotione operam damus: ſtabilita fide in corde noſtro, holocauſtum offerimus domino ſuper altare eius ueſpere & mane &c. parte.2. 243.F.

Actus & paſſiones hominum aliquando in ſcriptura attribuuntur ipſi Deo. parte.3. 362.D.

Actus prauos qui cohibet, & zelo bono deſtruit, & tamen delectationem carnalem in abſcondito pectoris celat, ſignificatur per reuertentem de bello qui ſeruat fœminam in prædam. parte.1. 319.A.

Actus meritorius nullus poteſt exire ſine ſpeciali Dei motione. parte.1. 341.G.

Nullum actum bonum debemus nobis attribuere, ſed totum virtuti diuinæ. Et de hoc ſimile in inſtrumentis alicuius artis, quæ licèt ſint optime conſtituta in eſſe ſibi competenti, tamen nihil agere poſſunt ſine motu artificis &c. parte.1. 341.G.

Actus humani quadriformes de pugna, & ſecundum hoc deſcriptos, ſcilicet ante legem, ſub lege, poſt legem, & poſt hanc uitam. parte. 6. 28.E.

Actus humanus, vt ſit bonus requiritur bonitas generis & circunſtantiarum: ſed redditur malus ex quolibet defectu iſtorum. parte.5. 24.B. Et 28.H.

Actus exteriores & ſigna non habent rationem peccati, niſi inquantum ſunt uoluntarij. parte.5. 21.D.

Actus omnis uirtutis conſiſtit in hoc, quòd bene ſuſtinet quis illata, & in hoc quod etiam bene operatur bona. parte. 6. 54.C.

Actuum humanorum extrema, ſunt prima principia operabilium, ſcilicet. Hoc facias alij quod tibi vis fieri &c. parte.3. 5.F.

Actuum bonorum ſtructura omnis, nititur uelut fundamine firmiſſimo in uirtutibus quatuor principalibus &c. parte.2. 37.A.

Actus dilectionis poteſt conſiderari in Deo, uel vt eſt temporalis, & ſic aliquid præcedit in Deo, & aliud in homine per influxum generalem. parte.6. 215.B.

Actus orandi tria requirit: primum, acceſſus orãtis ad Deum, ſecundum eſt propoſitio eius quod in oratione petitur in generali & in ſpeciali: tertium eſt per quod oratio exaudibilis eſt ex parte Dei, & ex parte orantis. parte.6. 128.C.

Actus qui pertinent ad epiſcopum ſunt ſex ſecundum quod Paulus docuit. parte.6. 116.D.

Actus matrimonialis aliquando eſt ſine culpa, non requirit indulgentiam, ſed quando habet culpam annexam. parte.6. 42.F.

Actus matrimonialis prohibitus fuit per duos dies ante dationem legis propter mundiciam & eleuationem mentis. parte.1. 162.C.

Actus interior cordis eſt peccatum, quia actus exterior non habet rationem peccati, niſi exeat vel prodeat ab actu interiori. Et hoc eſt contra errorem Ioſephi. parte.1. 165.D.

Adam eſt nomen commune ſeu appellatiuum apud Hebræos, ſignificans idem quòd homo in latino: & ideo aliquando accipitur Adam, pro uiro & muliere: ſed tractum eſt ad ſignificandum primum hominem. parte.1.47.A. Et 48.H. Item. parte.2.21.D. Item parte.3. 423.F.

Adam hoc nomen appropriatur primo homini propter eminentiam ipſius ad alios homines, ſicut nomen philoſophus appropriatur Ariſtoteli &c. parte.1. 48.H.

Adam quatuor literis ſcribitur, & orbis quatuor partes habet: & has in capite literas, nomen Adę conſtituentes, habent dictiones Grecæ quę ſignificant quatuor partes orbis. parte.3. 236.E.

Adam ſecundum grecam linguam ſignificat totum orbem. parte.3. 231.E.

Adæ omnes filij dicuntur orbis, id eſt omnes homines fuerunt in eo vnus homo, qui tunc fuit in vno loco, ſed modo diſperſus eſt per totum orbem. parte.3. 231.E.

Adam ſi grecis literis ſcribitur, numerus quadragintaſex inſinuatur, qui ædificationi templi in Ieruſalem adaptatur. parte.5. 193.F.

Adam corpus habuit animale de limo terræ formatum & non ſpirituale: quomodo ergo ad immortalitatem per Chriſtum reformari debuit, quam ante non habuit corpus eius animale. parte. 1. 35.F. Et 28.B.

Adam habuit perfectam noticiam rerum naturalium. Et huius ratio. parte.1. 38.D.

Adam utrum Deus repente in ætate uirili fecerit, an perficiendo & ætates augendo ſicut nunc format in matris vtero. parte.1. 36.A.

Adam an & quomodo dici potuit beatus in paradiſo exiſtens. parte.1. 40.G.

Adę mens particeps angelicæ curiæ, & intrans ſanctuarium Dei, ut nouiſſima intelligeret, rectè extaſis ad hoc immiſſa intelligitur, vnde euigilans prophetico ſpiritu eructauit. Hoc nunc os &c. parte.1. 38.F.

Adam creatus fuit in plenitudine ſcientiæ, & maiori quam Salomon: Nec obſtat illud quod de Salomone ſcriptum eſt. Et dedi tibi cor ſapiens & intelligens in tantum, vt nullus ante te ſimilis tui fuerit &c. parte.2.129.C. Item parte.1. 41.G.

Adam creatus eſt in claritate diuinæ contemplationis, & ad Dei ſimilitudinem: ſed poſtquam per inobedientiam hanc ſimilitudinem deleuit, factus terrenus, terrenos generauit. parte.1. 42.F.

Adam ſexto die formato, & iam in paradiſo conſtituto, an poſt acceſſu temporis fœmina formata ſit. parte.1. 35.H.

Adam fuiſſe corpore animalem quidam putauerunt, ſed mutatum cùm in paradiſum poneretur: ſicut mutabitur in reſurrectione, cum corpus animale erit ſpirituale, quando, ſcilicet incorruptionem induet. parte.1. 35.F.

Adam corpus animale habuit, non modo ante paradiſum, ſed & in paradiſo, quamuis in interiori homine fuerit ſpiritualis: quòd amiſit peccando, & meruit corporis mortem, qui non peccando meruiſſet in corpus ſpirituale mutationem. parte.1. 35.G.

Adam poſitus eſt in paradiſo, vt operaretur &c. non ad laborem, ſed ad uoluptatem ſicut quidam ex uoluptate agricolantur. parte.1. 37.C.

Adam ſi in obedientia perſeueraſſet, ſenſus corporis ad nullam uoluptatem verterentur, malam ſcilicet &c. parte.6. 266.F.

Adam ſi ſtetiſſet in originali iuſtitia, generaſſet filio ſimiles ſibi, ſcilicet potentes non mori &c. ſed nunc homines ab eo deſcendentes habent neceſſitatem moriendi. parte.3. 373.F.

Adam prohibitus eſt a ligno ſcientiæ. vt obedientia eſſet ei virtus merendi. parte.1.36.G.

Adam pactum Dei ſi cuſtodiſſet, Abraham pactum circuncifionis non ſuſcepiſſet, ſed quia ille in hoc membro culpam inobedientiæ prius cognouit, decuit ut iſte in hoc membro ſignum obedientiæ ſecundo acciperet, & quare. parte.1. 68.E.

Adæ coſta an ſecundum rationem quam primis operibus Deus concreauit id habuit, vt ſecundum ipſam ex eius coſta fœminam fieri neceſſe eſſet: an hoc tantum vt fieri poſſet. parte.1. 38.E.

Adam formata muliere cognouit ſupernaturaliter eam factam eſſe de coſta ſua. parte.1. 39.D.

Adæ coſta de qua formata eſt Eua, an fuit de integritate ipſius Adæ, vel fuit ſuperflua. Si primum, ergo corpus Adæ remanſit imperfectum, quod non decet conditionem primi hominis &c. Si ſecundum, tunc illa coſta fuiſſet monſtruoſa: ſicut ſextus digitus in manu &c. Solutio. parte.1. 38.H.

Adæ ad quid Eua in adiutorium fuit facta? & quid per hoc myſticè deſignetur. parte.1. 38.C.D.F.

Adæ creauit Deus, vt Hebræi tradunt duas vxores, Euam ſcilicet, & alteram, ex qua dicunt multos filios eſſe natos, ex quibus genealogias infinitas texunt facientes infructuoſiſſimas quæſtiones. has autem dicit Apoſtolus fabulas. parte.6. 116.E.

Adam quare Deus tentari permiſit. parte.1. 40.E.

Adæ ſoli, vel etiam fœminæ, vtrum Deus præcepit. Scriptum eſt enim. Præcepit Dominus Adæ dicens: Non dicitur præcepit eis. Et ſubditur: Ex omni ligno paradiſi comede, non comedite &c. parte.1. 37.F.

Adæ quomodo Deus locutus eſt iſtud præcipiendo, cum non per ſuam ſubſtantiam loquatur, quia ſpiritus eſt &c. parte.1. 37.F.

Adam & Eua quomodo loqui potuerunt vel loquentem intelligere, qui non didicerant inter loquentes creſcendo uel magiſterio, parte.1. 37.G.

Adam & Eua quomodo intelligerent lignum eſſe ſcientiæ boni & mali, qui vſum mali neſciebant omnino, parte.1. 37.G.H.

Adam & Eua quomodo videbant, ſi clauſi erant. Scribitur enim & aperti ſunt oculi eorum, poſteaquam comederunt &c. parte.1. 41.C.

Adam & Eua diuerſimode fuerunt ſeducti. parte.1. 41.G.

Adam an ſerpentino dolo quo mulier, vel unde ſeductus eſt, parte. 6. 119 B.D.

Adam prçciſe errauit in actu interiori, ſed Eua in interiori & exteriori. parte.1. 42.D.

Adam, an & quomodo credidit ſerpenti dicenti, ſi comederent &c. eos futuros ut deos, tanquam hoc ſolum creator creaturæ inuideret. parte.1. 43.E.

Adam quòd in ſtatu innocentiæ nudus fuit nec erubeſcebat ſicut pueri ante vſum rationis non erubeſcunt de ſua nuditate. Huius rationem dat Ioſephus dicens quòd Adam tum uixit in ſimplicitate beſtiali &c. Sed ipſe exponendo turpiter deficit, & improbatur. parte.4. 304.B. Item parte.1. 41.G.

Adam ſuperatus eſt in triplici tentatione. ſcilicet, gula, vana gloria, & auaritia: & Chriſtus eiſdem ſuperauit. parte.1. 41.B.C.

Adam vt dicunt Hebræi in die creationis ſuæ genuit pueros, cum adhuc eſſet in paradiſo voluptatis. Doctores autem catholici dicunt contrarium. parte. 1. 41.G.

Adam & Eua cur non coierunt in paradiſo: cum ibi fuiſſent nuptiæ honorabiles, & thorus immaculatus, ſine ardore libidinis, & ſine labore pariendi. parte.1. 38.A.B.

Adam & Eua ante peccatum genitalibus membris ad procreationem imperare potuiſſent, vt non cum ardore ſeminarent, vel cum dolore parerent, ſicut pedibus & cæteris membris, quæ in quolibet opere ſine moleſtia vlla, & pruritu voluptatis habebant. Ibidem.B.

Adam & Eua in ſtatu innocentiæ non concubuerunt. parte. 1.44. F. & H. Et 48.G.

Adam peccando polluit poſterum multipliciter. parte.1. 235 E.

Adam ſi non peccaſſet, Chriſtus homo non pateretur: ſed cum Sathan Adam mouit, in Chriſtum Deum commouit. parte.3. 8.F.G.

Adam docuerat filios ſuos colere Deum per oblationes de fructibus parte.1. 45.D.

Adam propter mortem Abel continuit ab uxore, nec redijt ad eam vſque ei a Deo fuit reuelatum, parte.1. 47.A.

Adam fuerunt poſt mortem Abel, uouiſſe ſe uxorem non ultra cogniturum, nec filium generaturum, ſed Deo iubente fregit uotum, & quare parte.1. 48.F.

Adam ut Hebræi dicunt, centum tribus annis quibus continuit ſe ab uxore ſua Eua propter interfectionem Abel, dæmones ſuccubi iungebantur ei: & concipiebant ab eo & pariebant dæmones, & iſti filij incitauerunt Salomonem ad peccandum &c. parte. 3. 105.C.

Adam & Eua quare poſt lapſum tunicis pelliceis ſunt induti. par. 1.43. C. Et 227.F. Et 238.B.

Adam uixit ſecundum textum nongentis triginta annis, vel ſecundum opinionem aliquorum mille triginta annis parte.1. 48.H.

De Adę uita centum anni tacentur, quibus luxit Abel ſecundum aliquos doctores ſecundum Hebræos autem nihil omittitur. parte. 1. 48.E.

Adam primus quomodo in quot & quibus dicitur forma & figura Adæ ſecundi, ſcilicet Chriſti futuri. parte.6. 13.D.

Adam non fuit principium Chriſti inquantum peccator, ſed inquantum principium hominum in eſſe naturę: ſicut Chriſtus eſt principium eorum in eſſe gratiæ &c. parte 6. 13.D.

Adam non fuit ſepultus in loco paſſionis: ſed iuxta Ebron. parte. 5. 85.A.B.

Adam oſtenditur immunis ab omni peccato. parte.3. 87.A.

Adam fuit plenus omni malo, deliquit cognitione vel voluntate, actu, verbi doctrina, uel conſuetudine. Ibidem. A.

Ab Adam incępit pœna quam ſuſtinemus. parte 3. 94.E.

Adam & Eua peccando miſerię huic nos expoſuerunt. parte.3.122.B. Et 125. A. B.

Adam trans fudit in nos omnem pœnam quam patimur & culpam, parte.3. 211. E.

Adam rapuit præſumens, vt diabolus de diuinitate. Rapere voluerunt diuinitatem & perdiderunt felicitatem. parte.3. 179.F.

Adam quòd uoluit eſſe ſimilis Dei &c. parte. 3. 179.E.

Adæ ex inobedientia corruit homo in iſtos defectus. parte. 3. 195.G.

In Adam omnes fuimus quando peccauit. parte.3. 211.E.

Adam fuit ſuperbus & a Deo increpatus. parte.3. 264.A.

Adam cecidit per ſuperbiam intumeſcens. parte.3. 275.E.

Adam ſicut craſſa terra, quæ præ abundantia ſpinas germinat, ita præ diuitijs liberi arbitrij quaſi luxurians, lignum vetitum vſurpauit parte.3. 196.E.

In Adam omnis homo tanquam in radice uitiatus eſt, & uanitati ſubiectus: quod prodeſt experiri, ut deiecta ſuperbia, diligatur obedientia, & pereat non reditura miſeria, parte.3. 266.B.

Adam & Eua ſi non peccaſſent cum omni poſteritate, nec morbo, nec ſenectute defeciſſent; & finito ſeculo in meliorem ſtatum ſcilicet in angelicam formam, non per mortem, ſed per Dei uirtutem mutati fuiſſent, & tranſlati ſicut Enoch & Helias in aliam uitam. parte. 1. 38. B.

Adamas fortior eſt omni cædenti metallo, incontritus & inuincibilis perſeuerans. parte.4.173.B. Et 413.E.

Additio duplex eſt ſcilicet deprauans, & illucidans: Deprauans intellectum legis prohibetur, non autem additio declarans, aut illucidans parte.1. 334.F.

Additiones ſuper poſtillam fratris Nicolai de Lyra ſuper totum corpus biblię Paulus epiſcopus Burg. quondam Iudæis, compilauit, eaſque filio ſuo Alphonſo legum doctori ex legitimo thoro procreato pro munere paterno tranſmiſit. parte.1. 4.E.& F.

Additio peccati ad peccatum facit plura peccata, non tamen maiorem grauitatem, ſicut de homicidio perpetrato ab homine ſobrio & ebrio parte.5. 215.G.

Addo propheta, quis & quando fuerit. parte.4. 406.D.

Adeps in inteſtinis, pinguedo in carne. parte.3. 172.A.

Adeps generatur ex abundantia nutrimenti &c. parte.3. 404.G.

Adeps, an & quorum animalium comedendus ſit ſecundum ueterem legem. parte.1.219.A. Et 226.B.

Adipe an Iudæis modernis veſci liceat. parte.1. 219.A.B. Et 226.B.

Adipis & ſanguinis eſus prohibetur duplici ratione ſecundum utramque opinionem. parte.1.219.A. Et 371.D. Vide etiam in eſus ſanguinis.

Adeps ſignificat lætitiam & ſuperbiam, a ſimilitudine animalium, quæ ex adipe inflantur. parte.3. 107.A.

Adeps ſignificat ſapientiam, quæ in abſcondito eſt, ſicut adeps in inteſtinis. parte.3. 172.A.

Adhuc, hæc dictio, aliquando accipitur in ſcriptura pro poſt, aliquando pro uſque, & Hebraicæ dicitur od, & diſtinguitur per ſolam punctuationem, & quomodo apud eos uariata eſt &cæte. parte. 4. 318.D.

Adiurandi modus hac erat apud Hebræos. Hæc faciat tibi Deus: & hæc addat, Et eſt ſenſus &c. parte.2. 97.E.& F.

Adiutores principum in regimine temporali debent eſſe induſtrij, ſcireque conſuetudines & iura ciuitatum, & terrarum ad quas ſe extendit regimen ſuum, & conuerſationis debent eſſe probatæ per experientiam bonæ uitæ. parte.1. 330.H.

Adiutores prælatorum in regimine ſpirituali debent habere naturalem induſtriam, & ſacræ ſcripturę notitiam, & conuerſationem probatam, per experientiam bonæ uitæ & ædificationem familiæ parte.1. 330. H. in fine.

Adiutorium erat faciendum homini propter filios procreandos, ut [illegible] ex utroque naſcatur. parte.1. 38.A.

Adiutorium Dei quamuis accipiamus, tamen ſemper eſt rogandum. ne quando per negligentiam perdamus illud in ſecundis. parte.3. 263.F.& H.

Adiutorium humanum non debemus negligere, licet nos Deus dirigat in uia morum. Nam in hoc homines ſunt Dei adiutores. parte.1 281.D.

Adiuuare cum nos uidetur homo vel angelus, Deus per eos hoc facit, qui eos pro modo eorum bonos fecit. parte.3. 290.E.

Adiuuare imbecillem, charitatis eſt, adiuuare potentem uelle elationis eſt, parte.3. 5.E.

Adiuuat Deus eum, qui ſe mendicum & inopem reputat, & nihil ſibi dat, ſed totum de miſericordia Dei expectat. parte. 3. 348. E. Interlinearis.

Adminiſtratio rerum & conſeruatio poſſunt dupliciter accipi. Vno modo ex parte cauſæ inquantum ſunt actiones Dei in ipſo manentes, & ſic ſunt idem realiter. alio modo ex parte affectus qui eſt in creatura; & ſic differt adminiſtratio a conſeruatione. Et declaratur hoc in artificialibus & naturalibus. parte.4. 301.F.& G.

Adminiſtratione ſtupendi myſterij (ait Origenes) promoueor, quòd tanta cura Deo eſt in nobis, ut etiam Angelos ſuos culpari pro nobis & confutari patiatur. parte.1. 311.C.

Admiratio conſurgit ex inſpectatione rei magnæ & inſolitæ: Quod poteſt eſſe dupliciter. Primo modo ſecundum quid, Secundo modo ſimpliciter &c. parte.2. 146.H.

Admiratio captionis arcæ domini fuit, quòd caperetur ab infidelibus quæ tantæ reuerentiæ fuit, quia ſi videbatur a Leuiticis & Dei cultoribus diſcooperta, moriebantur. parte. 2. 67. C. Item parte. 2. 272.D.

Admiratio fuit in Chriſto ad oſtendendum ueritatem humanæ naturæ. parte.5. 30.G.

Adoleſcentia tertia ætas filios habere iam poteſt, & comparatur diei tertio creationis, & tertiæ ætati mundi. parte.1. 25.G.

Adoleſcentia, ætas eſt pronior ad peccandum. parte. 2. 263.B.

Adoleſcentula quam Dauid ad calefaciendum ſe cupiuit utrum de corporali vel myſtica ſit intelligendum &c. parte.2. 125.A. B.F & 127. A. B. C.

Adoleſcens qui ſequebatur Chriſtum in paſſione, dicunt quidam, quòd fuit Iacobus frater domini: alij quòd fuit Iohannes euangeliſta: alij dicunt, quòd fuit alias iuuenis de domo ubi comederunt paſcha parte.5. 116.H.

Adonai hoc nomen Dei, Hebræi proferunt loco nominis tetragrammaton, ubicumque in ſacra ſcriptura ponitur. Et eſt compoſitum apud eoſdem ex quatuor literis, ſicut nomen tetragrammaton. ſcilicet, a, d, n, i, Quæ quidem literæ In Hebræo ſic ſyllabicantur, quòd propria nominis ex eis compoſiti pronunciatio eſt adonai & cætera. parte 1. 129.E.

Adonai eſt nomen domini & magnæ excellentiæ & ponitur legiturque pro nomine tetragrammaton: rationibus et congruentijs quibuſdam. parte 1. 135.F.G.H.

Adonai ſignificat generalem dominium, & quàm differenter patribus præcedentibus & Moyſi oſtenſum ſit. parte. 1. 135.F.

Adonai unum de decem nominibus Dei apud Hebræos, ſignificans quòd omni creaturæ dominetur. parte 2. 304.A.

Adonidem quomodo mulieres colebant. & deperditum & inuitum plãgebant, per quem idololatria & uoluptas demonſtratur. parte. 4. 223.E.& F.

Adoptio filiorum Dei ſola charitate acquiritur. parte.5. 223. A.

Adorabis ſolum dominum Deum tuum, non eſt in præcepto dictum ſicut dictum eſt: & illi ſoli ſeruies. Talis enim ſeruitus ſoli Deo debetur, quæ Græce latreoſis dicitur. parte 1. 79.E.

Adorare & colere quomodo differant. parte 1. 163.G.& G.

Adoratio quibus ſignis exterioribus fieri ſolita ſit, & an quomodo liceat quoſdam actus exteriores adorationis perſonis excellentibus offerre parte.2. 308.A.B.C.D.E.

Adoratio quomodo & qualis deferri debet creaturis excellentibus parte 2. 309.A.

Adoratio licet conſiſtat principaliter in actu interiori mentis Deum reuerentis, habet tamen ex conſequenti aliquem actum, ſeu aliquod obſequium exterius &c. parte.2. 209.A.B.

Adoratio quæ eſt per genuum flexum, utrum ſit ſoli Deo exhibenda. Arguitur pro & cōtra, cum reſponſione & ſolutionibus argumentorum parte.2. 309.A.B.C.

Adorant falſo Chriſtum, qui eum credunt, ſed peruerſis actibus deſpiciunt. parte.5. 84.H.

Adoratio conuenit corpori Chriſti: non tamen illa, quæ latria eſt. ſed illa, quæ dulia digniorum, ſcilicet hyperdulia. Terra hæc ſine impietate a verbo Dei aſſumpta adoratur, quia nemo carnem eius digne manducat, niſi prius adoret, ſed non terram intuetur, qui adorat. ſed illum potius, cuius ſcabellum eſt per quem adorat. parte.3. 233.E.

Adorationis locus diuerſus fuit inter Samaritanos & Iudæos, & alia aliaque ratio huius aſſignatur a doctoribus. parte. 5. folio. 198. H.

Adorant ſeculi dignitatem per adulationem, ſatrapæ, conſiliarii, iudices, duces, tyranni, optimates. Et de hoc figura. parte.4. 303.C.

Adoraſſe non legitur Moyſes, illam angelicam uiſionem videndo in rubo: & verba Dei audiendo, & quare. parte.1. 130.F.

Adorationem actiuam ad Deum, an quis ex nimia humilitate poſſit intermittere. parte.1.228.F.& 130.F.

Adquiſiſſe quomodo dicitur Deus populum ſuum, cum ſit creator omnium, quæ ſua eſſe dubium non eſt. Videtur enim unuſquiſque illud adquirere quod non fuit ſuum. parte. 1. 154.G.

Adremmon urbs eſt iuxta Iezrael: quæ Maximianopolis hodie uocatur, in campo Mageddon, in quo Ioſias rex iuſtus a Pharaone Nechao vulneratus eſt. parte.4. 419.E.

Adrianus imperator poſt deſtructionem ciuitatis & templi Ieruſalem fecit poni ſtatuam ſuam in loco templi, ubi ſteterat arca. parte 4. 418.F.

Adrianus electus imperator, Ieruſalem deſtructam per Titum & Veſpaſianum reædificauit, prohibens Iudæos habitare in ea, ſed Chriſtianis permiſit. parte.4.94.G.& 401.B.

Adrianus papa condemnauit hæreſim execrantium imagines Chriſti & ſanctorum, quæ libri ſunt ruſticorum. parte.6. 264.D.

Aduenas & peregrinos in hoc mundo, qui ſe iudicant & a uitiis ſe ſeparant, æternam merentur benedictionem. parte. 1. 344.A.

Aduena pro quo accipitur in ſcriptura. parte. 6. 228.F G.



VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Aduentum tuum facias diligi, rarius veniendo, & melius eſt quàm uel vna uice tandiũ cum proximo manere: uel totiens ad illum uenire, ut faſtidiat, parte. 3. 333.B. Et D.
Aduentus Chriſti neceſſarios fuit ad illuminandum homines in cognitione diuinorum, ſecundum quod Chriſtus dixerat, Ego in hoc natus ſum &c. parte. 5. 187. B.
Per aduentum Chriſti, diabolus cadit, & homo a peccato & a morte abſoluitur. parte. 3. 110.E.
Aduentus Chriſti dicitur conſilium. Et quare. parte. 3. folio. 104. B. Interl.
Aduentus Chriſti compleuit, quod Deus per prophetas promiſit. parte. 3. 159. F.
Aduentum Chriſti priores iuſti petebant. parte. 3. 261. A
Aduentus Chriſti dicitur dies domini, quem fecit dominus, & ideo de eo exultandum & lætandum. parte. 3. 261. B.
Aduentum primum antiqui iuſti expectauerunt, nos ſecundum, pro quo & illi & nos mandata diligimus &c. parte. 3. 273. E.
Aduentum Chriſti quantum antiqui deſiderabant. parte. 3. 141. A.
Aduentus Chriſti fuit promiſſus infra certum tempus per hebdomadas. parte. 3. fol. 211. B. Item parte. 4. 317.A.B.
Aduentus primus & ſecundus dicitur expectatio. parte. 3. 141. B.
Aduentus Chriſti apud Hebræos habebatur pro maximo ſecreto, ad quod denotandum ſeptuaginta interpretes tranſtulerunt illud Iſaiæ. 91. Vocabitur nomen eius magni conſilij angelus &c. parte. 4. fo. 315. G.
Aduentum Chriſti primum inter alios prophetas, probat efficacius Danielis reuelatio per angelum facta: ad confutandam Hebręorum perfidiam &c. parte. 4. 318.E. Et F.
Aduentus Chriſti duplex. Primus occultus. Secundus manifeſtus. parte. 3. fo. 98. E. & Secundus etiam dicitur occultus: quia de eo nemo ſcit. 100. F.
Aduentus Chriſti duplex, ad iudicium ſcilicet, qui futurus eſt, & in mundum, qui præterijt. parte. 3. fol. 231. G. Item parte. 5. fo. 54. F.H. Et folio. 189. A
Aduentus vterque Chriſti proprium habet præconem. parte. 5. folio. 189. A.
Aduentus Chriſti ſecundus erit in igne: Et quare. parte. 5. 159. B.
In aduentu primo fiet iudicium diſcretionis, ſed in aduentu ſecundo fiet iudicium diſcuſſionis, quomodo & qualiter. parte. 4. folio. 426. D.
Aduentus Chriſti. Vnus in humilitate in carne, & myſticè in ſcripturis umbra dicitur, & quare, Alius ſperatur in gloria. parte. 2. 13. E.
Aduentus Chriſti duo ſunt. Primo enim uenit & paſſus eſt. Secundo in gloria uenturus eſt. parte. 1. 239. A.
Aduentus Chriſti primus fuit in infirmitate: ſecundus erit in uirtute. parte. 5. 57. E.
Ante aduentum Chriſti ſancti deſcenderunt in infernum, ſed non in inferiorem. parte. 3. 257. E.
Aduentus Meſſiæ ſecundum Hebræos quare tardatur, & quomodo acceleraretur, quòd ſtatim ueniret filius Dauid. i. Chriſtus. parte. 6. folio. 6. 140 C
Aduentus Chriſti ad iudicium non eſt futurus immediate poſt xlv. dies, computandos a morte Antichriſti. parte. 4. 328 B
Aduentum Chriſti ad iudicium præcedet ignis conflagrationis, purgans cœlum aereum & terram &c. parte. 4. 86 G
Aduerſa pati electos Dei pro æterna ſalute in præſenti, antiquum & frequens eſt. parte. 6. 222. A.
Aduerſarij cum filijs Iſrael in terra promiſſionis multi remanſerunt, triplici de cauſa. parte. 2. 19. G.
Aduerſarij Salomonis principaliter fuerunt tres. ſ. Adad Idumæus, Razon & Ieroboam. parte. 2. fo. 148. H. Et 149. B. & C.
Aduerſitas Iob duplex fuit. ſ. in bonorum temporalium amiſſione, & proprij corporis percuſſione. parte. 3. 6. D.
Aduerſitas non deiecit Iob ab habitu nec ab actu ſapientiæ, cum aduerſitatem ſuſtinuerit patienter. parte. 3. 54. H.
Aduerſitates præſentis uitæ non ſunt niſi pęna peccatorum, quod patet per ſapientis ſententiam vel experientiam. parte. 3. 40. C.
Aduerſitas nulla debet excludere iuſtum ab vnitate fidelium. parte. 3. fo. 121. G.
Aduerſitas. Vide in Tribulatio.
Aduerſitatem Deus quandoq; præuidet: ut flagellati ad eum accelerent parte. 3. fo. 105. F. Interlinearis.
Aduerſitates huius mundi non inferri alicui niſi propter mala præterita, & proſperitates prouenire non niſi propter præcedentia merita, oſtendere uel Iob eſſe erroneum. parte. 3. 4. D.
Aduerſitatum ſemita fluctibus comparatur, Et quare. parte. 3. fo. 57. A.
Aduerſitatum tribulatione, qui frangitur, a quo factus eſt minime contemplatur. parte. 3. 65. F.
Aduerſarius noſter comparatur Vehemoth, & etiam Leuiathan draconi, & tertio aui in perditionis ſuæ illuſione. parte. 3. 79. A.
Aduerſariorum quatuor genera ſunt. parte. 3. 266. F.
Aduerſis cum animus non mouetur, Deus perfecte diligitur, ſed ſpe in charitate magis accenditur. parte. 3. 257. F.
In aduerſis anima turbatur. aliquando uelit nolit, & quòd tunc ſit remedium. parte. 3. 502. A.
Adulatio quid eſt. parte. 6. 118. G.
Adulator eſt gehenna dignus. parte. 3. 139. G.
Adulatores peſſimi ſunt, qui [illegible] exceſſum in familijs, equitaturis, [illegible], & expenſis, & amicis carnalibus, ultra gradum & meritum ſuum promouendis, & decere ſtatum prælatorum, & hoc cedere ad eccleſiæ reuerentiam & honorem. parte. 4. 187. H.
Adulantium linguæ terrenorum mentes, aliqua bona proferentes, immoderatius laudando corrumpunt, & ſignificantur per locuſtas. parte. 1. fol. 144. G.
Adulator peſſimus eſt, qui peccatum attribuit uirtuti & homicidium probitati. parte. 4. 139. G.
Adulator neceſſe eſt paſcenti ſe, qui odio deditus, frequenter ad alienam menſam conuenit. parte. 6. 115. F.
Adulatio ſemper comes eſt uoracibus (alias uoracitatibus) & omnibus malis. parte. 3. fol. 104. A. Interlinearis.
Adulatores magnatibus adulantur, ut delitijs utantur. Et de hoc figura, quot & qui ſunt. parte. 4. folio. 303. B. Item parte. 5. 39. C.
Adulatio quomodo ſit ſpernenda, exemplum nota Diogenis philoſophi, qui adulatorem vrbano contudit reſponſo. parte. 5. folio. 39. C.
Adulatores quando uerba loquentium fauoribus extollunt, herbam locuſtæ comedunt. parte. 1. 144. E.
Adulationis vitium cantus mortiferus ſyrenarum dicitur, & maxime eſt fugiendus. parte. 2. 3. D.
Adulatores ſolent eſſe ſoliciti explorare locum & tempus in quo eorum adulatio recipiatur efficacius. parte. 3. 335. C.
Adulatores regum & potentum faciunt eos uitiis inſanire, & relinquere timorem diuinum, & prædicatores ueritatis contemnere, & uſque ad mortem aliquando perſequi. Et de hoc figura. parte. 2. fo. 229. H.
Adulatores & adulationibus eorum adquieſcentes, dæmones ſecum trahunt ad inferni ſupplicia. parte. 2. 229. H.
Adulatores & maligni relatores ſignantur per Doech, qui bonum factum innocentis, Sauli retulit in malum. parte. 2. 88. G.
Adulatoris lingua plus nocet quàm manus perſecutoris. parte. 3. folio. 183. F.
Adulatoribus qui relationibus ſuis excitant aliquem potentem ad perſequendum innocentem, reſpondendo eis dici poteſt pſalmus. Quid gloriaris &c. parte. 3. 159. D.
Adulantium linguę alligant animas in peccatis. Delectat enim ea facere, in quibus nõ ſolum non metuitur repræhenſor, ſed etiam auditur laudator. parte. 3. 100. A.
Adulatorum linguæ locuſtis comparantur. parte. 1. 144. G.
Adulatores & detractores quantum ſunt periculoſi principibus, oſtenditur in Dauid, qui verbis Sibæ adulatoris & detractoris ita captus & inuolutus fuit, quòd hæreditatem domini ſui ei cõceſſit in abſentia &c. quem tamen debuiſſet ſuſpendiſſe propter falſam accuſationem domini ſui parte. 2. 117. H.
Adulter eſt uxoris propriæ amator ardentior. parte. 4. 236. G.
Adultera dicitur mulier, quæ ſemen ſuſcipit ab alio quàm a proprio uiro. parte. 6. 64. C.
Adultera ſi a uiro relinquatur & repudiatur, hoc ſit quantum ad cohabitationem, & debiti redditionem. Non autem quantum ad vinculum, quod non ſoluitur niſi per mortem. parte prima. fol. 58. H. Et folio. 21. F.H.
Adulter ſi quis fidelis inueniatur & decollatur, uidetur non amplius puniendus, ne bis in idipſum iudicetur &c. parte. 4. 386. B.
Adultero uel adulteræ in lege erat pœna mortis aſcripta. Apud Chriſtianos uero non eſt præceptum, vt corporaliter puniantur, nec poteſtas data eſt epiſcopis præſenti morte damnare, quam habebant presbyteri in lege. parte. 1. 250. C.
Adulter nimis fortiter trahitur a uoluptate, & ſic retrahitur a Dei timore, eo quòd non conſiderat, quòd Deus ipſum uideat ad puniendum. parte. 3. 410. D.
Adulter uel adultera in lege non poterant dicere. Pœnitentiam petimus, & ueniam deprecamur, mori neceſſe in criminibus ſingulis, quibus erat pœna mortis aſcripta. parte. 1. 250. C.
Adulteri non ſe putent noctis tenebris uel parietum obtegi. parte. 3. 314. E.
Adulter libidinoſus quaſi equus & mulus laſciuiendo diſcurrit per latam & ſpacioſam viam, quæ ducit ad mortem. parte. 3. 410. E.
Adulter primus in terra quis fuerit. parte. 1. 46. F.
Adulterat ſpiritualiter, ſiue adulterium ſpirituale facit, qui legis dogmata corrumpit. Adulterat mulierem uiri qui corrumpit eccleſiam Chriſti. parte. 1. 250. B.
Adulterarum filios non fuiſſe eiectos, ſed ipſas adulteras tantum tempore Eſdræ quomodo intelligendum ſit. parte. 2. 254. C.
Adulterij ſuſpicio quomodo in lege præcepta fuit puniri & examinari. parte. 1. 273. G.
De adulterio poteſt accuſari mulier dupliciter. Vno modo poſtquam ducta eſt in uxorem. Alio modo ante, tamen poſt affidationẽ. Et poſt contractum matrimonium, poteſt accuſari dupliciter. Vno modo, quia a uiro non inuenta eſt uirgo. Alio modo licet ſit uirgo inuenta poſtea tamen adulterata eſt. parte. 1. 356. F.
Adulterium quare lex Moyſi morte puniri iubet, & nõ euangelium parte. 1. 250. C. & D.
Adulterium in uiro & in fœmina æqualiter damnatur. parte. 3. 410. E.
Adulterium quare & vnde committitur. parte. 3. 316. C. & D.
Adulterium corporale malum eſt: ſpirituale peius. Hoc carni, illud ſpiritui contumeliam facit. Hoc homini, illud Deo. parte. 1. 250. C.
Adulterium multo grauius eſt furto. Et quare. parte. 3. 316. B.
Adulterij turpitudo eſt quando adultera in eodem lecto recipit adulterum cum marito. parte. 4. 143. B.
Adulterij prohibitio qua ratione in iteratione præceptorũ decalogi Leui. 19. facta omittitur, cum tamen cetera penè omnia ibi repetantur. parte. 1. 249. E.
Adulteram, & non adulterum quare adduxerunt ad Ieſum, cum adulter ſecundum legem eadem pœna plectendus eſſet. parte. 5. 220. F.
Adultera ſit quælibet perſona Chriſto per fidem deſponſata, per peccatum mortale. parte. 5. 226. H.
Aduocati in delitiis carnis immunde uiuentes, & ſua loquacitate prolongando cauſas, mundum inquietant multipliciter, & exemplo ſuæ immundiciæ multos fœdant, & ſignificantur per ranas. parte. 1. 239. H.
Aduocati doloſi, & doctores vane glorioſi, ad ſubuerſionem ueritatis conantes magnis ſumptibus & laboribus in ſpeculabilibus, uel agibilibus comparantur ludaris. parte. 5. 89. H.
Aduocati ſubuertentes veritatem iuſtitiæ, ſimiliter & doctores uani ſubuertentes ueritatem doctrinæ per ingenij perſpicacitatem, & eloquij viuacitatem (quæ ſunt dona naturalia) ſignificantur per equicium animę bellicum. parte. 4. 240. D.
Aduocatum





Aduocatum habemus qui interpellat pro nobis, multo pręſtantiorem Moyſe, qui tamen pro populo exauditus eſt. Et fortaſſe propterea Moyſes ſcribitur priori populo veniam impetraſſe, vt multò magis confidamus, quòd aduocatus noſter Ieſus veniam impetrabit à patre. parte. 1. 248. F.
Aeris creatio ſeu formatio deſcribitur, & de eius qualitate, quomodo etiam cœli aerij in diluuio perijſſe leguntur, & quomodo hoc intelligendum ſit. parte. 1. 27. A.B.
Aer in ſummo tam tenuis eſſe dicitur, vt neq; nubibus obumbretur, nec vento turbetur, nec aues ſuſtineat, nec homines ſi qui forte aſcenderint, craſſiori ſpiritu alat, ſicut Aer iſte. parte. 1. 27. B
Aeris ex elemento, duo ſenſus animalibus dantur. olfatus vaporibus, guſtus explorandis liquoribus. parte. 1. 27. B.
Aerem conflamus dum ab extra intus trahimus, & ab intus extra reddimus, parte. 3. 14. G.
Aer in ſcriptura vocatur cœlum: vnde dicuntur volucres cœli, quæ volitant per aerem. parte. 3. 147. G.
Aer iſte infernus eſt quantùm ad celſitudinem cœli. Et quantum ad eiuſdem aeris altitudinem, terra infernus intelligi & profundum poteſt, parte. 3. 38. F
Aeris caliginoſa loca tenere dęmones permiſſi ſunt: qui eis quaſi carcer ſit vſq; ad tempus iudicij parte. 1. 27. C.
Aer ſuperior & inferior, cuius diſpoſitionis ſit vterq;: & quid cõtineat. parte. 1. 27. B
Aerem nunquam nominauit Moyſes in toto proceſſu ſex dierum: etiam in loco vbi fuiſſet congruum nominari aerem: & quare. parte prima. 30. F
Aer qui eſt elementum an prętermiſſus ſit à Moyſe in enumeratione factorum à Deo, parte. 1. 27. A.B.
Affectiones hominis quæ ſunt, & quę Dei. parte. 3. 169. B.
Affectiones tres corporis. In ſtupore non dolet corpus. In immortalitate ſimiliter. Sanitas ſi moleſtatur dolorem habet. parte. tertia. 163. E
Affectiones animæ tres, prouida cautela, ſtulta arrogantia, gloria ſecura. Stulta arrogantia ſimilis eſt ſtupori, quando quis de ſe pręſumens nec timet, nec cauet. parte. 3. 163. E
Affectio intelligitur per pedem, eo quòd anima procedit affectibus, ſicut corpus pedibus. parte. 1. 175. H
Affectiones, cogitationes, loquutioneſq; peccatorum non latent Deum: quia ſpiritus eius vbiq; per eſſentiam & per pręſentiam eſt. parte. 3. 368. H
Affectio ſpiritualis affectioni carnali eſt pręponenda ſemper parte. 5. 43. G.
Affectio ſicut eſt in terrenis: ita in operibus & meditatione Dei eſt interior quædam affectio: cum in creaturis quæritur creator, & inuenitur, nuſquam diſplicens, ſed vndiq; placens. parte. 3. 196. B.
Affectio ſuperba eſt pes, quo itur à Deo. parte. 3. 136. A. Interl.
Affectus nos multa cogit facere, & dum corporum propinquitates reſpicimus, corporis & animæ creatorem offendimus. parte prima. 151. D.
Affectuum promotione fit aſcenſus de virtute in virtutem, vbi charitas mouet pedem. parte. 3. 275. E.F.
Affectum pium Deus magis reſpicit, quam quantitatem rei exhibitæ. parte. 5. 38. E. Item parte. 6. 71. G.
Affectum quadruplicem quilibet debet concipere de bonis amici. Primus eſt affectus fiduciæ. Secundus eſt affectus gloriationis. Tertius eſt affectus conſolationis. Quartus eſt affectus exuberantis gaudij. parte. 6. 69. H. Et 70. B.
Affectus trahit intellectum ad inferiora ſapientiæ. parte. 3. 373. A.
Affectus rationalis bene ordinatur, erga ſuperiores per reuerentiã, erga pauperes per miſericordiam, erga omnes per innocentiam. parte. 1. 246. G
Affectus Dei patris ad filium, ſcilicet amoris, etiam ſecundum humanitatem non venit ex paſſione, ſed magis præceſſit, ſed aliquis amoris effectus ſequutus eſt, ſcilicet glorificatio corporis Chriſti in eius reſurrectione. parte. 5. 216. H
Affer affer clamant eccleſiaſticorum amor inordinatus propriæ excellentiæ, & inordinatus zelus carnalis parentelæ. Et non ſolum clamant. Affer affer, ſed Aufer aufer, tolle vi, tolle fraude. parte prima. 210. H
Affirmatio aliquando ponitur pro negatione. Sicut cum dicitur alicui malè petenti ironice. Ego faciam quod petis. parte. 4. 219. B.
Afflicti cordis proprium eſt, vt in omne quod appetit ſi poſſit fieri, cur ita vel non ita ſit, diuinis ſibi vocibus reſponderi velit: vt Deum de cuncta rerum controuerſia conſulat, & reſponſionis eius cognitatione conquieſcat. parte. 3. 62. A
Afflicti à dæmonibus per melodiam ſeu per aliqua alia ſenſibilia poſſunt afflictionem leuius ferre, & hoc dupliciter. parte ſecunda. 81. A.
Afflictus quando tacendo celat afflictionem ſuam interius, magis affligitur, quàm ſi exterius aperiat loquendo. parte. 3. 25. G. Et. 32. C. Item parte. 4. 246. G
Afflictorum mos eſt de ſua afflictione loqui per modum querelæ parte. 3. 21. H

A F F

Afflictus conſolatur ex ſignis veræ compaſſionis, ſicut portans graue põdus, ex comportantibus alleuiatur. parte. 3. 10. C
Afflicti ſolent alijs afflictis compati, parte. 4. 36. B
Afflictus poteſt habere remedium dupliciter. parte. 3. 40. F
Afflicti dicuntur eſſe in carcere ſecundum communem vſum loquendi. parte. 3. 21. H
Afflictionibus eruditur Chriſtianus. parte. 3. 145. E. Interl.
Afflictio cum tanta nos deprimit, vt nullius rei conſolatione reſpirare animus poſſit, non iam flagellis ſolummodo ferimur, ſed etiam cingimur, quia tribulationum verbere ex omni parte circundamur; parte. 3. 40. E
Afflictio mentis & corporis magis apparet in oculis, quam in alijs partibus. parte. 3. 216. G
Afflictio in præſenti nõ ſemper eſt punitio peccatorum, ſed tentatio aliquando, ob cumulum meritorum & præmiorum. parte. 3. 20. G. & H.
Afflicto dans afflictionem iniuſtè, per quem ſignificatur, & quę eius pœna. parte. 2. 114. D.
Afflicti cum ſumus, nec tempus, nec modum præſcribere dño debemus, ſed magis arbitrio eius cuncta relinquamus. parte. 2. 298. E.
Afflictos, non cognoſcant vitia, à quibus reprobata reſiliunt, quæ letos nouerant, id eſt penetrabant. parte. 3. 9. E.
Afflictionis populi Iſrael in Aegypto, duplex cauſa fuit. Vna, fuit mutatio regni &c. Alia cauſa fuit inuidia Aegyptiorum contra filios Iſrael &c. & quæ fuit cauſa inuidię. parte. 1. 123. G.
Afflictio Iudęorum per Romanos, fuit quædam figuratio iudicij finalis, propter quod quęſierunt apoſtoli de tempore vtriuſq;, ſcilicet de deſtructione ciuitatis & templi, & de aduentu ſui iudicij. parte. 4. fo. 52. G.
Quidquid affligit, gladius ſolet dici. parte. 4. 6. A.
Affligere qui ſe non poteſt continuè, cinerem vt panem manducare: potum cum fletu temperare, & his ſimilia, ſemetipſum ad contemplandum Deum, legis ſtudium pœnitendo offerat, totam mentem ſuam cæleſti conuerſationi conſecrans, terrena pleniſſimè deuitans, vnde ſperatur remiſſio peccatorum, & iuſtificatio. par. 1. fo. 221. F.
Africa in Aphrica uide.

A G A

Agar ancilla Saræ vnde & à quo fuerit propagata. parte. 1. fol. 66. Et 67. F.H.
Agar vt dicunt Hebręi fuit filia regis Aegypti: nec iſtud eſt abſonum rationi &c. parte. 1. 66. H.
Agar an in fuga fuerit paſſa aborſum in pœnam contemptus dominæ ſuę, & ſuperbi receſſus à domina &c. & an miraculoſè reuiuificatus fœtus in vtero extinctus. parte. 1. 67. C. & H.
Agar quomodo impoſuit in humeris puerum tam grandem, Iſmaelem, ſcilicet quando expellitur &c. parte. 1. 76. B.
Agar quomodo puerum annorum amplius. xv. ſub arbore proiecit, parte. 1. 76. C.
Agar vidiſſe angelum & quomodo, diuerſis modis exponitur. parte. 1. fol. 67. F. & G.
Agar fœtum extinctum in pœnã cõtemptus dominę ſuę viuificatũ recepit vt dicũt Hebræi &c. Et propter rationẽ huius miraculi puer prænominatus eſt ab angelo antequam natus eſſet. par. 1. fo. 67. C.F.G.H.
Agar vt Hebræi ſuſpicantur, mutato nomine eſt Cethura: quæ Sara mortua de concubina tranſierat in vxorem. Et quare parte. 1. 83. B.
Agar mater Iſmaelis fuit vxor Abrahę, & etiam Sara: ſed quia iſta fuit principalis, Sara ſcilicet, retinuit ipſã nomẽ liberæ, & alia nomen ancillę. parte. 6. 85. G. Item parte. 1. 100. G. & H.
Agareni ab Agar ancilla dicti ſunt, ſed noĩe liberę velauerunt ignominiam ancillæ: & dicuntur nunc Saraceni. parte. 4. 74. E. Et 171. F. & G.
Agareni qui & Saraceni dicũtur, Mahumeto duce Aegyptũ & Aethiopiã cœperũt circa finem imperij Heraclij. Similiter Hommarus diſcipulus Mahumeti Damaſcũ & regionem Phenicis & Ieruſalẽ totãq; Syriam & Antiochiam comprehendit. parte. 6. 262. B.
Agareni habitabant tantum in tentorijs. & ideo melius poterant cuſtodire oues portando habitacula ſua de loco ad locum ad inueniendum paſcua. parte. 2. 212. D. Item parte. 3. 356. C. Vide etiam in Mahumet & Saracenus.

A G E

Agere rectè aliqui volunt, ſed eis infirmis, aliqua in pręſenti obſiſtunt, & dum hęc pati metuunt, Deum offendunt: & hi ſunt qui timent pruinam &c. parte. 3. 19. G.
Ager ſignat laborem poſitum in exercitio vitę actiuę, & operibus miſericordiæ, in regimine eccleſiæ. parte. 5. 46. C.
Ager mundus dicitur. Ager etiã, non terrę ſolũ, ſed corda humana, quem angeli exceperunt excolendum. parte. 1. 294. E.
Agri grum. Vide in loco ſuo.

A G G

Aggęus & Zacharias licet in eodẽ anno ꝓphetauerint. Aggęi tñ ꝓphetia præponitur prophetię Zachariæ. Et quare. par. 1. 16. G.

A G I

Agiographa ſicut & prophetice multipliciter dicuntur. parte. 3. 85. F. Et quare hoc nomen Hebræi impoſuerunt. Ibid. Item parte. 2. 2. A. B. quot & qui libri inter agiographa enumerẽtur. Item par. 1. 2. B. Item parte. 6. 275. E.

A G N

Agnitionem ſui dedit Deus: & homo offert ei fidem ſuam & affectum. parte. 1, 300. E
Agnominare mulierem eſt eam ducere in vxorem. parte. 1. 167. E.
Agnoſcentes hoc quod ſumus, nec defluendo imis ſubijcimur, nec ſuperbiendo de ſublimibus inflamur. parte. 3. 65. F.
Agnus tria miniſtrat poſſidentibus. ſ. lac, lanam, & eſum carnis ſuæ. Et ſenſus horum myſticus. parte. 5. 189. F.
Agnus anniculus ab octauo die natiuitatis, & non ante, vſq; ad completionem anni, & non poſt, poterat immolari apud Iudæos. Et ratio quare. parte. 1. 146. F.
Agnus maſculus anniculus &c. qua neceſſitate ita tranſlatum eſt, quaſi agnus poſſit eſſe, non maſculus &c. Vel quare non ſic tranſlatum eſt. Pecus perfectum maſculum anniculum. Vel quare non ſic. Ouis maſcula &c. parte. 1. 146. A.
Agni paſchalis ſacrificium eſt primum inter præcepta Moſaicę legis, ſcilicet in ordine præceptorum populo Iſraelitico à Deo per Moyſen iniunctorum. Et primũ ſacrificium à toto populo Iſraelitico celebratum. parte. 1. 151. H.
Agni paſchalis immolatio duplici ſenſu grauida eſt. Vnus eſt, ſtatus populi exeuntis de Aegypto, & eſt literalis & primus. Alius eſt præfiguratio Chriſti paſſuri &c. parte. 1. 145. H.
Agnus paſchalis præcipiebatur accipi à decima die mẽſis & vſq; ad decimamquartam ſeruari duplici de cauſa. Et an talis præceptio per quatuor dies, obligabat in futurum. parte. 1. 146. D.
Agni paſchalis immolatio ſpiritualis ad ſenſum literalem adaptatur. parte. 1. 15. G.
Agnum paſchalem offert qui totam ſpem ſuam in eius immolatione ponit, ſcilicet in ſua paſſione. parte. 1. 275. A
Agnus


VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Agnus quare magis immolabatur quam aliud animal:& deficiēte agno quare magis immolabatur hœdus.parte.1. 146.F.& G.

Agnus ſecundum Hebræos doct. præcipuos, eſt de quo immolatio paſchalis debebat fieri,non de hœdo. Et hoc congruit tam cauſę literali huius ſacrificij quam etiam figurali. Et huius declaratio. parte prima. 150.B.

Agnus paſchalis tria figurabat, quę in ſacramento euchariſtiæ ſunt parte 1. 151.H.

Agnus qui ad purificandum populum datus eſt, ſi Chriſtum ſignificat, conſequenter cætera animalia purificationi deputata, referuntur ad alias perſonas, quæ aliquid purificationis conferunt humano generi. parte 1. 315.G.

Agnus quare dicitur Chriſtus magis quam bos,vitulus, capra,cum tamē illa etiam immolabantur in lege.parte.5. 189 G.

Agnus debebat immolari, non autem hœdus in ſolennitate paſchali, licet agnus immolandus,accipiendus eſſet de grege,in quo eſſent agni & hœdi.parte 2. 237.C.

Agnum ad veſperum immolabitis. Ibi manifeſtatur in vltima ætate futuram noſtram reparationem per Chriſti immolationem. parte 6. 247.F.& G.

Agnum de nocte comedimus,quia modo in ſacramento dominicum corpus accipimus,quando adhuc inuicem noſtras conſcientias non videmus parte 1. 146 E.

Agnus paſchalis in lege, figurauit Chriſtum verum agnum, illius, oſſa non frangebantur, nec Chriſti oſſa comminuta ſunt. parte quinta 240.B.

Agnum non coques in lacte matris ſuæ quomodo intelligatur(ait Augu.) ad verborum proprietatem,neſcio vtrum poſſit reperiri.parte 1. 173.A.C.Et 206.B.

Agricola quando cœpit eſſe Noe.Vide in Noe.

Agri redemptio ſecundum legem taxabatur ſecundum quantitatem ſementis qua ſeminabatur &c.parte.1. 263.G.

Agrū ille conſecrat & redimit,qui conuerſationem ſuam alij gubernandam permiſit:ſed eo iuuante prouectus, intellectum proprium addit, vt ſeipſum regere poſſit.parte.1. 263 F

Agricolare videmus quoſdam nunc ex voluptate: quę amplior fuiſſet in ſtatu innocentiæ, cum nihil aduerſi accidiſſet de cœlo vel terra, & hoc modo poſitus fuit Adam in paradiſo, vt operaretur &c.parte.1. 37 C in fine.

Agricultura nō erat laborioſa homini ante peccatum; erat enim niſi ad recreationem & virtutis exercitium.parte.1. 43.D.

Aha.Vide in A a a domine &c.

Ahias duplici de cauſa ſcidit pallium ſuum.parte 2. 149.D.

Alas pictorum licentia angelis pingit, & vnde hoc trahunt. Et quare. parte 1. 177.A.

Alæ cum in ſignificatione angelorum ponuntur, quid ſignificent. parte 2. 136.A.

Alæ cum in ſanctorum hominum figuram ponuntur, virtutes eorum ſignificant quibus ad cœleſtia uolant & conuerſantur. parte 2. 136.A. & 216 B.

alæ dicuntur doctrinæ duorum teſtamentorum, quæ nos ab infimis ad cęleſtia portant.parte 2. 161.E

alis ſex debent aſcendere uel uolare uiri eccleſiaſtici,ſcilicet prædicatores & doctores,ſimiliter & deſcendere&c. parte 6. 247.D.E.

alæ beſtiarum quas uidit Daniel quid literaliter & moraliter ſignant. parte 4. 309.G

alę ſex quas unumquodque quatuor animalium habebat,quid ſignificāt: & prima ala eſt lex naturalis,ſecunda lex Moſaica, tertia prophetarū oracula, quarta euangelium conciliorum: quinta doctrina apoſtolorum, ſexta ſtatuta generalium conſiliorum. parte 6. 247.D & E.

albani populi ſunt in partibus Aſiaticę Scythię: & vnde dicuntur. parte 1. 10.H.

albatio ſiue dealbatio aliquando laudabiliter,aliquando culpabiliter ponitur.parte 1. 323.D.

albatos viros vocat Mahumetus apoſtolos.parte 6. 149 B.

alchimiſtę qui nituntur metalla & lapides ſophiſticare maximè vtuntur ſulphure.parte 3. 53.C.

alchimus ſummus pontifex, ſacerdos fuit non de iure, ſed de facto intruſus primo per Antiochum Epiphanem:quia licet eſſet de genere Aaron, tamen non deſcendit ab eo per lineam ſacerdotalem.parte 4. 444.C.

alchoranus nefandiſſimus ſæpe præcepit ſeruare legem & euangelium, & tamen vtrunque deſpiciunt Saraceni.parte. 3. 276.E.

aleph doctrina interpretatur.parte 3. 276.E.

alexander magnus natus fuit de adulterio: & quomodo adulter Nectanebus nomine, per illuſiones magicas hoc operatus eſt.parte 4. 415.D.

alexander quomodo primus regnaſſe dicitur in Gręcia, cum multi ibidē in diuerſis locis ante regnaſſe reperiantur &c. parte 4. 429.A.B.

alexandri magni multa victoria,& de quibus prouincijs.parte 4.429.A. B.C.E.F.G.

alexandri magni victoria nihil velocius fuit, qui ab Illyrico & Adriatico mari vſq; a Iudicum Oceanum &c.non tam bellis quàm victorijs cucurrit &c.parte.4. 309.E.F.

alexander magnus propter quatuor quæ in eo fuerunt ſic celerem habuit victoriam.parte 4. 309.G.Et 429.H.

alexander in Macedonia exiſtens vidit Deum in ſimilitudine ſummi pōtificis Iudęorum indutum pontificalibus indumentis, ſeu ornamentis,promittentem ſibi victoriam.parte 4. 309.G

alexandro occurrit ſacerdotum princeps Iaddus nomine,cum alijs ſacerdotibus,& humiliter honorificeq; eum,& Alexander in manſuetudinem verſus fuit &c.part.2.166.A.C.D.Item parte 4. 412.B.

alexander magnus ſic triumphauit,non virtute ſua,ſed virtute à Deo ſibi data &c.parte.4. 309.G.

alexandro miſſa fuit puella veneno nutrita, vt ſic per incontinentiam ſuam accedens ad eam intoxicaretur: & quomodo Ariſtoteles eum præmonuit.parte 4. 312.H.Et.314.A.Et.429 F.

anima dum adhæret ſponſo, & complectitur, & audit uerbum eius, ab ipſo ſuſcipit ſemen verbi: & concipit, & facit filios, vt ſalua ſit per generationem filiorum. parte 1. 310.F.
anima ſi Deo deſerto ad ſe conuerſa fuerit, & potẽtia ſua ſine Deo frui uoluerit, pœna ſequente experiendo diſcit quid ſit inter bonum & malum.parte 1. 37.A.
anima ſemper parit, ſemper generat, uel de uerbo concipiens, uel de contrario. Et fortè ad has generationes reſpicit, quod dictũ eſt. Cum nondum nati fuiſſent &c.parte 1. 311.A.
anima concipit, parturit, lactat, & nutrit. Et quomodo. Et purificatur. & ſignificatur per mulierem, quæ ſe debet reputare immundam, & intendere purificationi ſeptem diebus.parte 1. 236.C.
anima omnis aut domino cõiuncta eſt, aut meretrici. Quæ ſe iũgit domino, iungit ſe ſapientiæ, iuſtitiæ, pietati &c. Quæ ſe iungit meretrici, iungit ſe impudicitię, iniquitati, mendacio, & omnibus malis.parte 1. 311.A.
anima quæ uirtutibus iuncta Dei complexibus & poſtea adulterauit in uitia, & ab eo receſſit turpata, ne glorietur in nominis dignitate, ſed pro mali conſcientia ultra ad cœlum oculos tollere non audeat. parte 4. 244.E.
anima quamuis grandes habeat profectus, tamen tentationes non auferuntur ab ea, quia quaſi cuſtodiam & munimen ſunt ei. parte 1. 123.E.
anima ſi tentatione non ſalitur, cõtinuo reſoluitur, ſicut caro niſi ſale aſpergitur, corrumpitur.parte 1. 323.E.
anima fidelis, quæ per naturam eſt immortalis, per gratiam a putrefactione peccati cõſeruatur, & ſignatur per arcam tabernaculi &c.parte 1. 343.E.
anima quæ cœleſtem habet originem, quaſi aduena moratur in corpore.parte 1. 357.E.
anima uerius intelliget, quæ fuit ratio ſuæ peregrinationis, cum egreſſa fuerit in requiem ſuam id eſt in paradiſum.parte 1. 321.H.
anima hominis poteſt in ſe habere & producere puteos & fontes & flumina, ſed putei indigent fodiente, ut mundentur &cæ. parte 1. 300.B.
anima ſi ad uirtutes non ueniat, ſed perſeueret in ignauia, nec caro ad hęreditatem ueniet: ſed ad iudicium illius, qui poteſt animam & corpus perdere in gehennam.parte 1. 309.A.
animæ profectus eſt vt auferatur a commotione terrena, ſiue ab erroribus uitæ ad uitam uirtutis, & ad agnitionem Dei &c.parte 1. 322.C.
animæ pax redditur ſi ab ea hoſtes, peccata ſcilicet & uitia propellantur, & ideo armemur & concitemur ad prælium, ſed contra hoſtes, quæ de corde noſtro procedunt.ſ. malas cogitationes &cæ. parte 2. 17.E.
anima ideo ſanatur ut delectabiliter laboret, & dicatur ei: Labores fructuum tuorum, quia manducabis &c.parte 1. 323.B.
anima maliuola, quæ dicitur.parte 3. 368.F.
anima quotiens peccat, totiens vulneratur peccatis uelut telis.parte 1. 288.B.
O ſi poſſemus per unumquodq; peccatũ uidere quomodo anima uulneratur.parte 1. 288.B.
animarum in deſtructione & ruina, multum continuis luctibus & orationibus eſt inſiſtendum, ſi uir ſanctus lugebat deſtructa lignorum & lapidum ædificia.parte 1. 255.A.
anima uulneratur per cogitationes & concupiſcentias malas: frãgitur & conteritur per opera peccati: quæ omnia ſi uideremus & uulneratę animæ cicatrices ſentiremus: uſq; ad mortem reſiſteremus contra peccatum.parte 1. 288.B.C.
anima quomodo lædi & percuti dicitur per membra, ad hoc referẽdo. dentem pro dente, oculum pro oculo &c.parte 1. 169. A.& B.
animæ ut nõ ſeruiat corpus ad omnem nutum quaſi famulus eius, quid iuſtius, cum ipſa noluerit ſeruire domino.parte 1. 38.C.
anima ex corruptione carnis, & pronitate ad malum continue deſcendit à perfectione, niſi conetur contrarium. Notatur exemplum de naui.parte 6. 78.D.
anima dum in hoc mundo in erroribus uiuit, ignorantia ueritatis, in Aegypto poſita eſt &c. Et quomodo a plagis decẽ ſpiritualibus eripitur.parte 1. 145.E.& F.
anima noſtra inter has duas molas debet conteri, ſcilicet poteſtatem Dei & miſericordiam, ne propter terrorem poteſtatis deſperet, uel propter ſuauitatem miſerationis præſumat.parte 3. 171.F.G.
anima debet intelligere ſe ordinatam in medio rerum, ut cum ſub ſe habeat corpoream creaturam: ſupra ſe tamẽ intelligat eſſe naturam Dei &c.parte 1. 53.F.
anima unaquæq; eſt uelut olla feruens, quæ cogitationum ſuarum impetus quaſi ſpumas undarum ardentium ſuſtinet.parte 3. 80.C.in fi.
animæ ſanctæ cogitationum uitia corrigunt, & quaſi retinentes uultus, ex reddita imagine de ſpeculo præceptorum Dei componunt. parte 2. 211.F.
animæ uitium eſt, ita ſuis operibus delectari, vt potius in ipſis quàm in ſe requieſcat ab eis, cum in ipſa uel anima, uel ratione aliquid melius ſit quo fecerit, quàm ipſa ſint quæ fecerit. parte prima. 34.D.& E.
animæ chriſtianæ erroribus hæreticorum ſe miſcere, & filium Dei impudicitiæ & libidini non licet ſe tradere parte 1. 358.A.
anima peccatrix ſignificatur per mulierem, quæ pulchra dicitur ratione imaginis, ſed captiua ratione criminis.parte 1. 354.H.
anima peccatorum ſemper contendit, quia ſynderesis ſeu dictamẽ rationis malo remurmurat, & ſenſualitas ad ipſum inclinat, & ſic eſt contentio inter partes animæ.parte 6. 7.D.
anima ſine charitate macilenta eſt & languida, & in nullo Deo placitura.parte 1. 45.C.
anima quæ non cognoſcit ſe ad auctoris ſui imaginem conditam, egreditur a ſecreto cordis in exteriores concupiſcentias, & ad latam uiã ducta, ſequitur exempla populorum.parte 3. 356.E.
anima fidelis & plena iudicij dum Deo obedit, Deus inhabitat, & eſt eius ciuitas. Si autem a Deo recedit non loco, ſed merito: habitatur a malignis ſpiritibus.parte 4.
anima fidelis eſt thronus Dei, in qua reſidet, quãdo eam maieſtatis ſuæ illuminatione compleuerit, parte 4. 457.B.
anima licet peccatrix, tamen melior dicitur per naturam, corpore laudato in ſuo genere.parte 3. 302.B.
anima obligata terreno amore, uiſcum habet in pennis, volare non poteſt, ſed amor ſanctus ad ſuperna ſubleuat.parte 3. 277.F.
anima quæ ſe per vniuerſas cogitationes ſpargit, ad conſiderationem ſeſe nullatenus colligit.parte 5. 99.E.
animæ ſalutem, quatuor paſſiones animi ſi vltra modum dominantur auferunt & impediunt.parte 1. 15.F.
anima oppreſſa & varijs perturbationibus occupata, cũ deſperat humanum auxilium, ſi tota mente conuertitur ad Deum, conſolatur a Deo.parte 4. 301.E.
anima dum peccat, diabolo ſubditur captiua, dum pęnitentiã agit, eleuatur & conſurgit, & diabolus humiliatus ruit. parte 4. 87.E.
animas iſta duo occidunt, deſperatio & peruerſa ſpes.parte 6. 7.A.
anima quæ fuerat ſpeculum Dei, & vitiorum ſupplantatrix: cum propter iniquitatem traditur ſpiritualibus nequitijs, fruſtra quærit conſolatorem extrinſecus, quæ ſpiritualem conſolationem perdidit intrinſecus.parte 4. 183.per totum
anima per pœnitentiam ſi priſtinum robur receperit, vocabitur habitaculum ſancti, & ſic fit templum Dei.parte 4. 88.A.& 397. F.
anima in confuſione poſita gradatim luget.parte 4. 190.F.in princ.
anima quæ prius oblectata vitiis gloriabatur, manu domini tacta, ſe uilem profitetur, quæ ad imaginem ſui creatoris condita erat. parte 4. 181.G.& H.
anima habet falſos prophetas exterius, ſcilicet ſenſus carnis, qui præſentia nunciant, futura non curant. Habet interius falſos cogitatus, quos prudentia carnis gignit, qui falſa & ſtulta oſtendunt nobis. parte 4. 187.G.
anima & bona & mala habent tentorium & tabernaculum. parte 4. 185. G. H.
anima non clareſcet in fulgore æternæ pulchritudinis, niſi (vt ita dicam) prius hic arſerit in officina charitatis.parte 3. 52.F.
anima ita in contemplatione diuina abſconditur, ſicut corpus in ſepulchro, mundo mortua. vbi ab omni ſtrepitu ſæculi eſt quieta. parte 3. 12.G.
anima quæ in contemplatione debet conſiſtere, & fructus acceptabiles facere &c.ſignificatur per Sion.parte 4. 5.A.
anima ſignificatur per Ieruſalem, in qua ædificatum eſt templum domini &c.parte 4. 384.A.
animæ ſignari ſolent in ſcriptura ventorum velocitate & ſublimitate. parte 3. 54.A.
anima fidelis per Ieruſalem ſignatur obſeſſam ab exercitu regis Babylonis.parte 4. 162.D.
anima rationalis exiſtens in corpore, quæ per prædicationem contra diabolum munitur, ſignificatur per Ieruſalem &cæt. parte 4. 217.D.circa finem.
anima fidelis in qua debet Chriſtus regnare impugnatur per ſuperbiam & auaritiam, quæ poſt ſe alia vitia trahunt tanquam caudas ſuas, & figuratur per Ieruſalem.parte 4. 18.B.in fi.
anima fidelis in qua regnat verus Dauid Ieſus Chriſtus per gratiam, ſignificatur per ciuitatem Ieruſalem. Huius autem ciuitatis portę, ſunt ſenſus animæ exteriores, qui non debent aperiri de nocte &cæ. parte 2. 261.D.in fine & 266.H.& 266.D.
anima rationalis, quæ moralis Ieruſalem dicitur, per quatuor impugnatur. Primum, eſt delectatio praua mulcens animum. Secundũ, eſt conſenſus in peccatum. Tertium, operis executio. Quartum, conſuetudo.parte 4. 47.G.
anima rationalis quæ Dei imagine inſignitur, ſed aliquando deceptione dæmonis vitijs deturpatur, ſignificatur per Ioppe &c. & quomodo ruſus purgatur.parte 4. 454.H.
anima viri fidelis dicitur filia patris prudentis: Et quare. parte 3. 403.E.
anima iuſti eſt tabernaculum Dei: Et deſcribitur myſticè ſecundum quatuor aſpectus, ſcilicet orientis & occidentis &cæ. Et per adaptationem.xij.tribuum caſtrametantium iuxta illud. parte 1. 268.D.& 270.D.
anima fidelis per tabernaculum domini conuenienter poteſt intelligi: Et quare.parte 1. 213.D.
anima fidelis eſt tabernaculum domini, & ad eius quatuor latera debent eſſe actus quatuor virtutum cardinalium &cætera. parte 1. 270.B. in fine.
anima dicitur ſtamen, quia cum tentationis fuſo in filorum tenuitatem torquetur, firmioris virtutis ſoliditate conſtringitur. parte 1 238.A.& B.
animæ quæ ſolæ in cęleſtis eccleſiæ corpus tranſeunt, in piſcibus ſquamatis figurantur, quæ pinnulis virtutum fultæ, per cœleſte deſideriũ ſaliunt ad contemplationem.parte 1. 233.F.
anima vaga quæ egreditur clauſtrum rationis, ſignificatur per Dinam. parte 1. 97. H. in fine.
animæ fidelium per vaſa tabernaculi deſignantur.parte 1. 278.E.


animæ

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

animæ humilium dicuntur colles.parte 2. 70.A.
anima iuſti nauis eſt quàm Chriſtus ingreditur,cui procellætribulationum frequenter ſurgunt.parte 5. 98.B.& 147.D.
anima peccatoris, ciuitati obſeſſæ & coanguſtatæ aſſimilatur.parte 5. 173.D.E.H.
anima rationalis eſt mulier, quæ frangit alabaſtrum. parte quinta. 114.H.
anima hominis mali,cuius ſenſualitas rebellat rationi, dicitur regnum diuiſum. Et quare.parte 5. 42.D.
anima,natura pulchra, comparatur ciuitati Niniuæ, quæ voluptatibus hærens effœminatur,& portas ſenſuum aperit vitiis & dæmonibus. parte 4. 388.E.
anima fidelis quomodo pedes domini rigat & vngit. parte quinta. 145.B.
anima fidelis dicitur aſellus ſuper quem Ieſus ſedet & pergit ad Ieruſalem &c.parte 5. 64.B.
anima rationalis ſignificatur per reginam Auſtri, & quare. parte 5. 155.H.
anima veſtis eſt caro,vnde naſcitur tentatio Carnalis, per quam ad interitum venit.parte 3. 15.H.& 32.E.
animæ veſtimentum eſt corpus,quod præcipit Salomon omni tempore eſſe candidum.parte 3. 26.A.
anima bona opera protegunt ſicut veſtimenta corpus.parte 3. 48.F.
anima cornua ſua habere perhibetur, & ſunt fortia munimenta virtutum,quibus aduerſa quæque percutit,& quaſi fęnum aut pulueram in aerem ventilat & diſpergit.parte 4. 185.per totum.
animæ tabernaculum eſt corpus,& mens cogitationum. parte tertia. 47.A.
anima dicitur vidua,& quare.parte 3. 285.B.
animæ bene viuentium,ſignantur per ſtellas.parte 3. 50.B.
anima humana dicitur terra.parte 3. 53.E.
anima fidelis per domum Salomonis, in qua erant quatuor deambulatoria,ſignificatur.parte 2. 138.H.
anima humana per reginam Saba intelligitur. Quæ regina dicitur eo quòd eſt ad imaginem ſummi regis facta. parte ſecunda. 147.D.
animæ quæ de confuſione mundi ad dominum conuertuntur,ſignificãtur per argentum & aurum,quæ de Babylone ad Hieroſolimam mittuntur.parte 2. 251.E.
anima humana dicitur abyſſus.parte 1. 23.H.in fine.
anima triplicis eſt naturæ, ideo iubetur diligere tripliciter. parte 1. 338.C.
anima quælibet ſoli iuſtitiæ cum ſic propinquat, vt vnus ſpiritus cum eo fiat, & per ipſum innouata veterem hominem abiicit, offert in kalendis &c.parte 1. 315.C.
anima quæcunque certat ad thalamum Chriſti properare, condignum a ſuis doctoribus accipit ornamentum &c. parte ſecunda. 307.E.
anima victa vna tentatione, venit ad aliam, quaſi de manſione ad manſionem,& ſic per ſingula tentamenta vitæ & fidei profectus,mãſiones habere dicitur, ſecundum illud. Ibunt de virtute &c. parte 1. 322.A.
animarum curam qui pro domino ſuſcipit: vt vel errantes doceat vel conſoletur mœſtos, vel temporalibus bonis ſuſtentet &cæ. ſapiens eſt,& quare.parte 3. 320.E.
animarum regendarum ſolicitudinem,qui aſſumit,reſtat vt quib.æterna prædicat,ad prouidenda quoq; eis temporalium neceſſitatum ſubſidia inuigilet.parte 3. 362.F.
animarum cuſtodiam aſſumant, qui tentationum bella ſubegerunt, & cum apud ſe iam de intima tranquillitate ſunt ſecuri. Sed quis hæc perfecte ſubigat. cum Paulus dicat, Video aliam &c.parte 2. 278.E.
animas mortuorum prædicando ſuſcitare, maius eſt quàm corpus mortui terra abſcondere.parte 5. 151.B.
animarum zelus, ſacrificium acceptiſſimum eſt Deo. parte prima. 224.B.
anima mea in manibus meis ſemper,quomodo intelligatur,ait Auguſ. ignoro,niſi dicatur &c.parte 3. 269. G.& H.
animam eius ſerua, cum dicitur, an intelligatur de vita corporali tantum:vel pro vſu rationis,vel an per hoc diabolus prohibitus eſt Iob ſuperare.parte 3. 10.B.
animam in manibus portare quid eſt.parte 3. 31.F.& H.
animam ſuam Deus vocat,voluntatem ſuam.parte 1. 216.F.
anima Dei Chriſtus eſt, ſicut & verbum Dei, ſapientia Dei. & virtus Dei &c.parte 1. 261.B.
anima Chriſti a principio creationis fuit glorioſa per apertam viſionem & perfectam fruitionem &c. Verumtamen corpus paſſibile & mortale,ad implendum precium redemptionis humanæ.parte 5. 53.H.
animam habuiſſe Chriſtum negant Apollinariſtæ,& vnde acceperunt occaſionem.parte 1. 261.B.
animam perdit ſecundum Chriſtum qui deſideria eius refrenat, cupiditates reſecat,luxuriam & reſolutionem caſtigat, & in nullo facit voluntatem ſuam,ſed Dei.parte 1. 309.A.
anima pro homine accipitur, quia eſt principalior pars hominis. parte 1. 216.F. Item parte 2. 6.B. Item parte 3. 335.H.Item parte 5. 95.B.C.& D.
anima frequentiſſime accipitur in ſacra ſcriptura pro perſona humana.parte 1. 218.A.
anima ſumitur pro vita temporali.parte 1. 258.A.
animam Deus fecit,curet de ea ſi voluerit. Sic dicunt aliqui ad illam inſaniam prolapſi.parte 5. 77.C.Item dicunt. Talis erit quiſq; qualem vult Deus eſſe,cur nititur aliquis bene agere,cum nihil poſſit niſi quod Deus velit.parte 6. 22.A.Item dicunt:Deus non fecit nos ad damnandum,parte 4. 119.E.
animas ſeptuagintaſeptem exijſſe de Lamech, referebat mihi quidam Hebræus,quæ omnes interiere diluuio.parte 1. 46. G.
anima ex carnis ſubſtantia propagatam dicunt Luciferiani hæretici. parte 1. 237.A.
animæ beatæ deſcendent ad reſumendum corpora,& ad communicandum eis gloriam.parte 6. 272.B.
animalibus terræ ſexto die creatis cur non etiam additum eſt, Benedixitque eis Deus dicens: Creſcite & multiplicamini, ſicut dictum eſt de animalibus aquarum quinto die productis &cæte. parte 1. 27.H.
animalia in terra habitantia delata ſunt in diluuio,& non aquatilia, & quare.parte 1. 50.G.
animalibus ad quam vtilitatem ſeu ad quę ſolatia homo(ſi ſtetiſſet) dominatus fuiſſet,cum non ipſa ad eſcam, ſed herbæ tantum arborum fructus primo conceſſa ſunt.parte 1. 28.H.
animalia,ante peccatum hominis,animalium eſu non viuebant,ſed cõcorditer herbis & fructibus veſcebantur.parte 1. 29.F.
animalia cum communem acceperint alimoniam cum homine, quare ipſe immortalis factus eſt(quia potuit non mori)præ alijs animantibus.parte 1. 28.B & C.
animalia quæ tantum putantur veſci carnibus,vtrum præter numerum in arca fuerint, quæ aliorum alẽdorum neceſſitas coegit includi &c. parte 1. 51.F.& G.
animalia munda impari numero,immũda vero pari in arcam introducta ſunt,& quare,& huius myſterium.parte 1. 52.F.Et quanto numero.53.B.& C.
animalia minutiſſima, qualia ſunt mures, & ſtelliones, muſcæ, & ſcabrones, ſcarabei, & pulices &c. an etiam in arca fuerunt. parte 1. 51.G.
animalia in ſacrificio tria vſurpata ſunt, ſcilicet ouis, capra, & bos, & quare hæc myſticè.parte 1. 65.F.& G.
animalia munda multa ſunt ad eſum, quæ non ſunt munda ad immolãdum.parte 1. 233.G.
animalia in lege veteri,quædam fuerunt immunda, non quia de ſe eſſent mala, ſed quia ſignabant quædam vitia euitanda. parte 5. 49.G.
animalium mundorum & immundorum diſtinctio ante legem fuit dicũt Hebræi, maximè quantum ad oblationẽ & ſacrificium. parte 1. 52.F.
animal ex quibus defectibus dicebatur fore maculatum, & quare non debebant offerri animalia talia domino.parte 1. 254.B.
animalia quomodo & quomodo non,& qua immundicia poſſunt nominari immunda. Vide in immunda. Et in Immundicia.
animal offerẽdum in ſacrificijs oportebat eſſe immaculatum. i. abſque defectu alicuius membri vel notabili deformitate,ita quòd macula non accipitur pro varietate pellis. Et hoc obſeruandum erat generaliter in omni ſacrificio.parte 1. 253.D.
animalia ante octauam diem non debebant offerri: quia ante ſunt quid imperfectum, perfecta autem ſunt Deo attribuenda &cæt. Hinc eſt, quod circuncifio octauo die præcepta eſt fieri. parte 1. 68.G.
animal quod cornu percuſſit virum aut mulierem,ſi interfectum fuit lapidibus,illicitum erat Iudæis comedere de illo, & quare. parte 1. 169.B.in fine.
animalia ſic facta ſunt, ut alia alijs in alimoniam cederent, uel ſenio deficerent: Homo uero factus eſt ad imaginem Dei, ſic quod ſi præcepta ſeruet, perpetua immutabilitate maneat. parte 1. 27. D.
animalia minuta, vt quæ de cadaueribus atque corruptione lignorum herbarumque &cæt. gignuntur, vtrum in primis conditionibus creata ſint,an ex rebus productis, Pleraque enim vt prædictum eſt, de humidorum corporum exhalationibus gignuntur &cæt. parte 1. 26.F.& G.
animalia venenoſa & pernicioſa vtrum poſt peccatum hominis ad vindictam creata ſint,an potius creata innoxia peccatoribus nocere cœperunt.parte 1. 27.G.
animalia irrationabilia vnde eſt, quòd ſibijpſis nocumenta & damna inferunt,& etiam plerunq; mutuo ſe occidunt, cũ nullum peccatum habeant.parte 1. 27.G.
animalia noxia, ſi viuos lædunt pœnaliter, exercent ſalubriter, aut ignoranter docent, cur in eſcas mortuos lacerant. parte 1. 27.G.
animalia grandia ſunt, inter terreſtria Elephas valde monſtruoſus. & inter marina,cetus,parte 3. 77.F.
animalia marina maiora ſunt ſatis quàm terreſtria.Et huius ratio. parte 3. 81.E.
animalia aliqua ſecundum conditionem naturæ ſuæ per magnum temporis ſpacium non comedunt,ſed nutrimento prius recepto viuũt, parte 3. 301.H.
animalia irrationalia quædam habent aliqualem ſenſibilium rerum cognitionem(ſicut aſinus cognoſcit ſtabulum ſuum, & pabulum, & dominum proprium:& ſic de multis alijs) ſed differentem a cognitione humana.parte 5. 186.F.
animalia bruta cognoſcunt benefactorem ſuum, ſicut patet per experientiam,& etiam ſcripturæ docent.parte 5. 215.H.
animalia & aues & etiam piſces frequenter percipiunt mutationem continentis futuram de propinquo &c.Et quare.parte 1. 248.D.
animalia & homines an rationem vitæ cum piſcibus æqualiter participent.parte 2. 17.D.
animalia & mulieres concipiunt vno modo: quia virtus imaginatiua ſimilẽ concipit illi quam aſpicit attente in extremo coitu.par.1. 39.G
animalium quatuor ſigna, habuerunt vexilla quatuor tribuum filiorum Iſrael, quæ præſidebant quatuor partibus ( ut dicunt Hebræi ) vt in iſtis vexillis figurarentur iſta quatuor animalia Ezechielis, in quorum medio reſidebat Deus, ſcilicet in tabernaculo. parte 1. 269. A.
animalia propriè loquendo non dicuntur habere vitia,nec virtutes.nec in eis ſunt, tamen large loquendo ſunt in eis, ſicut agnus dicitur manſuetus,vulpes doloſa, equus recalcitrans & ſuperbus. parte 4. 255.C.
animalia. Vide in annus triceſimus.
animalia exercitus Antichriſti percutientur peſtilentia, ſicut & homines exercitus illius.parte 4. 421.H.





animalia quatuor euangelia ſiue quatuor euangeliſtas aut quatuor patriarchales eccleſias notificant. parte quinta. 2. F. Item parte 6. 247.C.
animus hominis generoſus eſt, & facilius ducitur quàm trahitur. parte 6. 26.H.
In animis fortaſſis tanta diuerſitas eſt, quanta in ſpecie vultus, parte 1. 268.B.
animi diſpoſitio magis relucet in facie,quàm in alijs partibus corporis. parte 4. 464.D. Vide etiam in Cordis diſpoſitio.
animorum humanorum diſtinctio per diuerſa ſigna deſignatur. Alterius enim animi motus lenior,eſt mitis placidus, tranquillus. Alterius,turbidus,elatus,aſperior,incitatior,petulantior.In his alius plus alius minus &c.parte 1. 268.B.
animum exhilarant naturaliter uinum & muſica.par.3. 429.A.
animus hominis electi, tribus modis alternatur in lætitia & mœrore, ſcilicet. In conuerſione, probatione, & morte. parte 3. 63.B.
animi magni proprium eſt placidum eſſe,tranquillumque,offenſas & iniurias remittere.parte 2. 75.B.
animum hominis nihil magis deijcit ex arce iuſtitiæ, quàm blandimenta fœminæ, corporumque ille contactus, ſine quo vxor haberi non poteſt &c.parte 3. 350.B.
animus dolens cogente męſticia per diuerſa deſideria vagatur, in nocte diem,in die veſperam deſiderat.parte 3. 21.A.
animus nimis intentus humanis actionibus, Deo quodammodo euacuatur,quo fit tanto plenior,quanto in ſuperna & æterna liberius extenditur.parte 1. 16.F.
animi motus regere, & perturbationes illius modeſtiæ tranquillitate placare, iræ ac ſuperbiæ impetus quaſi feram beſtiam refrœnare &c.abſtinentiæ & crucis genus eſt præcioſius atque ſublimius, parte 5. 53.C.
animi paſſiones. Vide in Paſſiones.
animus fragilitatis humanæ obliuiſcitur vt ſit in honoribus,quia per ea quæ circa corpus ſunt,inflatur.parte 3. 9.B.
animi primi motus ſecundum carnem prolati in peccatum ruunt. parte 1. 278.B.
animi perturbatio vtrum & quando cadit in ſapientem. parte prima. 65.E.
animi & ſenſus virtutes,mentis filij ſunt:filiæ uero, opera corporis miniſterio.parte 1. 313.E.
animi boni affectus, ſemper procliuus eſt ad pietatem. parte prima. 110.E.
animus erumnis mundi plenus, ſemen Dei ſuſcipere, & fructum facere non poteſt.parte 4. 117.A.
animus ex his quæ nouit, ſurgat ad incognita quæ non nouit, & per hoc quod ſcit notum diligere diſcat & incognita amare,parte prima, 65.C.
animus poſtquàm ſemel huic mundo perfecte abrenunciauerit, oportet vt totum ſe impendat obſequio diuinę voluntatis. parte ſecunda, 244.A.
animus carnalis per arundinem ſignificatur.parte 3. 144.C.
animus regis ex quinque inclinatur, quæ ſunt, humilis petitio, memoria iuramenti,ſuperbia aduerſarij inuadentis, deuotio populi,& periculum ſui ſuorumque.parte 2. 126.C.

A N N

anna hoc nomen quinque leguntur habuiſſe.parte 5. 132.A.
anna mater Samuelis quomodo per ſpiritum propheticum cognouit ſtatum Iudæorum futurum tempore filij ſui Samuelis,& temporibus ſequentibus.parte 2. 65. B.C.D.
anna mater beatæ virginis tres viros habuit, & tres filias.parte 6. 79.F. & 210.A.
annas & Caiphas,& alij qui Chriſtum pronunciauerunt eſſe reum mortis &c.erant de genere Aaron.parte 1. 215.C.
annulus erat antiquitus ſignum dilectionis, & etiam firmitatis.parte 1. 104.F.Item parte 2.159.F.& 308.H.Item. parte 3.437.D. Item parte 4. 141.G.& 405.C.
annulo ſignabantur literę regis.Ibidem.
annuli inſtar dicit Origenes Chriſtum de manu patris auulſum &c. Item Annulus liber quidam dictus eſt. Quid de his dicat Hieronymus. Vide parte 4. 141.E.& F.
annus diuiditur in quatuor tempora, ſcilicet ver, æſtatem, autumnum, & hyemem,& quodlibet iſtorum temporum habet certum medium & finem.parte 3. 374.B.
annus ſolaris dicitur, quia ſol complet circumitum trecentis ſexaginta quinque diebus & quadrante. Sed reliqui planetæ annos ſuos complent breuiores & prolixiores &c.parte 1. 26.B.
annus ſolaris excedit annum lunarem in vndecim diebus,parte 4. 316. B.& E.Interline.
annorum inchoationes apud ſingulas gentes diuerſæ exiſtunt. parte 4. 456.F.& 474.B.
anni principium apud Hebræos non ſolum eſt vnum ſed plura, & quomodo.parte 4. 405.D.
annorum duo principia diuerſa apud Hebręos comprobantur. Vnum eſt principium menſis primi. Secundum vero eſt in menſe ſeptimo &c.parte 1. 150.A.
annorum in computo multum diſcordant ſeptuaginta interpretes ab Hebraica veritate, maxime in legalibus libris. parte quarta. 461.A.
anni a principio mundi & dies ſæculi, an & quomodo poſſunt numerari.parte 3. 388.H.
anni ab initio mundi non ſunt numerati certitudinaliter & præciſe, & hoc ideo, quia ſeptuaginta interpretes multo plures annos computant ab initio mundi quàm in libris Hebraicis habeantur &c. parte 3. 387.H.
anni, & tempus quod fluxit ab exitu filiorum Iſrael de Aegypto vſque ad fundationem templi Salomonis ſupputantur. Vbi & tempora, & anni Iudicum enumerantur &c.parte 2. 46. B.C.& 66.C.& 299.C. D.Vide etiam in Templum.
annorum computatio ab initio natiuitatis Iſaac vſque ad annum egreſſionis Iſrael ex Aegypto. parte 1. 65. E.G. & 66. A.B.C. & 125.C. & 148. F. G. H. & folio. 149. A. B. C. Item parte 6. 175.H.
anni a diluuio vſque ad natiuitatem Iacob ſupputantur. parte prima. 84.C.
annus egreſſionis Iſrael de Aegypto an fuerit ſolaris vel lunaris, & an luna decimaquarta in æquinoctio vernali &c. parte prima. 328.A.
anni nongenti vel circiter fluxerunt a fabricatione vituli vſque ad captiuitatem Babylonis, & multo plures fuerunt anni vſque ad captiuitatem factam per Romanos,quæ fuit anno.xlij. poſt paſſionem Chriſti.parte 1. 200.D.
anni quadraginta fluxerunt ab egreſſu Iſrael de terra Aegypti vſque ad ingreſſum terræ promiſſionis. parte 3. 200.C.
anni qui a principatu Iepte vſque ad fundationem templi Salomonis fluxerunt quomodo computantur.parte 2. 46.F.
anni ſeptuaginta fluxerunt ſecundum Hebręos a tranſmigratione Ioachim vſque ad primum annum Cyri.parte 4. 149.G.
anni ſeptuaginta captiuitatis & liberationis Iſrael quando inceperunt, & quando terminati fuerunt, ſunt tres opiniones. parte ſecunda. 240.F.
anni quadringenti & viginti fluxerunt ſecundum Hebræos a conſummatione templi ſecundi vſque ad deſtructionem eius per Titum & Veſpaſianum, & multo plures ſecundum Latinos. parte 2. 242.G.
annus ſeptimus, remiſſionis annus in lege dicebatur,quare & quorum: Et ad quid a Deo fuit inſtitutus, & quib. priuilegijs dotatus.parte 1. 347.C & 348.C.D.E.F.& G.
anno ſeptimo quare terra non colebatur nec ſeminabatur. Vide in Seminare.
annus quinquageſimus. Vide in Iubileus.Et etiam in Quinquageſimus numerus.
annus iubileus. Vide in Iubileus.
annorum diſſonantia in regnis regum Hebraicorum ſoluitur quinque modis.parte 2. 152.F.
annus regni primus alicuius regis dupliciter accipitur in ſcriptura. Vno modo, quando ſimpliciter incipit regnare. Alio modo denominatur primus annus,ab aliquo facto notabili parte 2.224. G.& 228.F.
annus quomodo accipitur in Daniele, an pro lunari vel ſolari &c. parte 4. 316.B. Vide in Hebdomada.
annus quo Ieruſalem reædificari permiſſa eſt, memorabilis eſt, & olim prophetia Danielis præſignatus.parte 1. 255.E.
annus triceſimus ſicut in hominibus, ita in pecudibus & iumentis annus tertius, robuſtiſſimus eſt. parte quarta. 35. E.& folio 170.A.
anno triceſimo Chriſtus baptizatur, facit miracula, docet, vt reprimat temerarios qui omnem ætatem ad hæc officia idoneam credunt.parte 5. 135.B.
annus viſitationis domini dicitur correctio & cruciatus peccantis. parte 4. 142.E.
annus pro die imputabitur. Timeo, inquit Origenes, hoc myſterium diſcutere: video enim quòd in hoc comprehenditur ratio peccatorum & pœnarum &c.parte 1. 188.A.
annus renouationis datæ,incipit in Italia a natiuitate domini. In Francia uero ab eius reſurrectione.parte 4. 474.B.
annum magnum dixerunt quidam philoſophi,qui complendus eſſet in triginta ſex milibus annorum &c. parte 3. 21. D. & 33. G. Item parte 6. 59. B.
annus in ſcripturis ſolet vocari totum tempus noſtræ ſalutis, quo pro æterna retributione certamus. parte prima. 191. B. & 195. F. & 213.A.
annus quia omnes horas in ſe habet, & dies & menſes & circumitus omnes, perfectionem ſignificat.parte 1. 259.B.
annus dicitur ſuperna gratia,cuius dies, virtutes, vel dicitur multitudo redemptorum,cuius dies,ſinguli electi.parte 3. 11.C.
annus redditus quis dicitur.parte 2 246.D.

A N T

ante ſignificat quandoque anteceſſionem,quandoque aſſiſtentiam. parte 3. 313.D.
anthropomorphitarum hæreſis inter Iudæos quoſdam, & etiam inter Chriſtianos fuit &c.parte 4. 106.D.& 113.A.
antichriſti regnum quodammodo pertinet ad regnum Romanum de quo orietur,quis & qualis erit.parte 4. 314.C.& D.
antichriſtus & miniſtri eius,quanto tempore regnabunt,quomodo interficientur,& per quem,quanta tribulatio &c. parte 6.112. E. Item parte 4. 265.B.& C.
antichriſtus conſurget de gente modica id eſt de populo Iudæorum, tam humilis atque deſpectus, vt ei non detur honor regius, parte 4. 324.A.& F.
antichriſtum per Dan ſignari putant, quem de hac tribu naſciturum æſtimant,parte 1.375.E.Item parte 2. 53.D.
antichriſti ortus,eius præcurſores,ipſius progreſſus, & eiuſdem finalis deiectio &c.parte 2. 53.G.
antichriſtus vbi naſcetur, & qualis eius conuerſatio &c.parte 2. 28. C. Item parte 6. 114.F.
antichriſti tempora quando incipient,& anni ſui regni,quando & quomodo accipiendi ſunt.parte 4. 327.H.
antichriſtus habebit dæmonem priuatũ,qui a Deo permiſſus faciet multa miracula ad eius nutum pro ſubuerſione fidelium.parte 6. 115.C.
antichriſtus erit totaliter a dæmone obſeſſus,& opera eius fient virtute dæmonis,parte 4. 49.G.
antichriſtum omnium hypocritarum caput, Iudæa exigentibus meritis accipiet, quia ſuper ſe verum regem regnare noluit. parte 3. 65.B.
antichriſto ſubijcientur in primis rex Affricæ, Aegypti, Aethiopiæ. parte 4. 310.A.
antichriſtus tanta faciet miracula, vt ab aliquibus credatur Deus, & tamen erit homo purus.parte 4. 310.C.




VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

antichriſtus caſtitatem ſimulabit, vt melius decipiat. parte 4. 315.F. Sed non erit. Ibidem. H.

antichriſtus erit perſequutor eccleſiæ, ſicut Antiochus perſequutor fuit ſynagogæ. Et erit ſine comparatione maior perſequutor eccleſiæ, & multo plures per eum a fide auertentur, & multo plures in fide ſtantes cruciabuntur quam per Antiochum. parte quarta. 325.G.

antichriſtus tanta tunc ſigna demonſtraturus, & crudelia ac dura facturus eſt, ut ad ſtuporem perducat quos in fine mundi inuenerit. parte 3. 40.A.

In Antichriſtum diabolus veniens tantæ virtutis apparebit, vt ſi ſupernum adiutorium deſit, & prædicantium acumen obtundat, & longanimitatem patientium deſtruat. parte 3. 80.G.

antichriſtus præmittet prophetas ſuos loquentes in ſpiritu diabolico. ſicut & Chriſtus præmiſit apoſtolos loquentes in ſpiritusancto. parte 6. 110.D.

antichriſti tempore tanta erit tribulatio, quòd videbitur aliquibus de eccleſia, quod fides catholica debeat totaliter deficere. parte 3. 237.C.

antichriſti tempore tanta eſt futura perſequutio eccleſiæ, vt videatur Deus eam deſeruiſſe. parte 3. 100.G.

antichriſtus erit maximę crudelitatis aduerſus iuſtos, & nullum opus pietatis exhibebit. parte 4. 418.G.

antichriſti tempore officium eccleſiæ ceſſabit. parte 3. 58.D.

antichriſti principalis & propria nequitia conſiſtit in negando Chriſtũ eſſe Deum, & reſtaurare attentabit legem pentatheucam: ſcilicet legis ceremonialia: & iudicialia. & huiuſmodi. par. 3. 160.F.

antichriſtus futurus fautor huius erroris fiet, vt videtur, quòd diuina prouidentia non ſe extendat ad illa inferiora. parte tertia. 100.F.

antichriſti malitię prudentes ſeculi peruerſis conſilijs inhærentes, quaſi palpebræ ſunt diluculi &c. parte 3. 80.C.

antichriſtus qui amarus eſt electis & contemptus, ſuauis per dona & miracula eſt reprobis. parte 3. 45.A.

antichriſtus dona donabit, & terram exercitui ſuo diuidet &c. parte 4. 326. per totum.

antichriſti tribulatio ad quid ordinabitur principaliter. parte 4. 87.F. Et 151 D.

antichriſtus adhærentibus ſibi laxabit habenas concupiſcentiæ. parte 4. 42.H.

antichriſti violentiæ fideles per corporalem defenſionem reſiſtere non poſſunt, ſed tantum per patientiæ virtutem. parte quarta. 354.D.

antichriſti perſecutio aliquando accipitur ſtricte, & aliquando large. & horum declaratio. parte 4. 314.F.

antichriſti timor amouetur duplici ratione. parte 4. 87.C.

antichriſti & ſui exercitus deiectio quare fiet. parte quarta. 166.C. Et 421.C.

antichriſtus fulminabitur per Michaelem archangelum Chriſto præcipiente, & etiam maxima pars ſui exercitus peribit. parte 6. 270.H.

antichriſtus ubi occidetur. parte 6. 115.B.

antichriſti ſepultura. parte 4. 265.G.& H.

antichriſti miniſtri an poſt eius obitum ſecuros credentes ſe &c. feſta facient, ducentes vxores, & facientes conuiuia &c. Hoc improbatur, & illa improbatio reprobatur. parte 6. 112. E. Et 113. F.G.& H.

antichriſto mortuo quantum temporis reſtabit ad iudicium finale. parte 4. 265.F.& G.

antichriſto mortuo non erit neceſſarius uſus armorum & equorum, quia tanta erit pax. parte 4. 422.D.

antichriſti mors figurata fuit per mortem Antiochi Epiphanis. parte 4. 471.H.

antichriſtus & membra eius Philiſtæis & alijs æquiparantur. parte 4. 268.B.

antichriſtus & diſcipuli eius ſignificantur per mare Ægypti. parte 4. 29.H.

antichriſti figuram gerit Barrabas. parte 5. 180.A. Et 84.A.

antichriſtus poteſt intelligi abominationis nomine. parte quinta. 113.E.

antichriſtus ſignificatur per Gog. parte 6. folio 270. H. Vide etiam in Gog.

antichriſtus ſignificatur per regem Sennacherib, & quare. parte 4. 60. D. Et 386.D.

antichriſtus ſignificatur per ſtatuam quam uidit Nabuchodonoſor, qui grauius cęteris populum Dei afflicturus eſt per quatuor: & quæ illa ſunt. parte 4. 296.D.

antichriſti figuram habet Antiochus Epiphanes. parte 4. 325. per totum Et ſignanter. F. G. Et iterum ad longum 430. F. &c. Et 435. E. F. Et 442.B. Et 467.B.

antichriſtus dicitur ſuperbus, & quare. parte 4. 392.B.

antichriſtus ſignificatur per regem Aſſur, & quare. parte 4. 26.D.

antichriſtus ſignificatur per rhamnum, quia exiet ignis de rhamno. i. iniquitas de Antichriſto parte 2. 43.B.

antichriſtus ſignificatur per Holofernem. parte 2. 294.A.

antichriſti (per Vehemoth ſignificati) cauda cedro comparatur & quare. parte 3. 77.E.

antichriſtum volebant quidam fuiſſe Neronem, & quare. parte 6. 114. F. Item parte 4. 325.A. Et 430.F.

antichriſti dicuntur omnes mali Catholici. Si negatio non tantum lingua ſit, ſed etiam factis, certè multos inuenimus Antichriſtos, parte 6. 129.A.

antichriſtus eſt, quicunque negat Chriſtum factis. parte 6. 129.A.

antichriſti omnes hæretici, omnes qui fidem quam confitentur verbis, deſtruunt actibus, omnes Chriſto contrarij, qui futuro ſuo capiti teſtimonium reddunt quia myſterium iniquitatis iam operatur parte 6. 230.B.

antidotus apud medicos noxios humores temperans, ex amaritudine nominatur, quæ dulcis oſtenditur reſtituens ſanitatem. parte 1. 322.F.

antiochia ciuitas a quo edificata nominata eſt. parte 5. F. 121. & Hebræus dicit. Sedechias cæcatus eſt in Reblata id eſt Antiochia. parte 4. 393.A.

antiochię duæ ſunt, Vna in Syria a Seleuco rege condita, quæ Reblata ante vocabatur, in qua primo cognominati ſunt diſcipuli, Chriſtiani. Altera eſt in prouincia Perſidis. parte 6. 188.B.

antiochenæ eccleſiæ primus patriarcha fuit beatus Petrus. parte 6. 249.B.

antiochi magni poſteritas, in figura oſtenditur oculariter. parte quarta. 429. &c. per totum.

antiochus Epiphanes qui anno. cxliij. a Seleuco regnauit in Syria, ingreſſus Ieroſolimam, vniuerſam vaſtauit &c. & poſt ſtatuam Iouis in templo poſuit. parte 4. 313. A. C. D. E. Et dicitur impudens facie. parte 4. 314.B. Et 325.F. Et 327.A. Et 430.B.

antiochi Epiphanis calliditas & malitia enumeratur, ſpoliator Aegypti fuit, Legati Romani ab obſidione licèt inuitum eum cedere minis coegerunt, & quomodo Ieruſalem & templum enormiſſime ſpoliauit, prophanauit &c. parte 4. 430. per totum.

antiochus fœdus pepigit cum Iſraelitis, & iurauit illis & principes eius, ſed rupit iuſiurandum, quomodo, & quàm proditorie. parte 4. 443.F.& G.

antiochus exercitum aduerſus Parthos ducens, luxuriæ non minor apparatus quàm militiæ fuit. Nam octo milia armatorum ſecuta ſunt, trecenta milia lixarum, e quibus cocorum piſtorumque maior numerus fuit. Argenti & auri tantum vt &c. parte quarta. 457.F.& G.

antiochus Epiphanes qua morte & ubi obijt. parte quarta. 442. A. Et 461.E.

antiphonæ ſacramentales ante natale, ſcilicet. O adonai &c. ſunt ſeptimi & ſecundi toni: Et quare, & quid myſterii continent. parte 3. 267.F.

antonius collega Auguſti Cæſaris, amore Cleopatræ reginæ Aegypti captus, repudiauit vxorem ſuam Auguſti ſororem, & Cleopatram accepit, & Auguſto bellum indixit, a quo tamen captus &c. parte 4. 39.F.

antonius anachoreta, quem cum ciues vellent rapere, & epiſcopum ſibi conſtituere, ſecuit ſibi aurem ſiniſtram, & quare, quem tamen Theophilus epiſcopus elegit dicens: Ego autem ſi dederitis mihi aliquem auribus truncatum, ſed moribus probum: non dubito eum epiſcopum facere. Hoc tamen modo non obſeruatur. parte 5. 89.D.

A N X

anxietas animi quid eſt, & vnde prouenit. parte 5. 80.C.D.

anxiatę animæ, doloris eſt augmentum: quia in quo ſperat, differt auxilium. parte 4. 183.G. circa med.

anxietas & anguſtia tempore perſecutionis Antichriſti, futura Chriſti fidelibus, deſignatur per maſculum parientem id eſt generantem. parte 4. 151.C.

A P

apertionis ianuæ cœleſtis duplex ratio. parte 4. 49.C. Et etiam dicitur de clauſura eius. Clauditur enim iniuſtis ſimpliciter, aliquibus ad tempus &c. Ibidem. F.

apertio oculorum Adæ & Euæ fuit ſolum mentalis, qua cognouerunt ſuam nuditatem eſſe confuſibilem propter ſuam transgreſſionem ſcilicet præcepti diuini. parte 1. 41.H.

aperuit vnus militum latus eius &c. Aperuit, quare dixit euangeliſta. parte 2. 134.E. Et 248.F.

apex literæ & quid ſignificat. parte 5. 20.A.

A P H

aphrica a quo, & quomodo nomen ſortita eſt. parte 2. 190.F.

aphricus eſt ventus tempeſtuoſus generans turbinem: fulgura & tonitura, quæ ſunt valde terribilia. parte 4. 41. H.

aphricus ventus vbi flat. parte quarta. folio. 41. H. Item parte 6. 206 E.G.

A P I

apis laudabile animal in ſcripturis eſt, cuius laboribus & reges mediocres ad ſanitatem vtuntur. parte 1. 324.D.

apes quando aliquid perſequuntur, volando turmatim hoc faciunt. parte 1. 331.H.

apes quæ abhorrent fœtida, quomodo mellificauerant in ore leonis, quem Sanſon dilacerauit. parte 2. 49.H.

apis apud Aegyptios maximum numen reputabatur. Et apparebat in ſpecie tauri &c. parte 1. 140. G. Et 141. A. B. clarius. Et 198. A. Et 216.D.

A P O

apocalypſis liber quatuor habet conditiones, & explicantur. parte 6. 839.B.& C.

apocalypſis vt Hieronymus ait, omnis ille liber aut ſpiritualiter intelligendus, vt nos æſtimamus, aut ſi carnalem interpretationem ſequimur, iudaicis fabulis acquieſcendum ſit, ut rurſum ædificetur Ieruſalem, & hoſtiæ offerantur in templo &c. parte 6. 60.A.

apocryphus vnde dicitur. Et quot & qui libri apocryphi cenſeantur. apud Hebræos de veteri Teſtamento. parte 2. 2. B. Item parte 1. 2.A. Et 20.F.

apolinaris hæreticus dixit, quòd verbum aſſumpſit carnem, quia ſecundum ipſum aſſumpſit animam ſenſitiuam. non autem intellectiuam: Sed improbatur. parte 5. 187. H. Item parte 6. 138. E. Et 275.G.

apollinariſtæ hæretici vnde acceperunt occaſionem, dicentes, animam non habuiſſe Ieſum. parte 1. 261.B.

apolonius, multi hoc nomine nuncupati ſunt, qui etiam viri ſtudioſi. & multarum ſcientiarum fuerunt. parte 1. 10.G.

A P O S T

apoſtata eſt qui fide recedit a Deo: Sic qui ad peruerſum opus redit, etiam ſi fidem tenuerit. Parte 4. 214.A.

apoſtatæ de quolibet ſtatu, magis formidandi ſunt illis a quibus receſſerunt, quàm alij aduerſarij. parte 4. 162.B.

apoſtatas

apoſtatas cum quiſque arguit & damnabiles oſtendit, in timore debet arguere, & quare. parte 6. 239.A.

apoſtaſiæ tanta eſt grauitas, quòd vix poteſt homo ad bonum reparari. parte 3. 315.G.

apoſtaſia quædã a Deo, eſt in omni peccato mortali, & maxime in peccatis enormibus. parte 3. 315.G.

apoſtaſia maior non eſt quàm creaturam a creatore recedere, quæ merito aſcribitur ſuperbiæ. &c. parte 3. 397 A.

apoſtaſiæ culpam ſuperbus rector totiens incurrit, quotiens præeſſe hominibus delectatur, & honoris ſui ſingularitate lętatur. parte 3. 64. E.

ad apoſtaſiam ſiue idololatriam hominum mentes allicientes, aut vanis proſperitatum promiſſionibus blandientes, ſignificantur per fundibularios & ſagittarios, & quare. parte 4. folio 446. A.

apoſtatæ a fide, vel a religione, ſeu a ſocietate ciuitatis, vel regni, qui iungunt ſe cum aduerſarijs communitatum, vt poſſint eis inferre maius malum, ſignificantur per. &cætera. parte 4. 442.H.

apoſtatæ qui poſt perceptam fidem, religionem Chriſtianam blaſphemant, & eccleſiaſtico detrahunt cultui, per quem ſignificantur. parte 4. 444.B.E.

apoſtata in fide, qui uiam Chriſti & apoſtolorum deſerit, vel apoſtata in religione, qui regulam deſerit a patribus obſeruatam, ſignificatur per Ioram. parte 2. 127.H.

apoſtata a fide, in ſua malitia confirmatus, nititur ſuos fratres ideſt alios fideles trahere ſecum ad infidelitatem, quæ eſt mors ſpiritualis. parte 1. 228.C.

apoſtata a religione ad excuſationem apparentem ſuæ malitiæ, nititur fratres illius religionis diffamare ac ſcandalizare &cætc. Ibidem.

apoſtatæ aluus dolore percutitur, quando mens eius peſſima machinatur: Et tunc huiuſmodi dolor eſt inſanabilis, quando vſque ad mortem perſeuerat in machinationibus illis. Ibidem.

apoſtata de religione non ſolum ſuſtinet excommunicationem & aculeum conſcientiæ pungentem, ſed etiam corporalem pęnam maiorem quàm in religione. parte 2. 295.A.

apoſtatæ ſignificantur per ſidera errantia. parte 4. 223.H. Item parte 6. 238 E.

apoſtema plus affligit clauſum quàm poſt apertionem, per quam ſanies defluit & euacuatur. Applicatur ad anxiatum amicum &c. parte 2. 86.D.

apoſtoli omnes fuerunt fere de regno decem tribuum. parte quarta 416.C. circa princ.

apoſtoli vocati ſunt per Chriſtum uaria uocatione. parte 5. 17. A.B.C. D. Et 139.D. Et. 91.F.G.

apoſtoli ante vocationem viuebant mundialiter, ſicut cæteri homines. parte 5. 234.H.

apoſtoli erant quaſi fundatores eccleſiæ poſt Chriſtum. parte 2. 24. H. Item parte 5, 44.B. Item parte 6. 273. D. Item fundamenta eccleſiæ. parte 4. 53.B.

apoſtoli quidquid habebant & habere poterant, expoſuerant pro ſpirituali ædificio eccleſiæ: Et de hoc figura. parte ſecunda. 244.D.

apoſtolis qui fuerunt prædicatores euangelij Deus dedit clariorem ſui cognitionem: quàm patribus veteris teſtamenti. parte prima. 135.H.

apoſtolis non minus credendum eſt, quàm prophetis, immo magis. &cætera. parte 4. 269. B. Item parte 6. 217. H. Et 124.G.

apoſtolos maiora prophetis noſſe declarat dominus, dicens: Multi prophetæ. &c. Et poſt aſcenſionem &c. In futuro quo maius promittit &c. parte 1. 177.C.

apoſtolorum catalogus per nomina ſingulorum ponitur, & quare. parte 5. 35 E.G.

apoſtolorum nomina ſingulorum interpretantur. parte quinta. 35.E.F.

apoſtoli duodecim a domino eliguntur, ſed adduntur Iacobus frater domini & Paulus, & ſic quatuordecim erunt. parte 6. 210.A.

apoſtoli vndecim Iuda reprobato, per quos prædicatum eſt euangelium Chriſti in mundo, ſignificantur per vndecim dies. parte 1, 329.E.

apoſtoli ſunt ſcribæ & notarij Chriſti. parte 5. 46.G.

apoſtoli ſunt maiores eccleſiæ miniſtri, ad quorum officia tria pertinent. parte 6. 53.F.& G.

apoſtoli & alij diſcipuli Chriſti qui nullius erant reputationis, eleuati ſunt per illuminationes diuinas, & operationes miraculoſas: & ſacerdotes & ſcribæ, qui erant magnæ reputationis & autoritatis, ſunt annihilati per excæcationem, & tandem per occiſionem in deſtructione ciuitatis per Romanos. parte quarta. 55. D

apoſtolorum gloria in quo fuit. parte 6. 69.A.& E

apoſtoli per domini gratiam ad culmen honoris electi ſunt: ſed tamen à peccatoribus multas perpeſſi ſunt tentationes atque iniurias. Et ſunt ſignificati per filios Matathiæ &c. parte 4. 432.F

apoſtolis nullus de gentilitate renatus in Chriſto præpoſitus eſt in donis gratiæ & gloriæ, ſed magis econuerſo, qui renati ſunt de Iudæa primum locum obtinent, quorum eccleſia ſequitur autoritatem. parte 1. 355.A

apoſtoli tres erant magis familiares ipſi Chriſto, & ad eius ſecreta admittebantur magis quam alij. parte 5. 53.G.

apoſtolos tres aſſumpſit ad montem Thabor in traſfiguratione Chriſtus, ſciens meritorum cognitor perfectiores fuiſſe cęteris illos. parte 5. 149.F.

apoſtoli prædicando legem euangelicam, obſcuritates prophetiarum aperuerunt, & declarauerunt eas in Chriſto eſſe impletas. parte 4. 23.C.

apoſtoli certius uerba euangelij ab ipſo nouerunt, ſed gentiles ab erroribus ad veritatem euangelij conuerſi, certius gentium errores nouerunt. & ideo ſubtilius expugnauerunt. parte ſecunda. 215.A.

apoſtoli gloriam filij Dei humanati quaſi naturaliter procedentis a Deo patre, viderunt, & hoc multis modis. parte 5. 183.B.

apoſtoli duplici modo videndi habuerunt notitiam verbi incarnati. parte 5. 188.B.

apoſtolis quando lex noua data eſt. parte 6. 148. F.

apoſtoli & euangeliſtæ ſępe cum aliquod teſtimonium aſſumunt magis ſenſum quàm verba ponunt. parte 3. 243. C. Et 231.G. Item parte 4. 54.A. Et 152.A. Et 426 C. Item parte 5. 99. E. Item parte 6. 5.B. Et 113.B. Et 234.H.

apoſtolis multa de futuris reuelata fuerunt per ſpiritum ſanctum. parte 5. 232.G.

apoſtolorum ſollicita promptitudo aliorumque diſcipulorum ad implendum Chriſti mandatum figuratur per curſores Ezechiæ regis. &c. parte 2. 233. G.

apoſtoli Chriſti miracula uidentes, ſtupebant magnitudine virtutum, ſed diuinæ maieſtatis veritatem non cognoſcebant. parte 5. 102.B.

apoſtolorum prædicatio fuit virtuoſa ex duobus. parte 6. 173. B. & in fi.

apoſtoli Chriſti vinum fidelibus propinauerunt, propter quod ſaluator de ſeipſo dicit, Ego ſum vitis vera &c. parte 4. 336.C.

apoſtoli domino credentes habuerunt ſpiritumſanctum, ſed pro modulo & menſura &c. parte 5. 209. E.

apoſtoli receperunt ſpiritumſanctum per modum habitus firmiter permanentis, & non paſſionis tranſeuntis parte 5. 228.G.

apoſtolos ex verbis Chriſti intelligimus baptizatos: & ſi non legimus, vbi vel quando. parte 5. 225.A. Item parte 6. 64.B.& C.

apoſtoli non erant baptizati ſpiritu, quando Petrus negauit, ſed aqua. parte 6. 164. C.

apoſtoli humanum quid paſſi, nedum habuerunt cogitationem de maioritate inter eos, ſed etiam de hoc facta eſt inter eos contentio &c. parte 5. 150.F.G.

apoſtoli non excuſantur omnino de peccato veniali, ſicut nec patres veteris teſtamenti. parte 1. 108.F.

apoſtoli aliqui, paſſi aliquod humanum incurrerunt quendam motum turbationis & inuidiæ: & per hoc impediti fuerunt in curatione infirmi oblati. parte 5. 54.G.

apoſtoli quatuor ſynodos habuerunt, & de quibus. parte 6. folio 200.E.

apoſtoli quare ex præcepto diuino vna tunica iuſſi ſunt eſſe contenti, cum pontifex vete. le. duabus tunicis veſtiri præcipiebatur. parte 1. 227. E.

apoſtolis quare pręcepit Chriſtus, ne eum euangelizarent Dei filium ante paſſionem ſuam. parte 5. 149.E. Et 150.C.

apoſtoli per ſubiectos ſibi diſcipulos, verbi diuini ſemina per mundum ſparſerunt, & quomodo. De hoc figura. parte 2. 229.F.

apoſtoli magis occupabant ſe circa prædicationem & per ſuos diſcipulos baptizabant, & quare. parte 6. 34. F.

apoſtolorum vnicuique partitum erat ad quos in prædicatione dirigeretur &c. De quorum fide gloriarentur. parte 6. 73.E.& F.

apoſtolorum & doctorum primitiuæ eccleſię perfectio in hoc fuit quòd in breui tempore per orbem publicauerunt fidem Chriſtianam &c. parte 4. 470. D.

apoſtolorum tempore publicatum fuiſſe euangelium per orbem vniuerſum oſtenditur. parte 6. 24.B. Et 104.C.

apoſtolorum prædicatione idola deſtructa ſunt, & prophetia Dæmonum, & diuinatio magorum ad nihilum deuenerunt. parte 4. 80.B.

apoſtolorum incredulitatem quare Chriſtus increpauit recedens ab eis. parte 5. 120.H.

apoſtoli dicti ſunt beati, quia in eis fuit completum quod ſanctis patribus fuit promiſſum. parte 5. 44.H.

apoſtolorum tranſitus ad prædicandum gentibus ſignificatur per tranſitum domini in Ægyptum. parte 5. 13.C.

apoſtoli dicuntur pedes domini. parte 4. 98.E.

apoſtoli per columnas duas ſignificantur: & quare. parte ſecunda. 139.A.

apoſtoli, euangeliſtæ, & prophetæ. per quos nobis forma fidei & rectæ operationis miniſtratur, per portas & turres ſignificantur. parte 2. 258.C.

apoſtolus & prædicator quomodo differunt. parte 6. 118.H.

apoſtoli dicuntur nubes, & quare. parte 1. 376.A.

apoſtoli dicuntur venti. parte 4. 175.F.

apoſtoli dicuntur rotæ, quia ſumma celeritate mundum prædicando peragrauerunt. parte 4. 310.B.

apoſtoli duodecim ſignificantur per duodecim præfectos Salomonis. parte 2. 130.D.

apoſtoli ſignificantur per duodecim fontes, & ſeptuaginta diſcipuli per ſeptuaginta palmas. parte 3. 256. E. Item parte 1. 156. A. Et 265. H. Et 322.H.

apoſtoli alijque diſcipuli Chriſti per ſemen regium poſſunt intelligi quod Iudæa uoluit interficere &c. Et de hoc figura. parte 2. 171.D.

apoſtoli dicuntur vermes. parte 4. 72.E.

apoſtoli multo ante excidium Iudææ omnes ad prædicandum euangelium per totum orbem ſunt diſperſi exceptis &c. parte quinta. 113.E.

apoſtoli duo in Iudæa interfecti ſunt ante diſperſionem eorundem in vniuerſum mundum. parte quinta. folio 73. F. G. Et 113.E.

apoſtolorum diſcurſus aſſimilatur nubibus, & etiam columbis. parte 4. 99.C.D. Item parte 3. 179.G.

apoſtoli calciati id eſt ſecure & ſine impedimento prædicantes, vt libere poſſent diſcurrere ad vltimas partes Ægypti, Romanorum virtute pacati, Nilus diuiſus & in partes cæſus dicitur. Ante natiuitatem domini non licebat de gente in gentem tranſire

quod




VNiVERSiDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

quod poſt paſſionem eius licuit,domino euangelio viam præparante. parte 4. 29.F.
apoſtoli dicuntur ſacerdotes orantes.parte 4. 461.H.
apoſtoli duodecim lapidibus præcioſis adaptantur . parte 6. folio 273.D.
apoſtoli dicuntur muri,& quare.parte 4. 100.E.&G.
apoſtoli dicuntur brachia corporis eccleſiæ,ſicut & Chriſtus dicitur caput eius.parte 4. 86.E.
apoſtoli dicuntur reges,quia peccati regnum expulerunt, & iuſtitiæ regnum in membris ſuis poſuerunt.parte 1. 300.D.
apoſtoli dicuntur reges,qui perſcrutantur alta Dei & eccleſias regunt, Ibidem.D.
apoſtoli dicuntur prophetarum filij.parte 3. 53.B.
apoſtoli & prophetæ dicuntur alæ uel fines terræ , & quare , parte 4. 47.A.
apoſtoli ſunt fores ſanctæ eccleſię, per quos debet ingredi aulam cœli omnis cœtus ſanctorum & maxime præpoſitorum , ut,ſ.eos imitentur,& eorum veſtigia ſequantur.parte 1. 213.B.
apoſtoli & euangeliſtæ fodientes puteum,nouum teſtamentum,inuenerunt aquam ſalientem in uitam eternam , & per quem ſignificantur &c.parte 1. 86.E.
apoſtoli dicuntur montes, parte 4. 144.F.
apoſtoli ſynagogæ carne editi , per ſtruthionis oua deſignantur . parte 3. 75.E.
apoſtoli dicti ſunt filij Iacob & Iſrael,eo quòd a Chriſto vocati ſunt prę cæteris tempore & dignitate.parte 4. 381.H.
apoſtoli cœli dicuntur,& quare.parte 3. 111.F.
apoſtolorum vel quorumlibet prædicatorum vox dicitur turturis vox,& quare.parte 3. 358.F.
apoſtoli & prædicatores noui teſtamenti dicũtur uiri miſericordię &c, parte 3. 432.E.
apoſtoli & diſcipuli a Chriſto miſſi ad prædicandum per mundum , ſignificantur per exploratores a Ioſue miſſos ad explorandum Iericho.parte 2. 5.D.
apoſtoli duodecim ſignificantur per duodecim principes exiſtentes cum rege Dauid per ſingulos menſes ſucceſſiue , parte ſecunda, 211.H.
apoſtoli alijque diſcipuli & eorum ſucceſſores,euangelium Chriſti per orbem prædicantes,ſignificantur per ſacerdotes arcam fœderis portantes.parte 2. 6.H.
apoſtoli dicuntur ſeniores, qui cum Ieſu uel poſt Ieſum fuerunt. parte 2. 33.B.
apoſtolos vocat Mahumetus viros dealbatos.parte 6. 249.B.
apoſtoli deſignantur per duodecim panes in menſa tabernaculorum, parte 1. 257.A.
apoſtoli deſignantur per Zabulon & Iſachar , qui in Galilea poſſeſſionem acceperunt.parte 1. 374.H.
apoſtoli quatuor epiſtolas ſcribentes ſunt figurati in multis quaternitatibus.parte 6. 209 A.
apoſtolorum uerba ſunt panes , lagana prophetarum , & quare. Vtrique autem ſine fermento ſcientiæ ſæcularis &c. parte prima. 217.B.
apoſtoli aut apoſtolici uiri vbicunque loquuntur ad populos his teſtimonijs abutuntur , quæ iam fuerant in gentibus diuulgata &c.parte 1. 113 E.
apoſtoli ſignificantur per principes iuxta tabernaculum caſtrametantes &c.parte 1. 268. C.Et 275.H,Et 276.A.
apoſtoli & euangeliſtæ dicuntur cœli, propter vnitatem fidei & doctrinæ.parte 3. 374 E.
apoſtoli filios ſpirituales in eccleſia genuerunt.Vnde per fratrem defunctũ ſine liberis,qui ſuſcitare tenebatur ſemen fratris ſui,fuerunt figurati : ſic & eorum ſucceſſores ad generandum filios ſpirituales in eccleſia ſunt obligati.parte 1. 361.H.
Omnis apoſtolici & euangelici ſermonis initium in propheticis libris initium præſignatur & finis , omnis apoſtolorum & ſucceſſorum uita myſticis ueteris Teſtamenti incerta eſt paginis.parte 1. 183 .C.
apoſtolicæ conſuetudinis eſt,vt quidquid viderint vtile audientibus, & non repugnare præſentibus,de teſtimonijs alterius temporis confirment,parte 4. 355.F.

A P P

apparatus ex parte regalium ſemper eſt cum ira & cupiditate,cum multitudine ſuperba & poteſtate , apparatus autem Iudæorum ſemper fuit cum oratione & humilitate , & cum Dei fiducia & pietate.parte 4. 435.G.
apparitiones frequenter fiunt exterius. ad deſignandum diſpoſitionem hominis interius,cui fit apparitio.parte 1. 67.F.G.
apparitiones fiunt communiter ſecundum diſpoſitionem interiorem ipſorum quibus fiunt.parte 5. 102.B.
apparent angeli boni & mali, ſed differenter in principio & fine . parte 5. 123.E.
apparationes angelorum in corporibus aſſumptis fiunt ſecundum proprietatem legationum ad quæ mittuntur . parte ſecunda . 282.D.
apparitiones angelorum ſunt ad aliquid ſignificandum,ideo formantur ſecundum conuenientiam ad illud , quia aliquando dicuntur Deus, aliquando angeli nominantur:quia Dei perſonam reprę ſentant,& in eius perſona loquuntur, parte 6. 197.C.
apparitio dæmonum , qua apparent ſuis cultoribus,fit per abſtractionẽ a ſenſibus,& cum aliqua horribili paſſione corporis . Et hoc fit Dei prouidentia ut &c.parte 3. 304.F.
apparitiones dæmonum communiter magis fiunt in tenebris & in ſolitudine , quàm in luce uel ſocietate , & quare , parte prima. 304.F.
apparuit Chriſtus poſt reſurrectionem ,quotiens & quibus . parte 5. 828.
apparere quod turpe eſt turpius eſt eſſe. Et quod formoſum eſt apparere,formoſius eſt eſſe.parte 5. 172.D.
appellare licitum eſt ab inferioribus iudicibus eccleſiaſticis ad ſummum pontificem , & ab inferioribus principibus & iudicibus ſecularibus ad regem ſeu imperatorem. & vnde hoc originem accepit.parte 1. 350.C.
appetitus quid eſt & quotuplex eſt.parte 6. 67.H.
appetitus in homine eſt duplex , ſcilicet ſenſitiuus , & intellectiuus, & uterque aliquando nominatur voluntas large loquendo , quia ſolus intellectus dicitur voluntas.parte 5. 243.G.
appetitus intellectiuus & ſenſitiuus fratres dicuntur, & tamen frequenter ſenſitiuus eſt potentior,& trahit ad ſe intellectiuum, quamuis intellectiuus deberet dominari.parte 1. 96.D.
appetitus eſt duplex.ſcilicet naturalis & gratiæ. Primus inclinat ad conſeruandum vnionem animæ cum corpore & diſſolutionem refugit : Appetitus autem gratiæ inclinat ad conſequutionem gloriæ &c. parte 6. 66.H.
appetitus carnalis dicitur arcus fortis , qui ſæpe in hominibus modicæ virtutis tendit ad extra ad ſuum concupiſcibile,tanquam arcus proijciens ſagittam ad ſignum.parte 1. 120.E.
appetitum gulæ temperare a potu & epulis , & a delectationibus & molliſſimis ſuauitatibus coercere &c.abſtinentiæ & crucis genus eſt parte 5. 53.C.
appetimus ardentius,quo potiti nondum ſumus . parte 4. 112.E.
appetitus hominis non quieſcit totaliter in adeptione cuiuſlibet boni finiti &c. ſed ſolum in adeptione boni infiniti , quod eſt ſolus Deus. parte 1. 34.H.
appetitus malorum radicatur in bono ſenſibili , quod habet modicum de bonitate,& ſic eius appetibilitas cito tranſit,& eius adeptio faſtidium inducit,parte 3. 136.G.
appetitus felicitatis ſummæ, procedit ex amore mutuo Dei & creaturæ rationalis.parte 3. 355.B.
appetitus uindictæ uitari ex duobus poteſt , quæ ſunt contentio in aperto,& detractio in occulto.parte 3. 416.H.
apponi ad populum ſuum,cum dicitur de patribus ueteris Teſtamenti, quomodo intelligendum ſit.parte 1. 12.A.Et 121.A.H.
appropinquare ad Deum qui ſupra ipſum eſt aliquis non poteſt niſi a ſemetipſo deficiat.parte 5. 105.C.
aprilis unde dicitur , & eſt primus menſis apud Hebræos . parte 1. 146.A.
Vide etiam in Menſis.
aprilem eſſe primum menſem apud Hebræos,vt aliqui doctores catholici dicunt,ſtare non poteſt.parte 1. 146 B.
aptitudo potentiæ ad bene operandum politice, ſicut eſt habitus virtutum politicarum, ſic aptitudo animæ ad opera meritoria eſt per habitum gratiæ & uirtutum infuſarum , quas Deus operatur in nobis. parte 6. 162.C.

A Q

aqua habet humorem & vaporem , per humorem conuenit cum piſcibus,per vaporem qui ſurſum eleuatur in aere,conuenit cum auibus. parte 1. 27.B.
aquarum natura bipertitum locum ſortita eſt,inferiorem in unda labili, ſuperiorem in aura flabili. Illum natantibus , hunc uolantibus . parte 1. 27.C.
aquæ ſuperficies huc atque illuc aura impellitur.parte 3. 49.B.C.
aquæ rotunditas poteſt demonſtrari phyſice, ſicut & terræ rotunditas. parte 1. 31.F.
aqua quæ in principio creationis fuit concentrica terræ & uniuerſo,an & quomodo facta ſit ecentrica terræ & concentrica Lunæ, ut apparere poſſet arida,parte 1. 31.G.Et 33.C.& D.
aquarum pars eſt ſuper cælos,pars ſub cælo.parte 1. 322.G.
aquæ ſuperiores & inferiores non mere equiuoce dicuntur , ſed quodammodo quaſi analogice.parte 1. 31.D.Et 33.D.
aquas ſuper cœlum ſidereum eſſe non poſſe aſſerunt quidam , cum earum pondus exigat hoc , ut ſupra terram fluant &c. Sed quoquo modo ibi ſint, ibi eſſe non dubitamus. parte prima . 24. G. Et 27. A. B. & C.
aquas ſuperiores diuiſit firmamentum , ſcilicet cœlum ſidereum ab aquis inferioribus,non ſolum ſecundum locum ſed etiam ſecundum quaſdam proprietates, eſſentialiter conſequentes motum earum , parte 1. 31.D.
aquæ aliquæ ſunt de natura cæleſti,aliquæ de natura elementari . parte 1. 25.B.
aquæ omnes quæ ſub cœlo ſunt, inclinantur ad vnum locum , ſcilicet ad vnum centrum , ſeorſum a centro terræ : ad quod centrum congregantur aquæ , ſicut partes terræ ad centrum terræ. parte 1. 31.G.
aqua & terra licet in ripa maris communiter ſint æqualis altitudinis,tamen procedendo in mare per elongationem a terra , mare ſemper eſt altius terra.parte 1. 31.G.
aquę maris in Oceano,an in medio Oceani altiores ſint, & contra naturam ſuam ſic detineantur.parte 3. 130. F.G.Et 239.H.
aquæ ubi ſunt congregatę, quæ omnes partes terræ vſque ad cœlum texerant &c.parte 1.25.D.E.Item parte 3. 130.G.
aquarum congregatio de qua in operibus ſex dierum agitur, an & quomodo ſit intelligenda per denſitatem earundem,uel per earum receptionem in concauitatibus terræ.par.1. 31.G.H. Et 33.C.& D.
aquarum reuerſio in mare poteſt dupliciter intelligi . parte tertia. 342.F.
aqua quamuis ſit una per continuationem , uocatur tamen plures congregationes aquarum pluraliter propter multifidos ſinus earum. parte 1. 25.E.
aquas dulces,quę mari influunt, dicunt philoſophi,vel ardente ſole conſumi, vel ſalſuginis maris eſſe pabula: Sed aliter eccleſiaſtes dicit &c. parte 3. 342.E.
aquæ inferiores & ſalſæ,ſignificant infideles, concupiſcentiarum & tentationum fluctibus ſeſe quatientes , quæ tunc ſeparantur ab arida , quando infideles coercentur,ne aridam,ideſt animam domini ſitientem conturbent.parte 1. 26.A.
aqua eſt maxime formabilis in res viuas , vnde & ſemina hominum & animalium cæterorum ſunt humida.parte 3. 70.H.
aqua niuis ex aere eſt, ſed aliæ aquæ extra oriuntur,parte 3. 25.G.
aqua per glaciem in ſuperficie dureſcit, ſed intus fluida eſt, &c. parte 3. 72.C.
aqua quando funditur abluit , rigat, & lapſum pedibus facit , parte 3. 114.E.
aquæ uiuæ dicuntur & mortuæ ad ſimilitudinem animalium & plantarum.Inquantum habent in ſe principium ſui motus ſecundum augmentum & decrementum:ut aquæ quæ ſcaturiunt ex fontibus,dicuntur uiuæ. Aquæ uero ciſternales,mortuæ.parte 3. 362. C. Item parte 5. 198. C.Item parte.1. 238. H.Et 241.C.
aqua naturalis tantum aſcendere poteſt quantum deſcendere. Et ſic eſt de aqua ſpirituali,ſcilicet gratia diuina.parte 5. 198.F.
aquę nautarum operatione ſepius illuſtrantur, qui in profundum merſi, miſſo ex ore oleo aquas ſibi illuſtrant.parte 1. 34.C.
aquæ inundantes multis uoluminibus impetu feruntur.parte 3. 12.H.
aqua corporalis deorſum fluit , aqua ſpiritualis ſurſum ſalit , parte 5. 198.E.
aquæ calidæ orientes & exeuntes de terra per modum fontis,cõtrahunt calorem a uenis ſulphureis quæ ibi ſunt , cuiuſmodi fontes in pluribus terris inueniuntur.parte 1. 101.B.
aquas calidas quas termas appellamus,quis primus repperit, & ubi.parte 1. 100H.
aqua in uinum conuerſa,miraculum dicitur,& miramur,cum alia maiora ſint,ſed ex uſu uiluerunt.parte 5. 192.B.
aquæ in uinum conuerſio utrum fuerit Chriſti primum miraculum.parte 5. 194.B.
aqua commiſcetur uino in calice,& quare . parte 6. 50. B. Et ſi aliquando per negligentiam non apponatur,quid tunc. 51.B. C.De iſta materia uide parte 5.206.G.Et 240.A.Item parte 6. 50.H.
In aquis baptiſmalibus purgat uirtus Chriſti paſſi immundicias mentis, & in aquis pœnitentiæ immundicias poſt baptiſmum contractas, parte 1. 296.C.& D.
aquis luſtrationis utebatur populus Iudaicus, dum erat in terra promiſſionis &c. ſed ducto populo in captiuitatem ceſſauit talis emundatio.parte 3. 220.F.
aqua fluminis in Aegypto uerſa eſt in ſanguinem , per quod deſignatur quòd Deus requirebat ab Aegyptijs ſanguinem puerorum in flumine extinctorum. parte 1. 132.D.
aqua omnis Aegypti conuerſa eſt in ſanguinem.parte 1. 138.H.
aquila dicitur rex auium, & uiuit de preda.parte 1. 23.F.& H.
aquila mirabilis eſt in multis &c.parte 3. 76.D.
aquila in rupibus inacceſſis nidum parat , & in medio amethiſtum lapidem (qui omnia uenena fugat ſecundum phyſicos)propter ſerpentes arcendos & quædam alia ſecreta naturæ collocat : Et horum myſticatio.parte 4. 107.E.
aquila plus omnibus beſtijs auibuſque fętus diligit, ut aiunt qui de animantium ſcripſere naturis.parte 4. 107.E.
aquilæ modus ęſt quando portat pullos de loco ad locum , quòd portat eos ſuper dorſum , & quare &c. parte 1.folio. 161. G. Et 377.B.
aquila altius uolat cæteris auibus , & habet tam acutum uiſum , ut in ſublimibus uolans , piſciculos videat in mari natantes &c, parte 4. 371.B.
aquila ſecundum phyſicos ab acumine oculorum eſt uocata,& reliquæ eius proprietates deſcribuntur.parte 1. 369.G.
aquila dum ſenio grauatur , quomodo excutit uetuſtatem . parte 3. 238.A.
aquila tantam præſe fert ſimilitudinem,quanta poteſt eſſe,de re mortali ad immortalitatem.parte 3. 238.A.
aquila in porta templi ciuitatis Ieruſalem fuit poſita per Herodem, ſub quo natus fuit Chriſtus, quod fuit ſolum ad portę decorem & imperij honorem,ſed illam Iudæi zelo legis deiecerunt in terram , propter quod multi occiſi ſunt.parte 4. 9.F.
aquila eſt ſignum Romani imperij.parte 4. 311.C.
aquila ſignum eſt imperij Romani,cuius alæ ſunt duæ, acies duas notantes.parte 6. 258.D.
aquila interpres primus ex Hebræo in Græcum,& quando floruit. parte 3.2,F.Item parte 4. 23.A.
aquilo ventus duriſſimus.parte 4. 248.E.

A R

ar metropolis eſt Moabitarum ſuper ripam torrentis Arnon , olim poſſeſſa a gente ueterrima Emim &c.parte 1. 332.A.

A R A

ara in qualibet erat titulus ſuperſcriptus illius idoli, quod ibi uenerabatur apud Athenienſes.parte 6. 95.B.
arabes ſunt Sarraceni ab Iſmaele & Cedar filio eius deſcendentes , qui melius ab Agar matre ſua , Agareni dicerentur , ſed maluerunt &c. parte 4. 43.A.C.Vide etiam in Sarracenus.
arabia quæ & Saba appellata eſt, vnde & quare ſic dicatur . parte 1. 11.D.
arabia eſt duplex,ſuperior & inferior.parte 4. 43.C.
arabici hæretici ſunt,qui animam cum corpore mori putant . parte 1. 237.A.
aram eſt dictio æquiuoca. Vno modo ſignificat patrem Loth, Alio modo ſignificat quendam locum in Meſopotamia &c. parte 1. 61.F. Et 80.H.
aranearum tela ſtudioſe texitur , flatu venti diſſipatur . parte 3. 23.C.
arandi artem adinuenit Noe, in qua plus ſatis laborant animalia quàm homines , ideo dicitur dediſſe requiem hominibus. parte 1. 49. D. Et 50.A.C.
ararath regio eſt Armeniæ campeſtris &c. parte 4. 67. F. Item parte 3. 180.A.

A R B

arbeæ & Hebron & Mambrę,ſynonima ſunt eiuſdem ciuitatis.parte 1. 100. A.
arbeæ eſt ciuitas, vt dicunt aliqui , propter quatuor gigantes ibi ſepultos &c.Alij dicunt quòd ſic dicta eſt propter quatuor patriarchas ibi ſepultos, & enumerantur &c.parte 1. 79.F.
arbitrium. Vide In Liberum arbitrium.
arbitrij libertas ita ſeruatur vt in omnibus excellat gratia largitoris. parte 4. 137.A.
In arbitrio hominis eſſe vt ſaluetur qui negant , erubeſcant. Quomodo enim poſceret ab homine Deus, niſi haberet homo in poteſtate ſua , quod poſcenti debeat offerre. parte 1. 300.E.
arborum atque herbarum prima creatio vtrum fuerit cum irrigatione pluuiarum &c. ſicut modo ſolitum eſt fieri . parte prima 35.D.
arbor ſcientiæ boni & mali, quare ſic dicta eſt. Et bona erat , & bonus fructus eius.parte 3. 179.F.
arbor de cuius fructu comederunt protoparentes,dicunt Hebræi,quòd fuerit ficus.parte 1. 41.H.
arbores plantabantur in montibus altis , & fiebant ædificia ad idololatriam exercendam.parte 1. 325.C.Et 349.H.
arbores & lucus iuxta templum non plantentur , ne voluptuoſa loca religionem emolliant. parte 4. 338. B. Item parte 2. 23. C. Et 175.H.
arbor bona fructificat & obumbrat , ita homo bonus proximo prodeſt in bonis,& protegit a malis.parte 1. 26.A.
arborum pręputia id eſt primos flores ſeu gemmas auferre iubentur Hebræi.& quare.parte 1. 248.B.
arbor nimis cito fructificans , poſtea citius ſit minus utilis parte 1. 248.B.

A R C

arcam conſtruxit Noe de lignis imputribilibus , & Chriſtus eccleſiam de victuris in ſempiternum hominibus , quæ ſicut arca natat in fluctibus, parte 1. 51.A.
arca linita fuit intrinſecus & extrinſecus propter magnum impetum aquarum,& quia diu ſtetit in aqua. Vaſculum autem Moyſi in quo erat poſitus, tantum linitum exterius:& quare.parte 1. 51.B.
arca bicamerata habuit in inferioribus , tricamerata in ſuperioribus, quinque ergo manſionibus diſtincta fuit. parte 1. 50.F.& 51.A.
In arca Noe ubi menſura cęlitus datur, in inferioribus trecentorum cubitorum ponitur longitudo,& quinquaginta latitudo:ſummitas vero vnius cubiti ſpacio conſummatur.parte 1. 313.A.
arca plures feneſtras habuit,ſed fuit una principalior. Sed qualis fuerat notantur opiniones duæ.parte 1. 51.D.
arca tam magna vtrum centum annis potuit fabricari a quatuor hominibus , vel an alios fabros adhibuerit Noe . parte prima. 52.F.&G.
arca utrum tanta capacitate , quanta deſcribitur animalia omnia quæ ingreſſa dicuntur & eſcas eorum ferre potuerit . parte prima. 53.E.
arca fuit profundata inter aquas per duodecim cubitos & plus,parte 1. 51.D.Et 53.G.
arca quot cubitis intrabat aquam quando aquæ fuerunt in fortitudine ſua , non enim intrabat quindecim cubitis &c. parte prima 54. C. D. Et habes altercationem longam de hoc. folio 55. B, D, E G,
arca Noe ad quos montes delata eſt. parte 4. 67.F.
arcam ſalutis ædificat , qui ſe amore mundi conuertit in corde , habens in ſe longitudinem, & trinitatis fidem, ac longitudinem vitæ & immortalitatis; latitudinem in charitate , altitudinem in ſpe , qua ſe erigat &c.parte 1. 51. E.
arca teſtamenti & arca tęſtimonij ſolet dici quare & quando. parte 2. 7. F.
arca quot & quæ in ſe habebat recondita . parte 1. folio. 360. D. Item parte 2. 13. G. Et 103. D. Item parte 3. 284. H. Item parte 6. 152.B.
arca ueteris Teſtamenti dicebatur ſancta , & quare . parte 3. folio 233. F.
arca domini a ſolis Leuitis & in humeris portari debuit &c. parte 2. 103.D.
arca vt dicunt Hebręi aliter tranſiuit Iordanem quàm populus,& quòd arca portauit portitores ſuos,& quòd cum ſacerdotibus fuerat ſubito tranſportata.parte 2. 7. H.
arca portabat ſeipſam,hoc eſt dictum ut dicunt Hebræi,quòd diuina virtute ſic portabatur,quòd leuitę portitores eius nullum pondus ſentiebant.parte 2. 203.H.
arcæ duæ fuerunt , vt dicit Rab. Salo. Vna quæ pręcedebat exercitum , in qua reuerenter ſeruabantur primæ tabulæ fractæ , eo quòd erant ſcriptæ digito Dei . Alia erat in medio progredientium &c. parte 1 281.C.
arca domini tranſeunte ad gentes , quando ſcilicet capta fuit per Philiſtæos myſtice ſignificat, quòd perijt ſacerdotium Iudæorum parte 2. 68.B.Interl.
arca a tempore quo fuit capta per Philiſtæos vſque ad tempus in quo fuit poſita in templo conſtructo per Salomonem , non habuit ſtabilem manſionem.parte 2. 70.G.
arca teſtamenti quotiens,quando, per quem & quo tranſlata fuit. parte 1. 345.B.Item parte 2.70.A.B.Item parte 3. 284.G.
arca cum transferetur a ſacerdotibus in templum Salomonis , portæ ut Hebræi dicunt clauſerunt ſe contra eos , ſed cum orando dicerent pſalmum: Memento domine Dauid &c.& ueniſſent ad verſum illum . Propter Dauid ſeruum tuum &c. portæ ſe aperuerunt. parte 3. 285.F.
arca domini fuit amota de templo ſecundum aliquos tempore Achaz ſecundum alios tempore Manaſſe regis Iuda , ſimulacris in templo miſſis, & fuit arca traducta in domum Sellum &c. Sed reportata ad locum priſtinum per Ioſiam , parte ſecunda. folio 237.B.C.
arcam teſtamenti non leguntur habuiſſe Iudæi poſt captiuitatem Babylonicam, nec propitiatorium, nec reſponſa in rationali ſummi ſacerdotis,nec vnctionem regum & pontificum. Et hoc etiam confitentur Iudæi moderni &c.parte 4. 443.G.
archidiaconi,decani,curati, poſſunt dici aſini prælatorum, quia ſupportant eorum onera.parte 1. 172.D.
archiepiſcopus dicitur archiſynagogus , & quare. parte 5. folio 34.D.



VNiVERSiDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

ad archiepiſcopum, referendum eſt, quod per inferiores e corrigi non poteſt. parte 2. 252.B.C.
archita philoſophus, Sumpſiſſem inquit a te ſupplicium niſi tibi iratus eſſem &c. parte 1. 10.C.D.
arcturus eſt quædam conſtellatio &c. parte 4. 364.C.
arcturus in axe cœli ſeptem ſtellis lucet, ſemper verſatur & nunquam mergitur. parte 3. 24.C. Et 68.H. Et 72.E.
arcus cœleſtis quare datus a Deo, & quot habeat colores &c. parte 2. 56.A.
arcus cęleſtis nunquam niſi de ſole reſplendet. parte 1. 56.A.
arcus dicitur iudicium domini, & ratio quare, & de eius uarijs ſignificatis. parte 4. 185.E.

A R E

area, areola, & areolum, quid dicantur. parte 2. 270.D.
arena non accipitur in ſcripturis ſacris communiter pro continuo ſed diſcreto, vt non ſignificet magnum ſed multum. parte 3. 20.G.
areola eſt portio terræ bene ſeminata, quę delectat valde viſum quando incipiunt ſemina pullulare. parte 3. 363.G.

A R G

argentum, eloquium ſignat. parte 4. 121.E. Et 221.F.
argentum offert qui confitetur quod bene credit. parte 1. 208.E.
argenti claritas ex uſu ſeruatur, ſine uſu ſin nigredinem uertitur. parte 1, 183.C.
argentum ſonat & lucet. parte 1. 209.D.
arguens alium & exiſtens in crimine an & quando peccet. parte 1, 28.C.
argui grauius eſt quàm accuſari. parte 3. 94.A.
argumentum dicitur tripliciter. parte 6. 163.F.
argumentum ex quolibet ſenſu literali non poteſt fieri æque efficax apud omnes diuerſimode ſentientes. parte 1. 6.C.
argumentum efficax non habetur, niſi per literalem ſenſum, licet ſcriptura ſacra habeat multiplicem ſenſum. parte 1. 3.G. Et 6.B. Item parte 6. 134.F. & H.
argus qualis fuerit, deſcribunt fabulæ poetarum. parte 4. 211.E.

A R I

arida & terra quomodo differenter dicuntur. Et arida raro in bono accipitur. parte 1. 321.A.
aries ſi Deo uouetur, ſanctus appellatur, nec licet eum tōderi ad communes vſus. parte 1. 317.F.
aries Chriſtus dicitur, ducatum præbens ouibus. parte 1. 218.G.
arietes dicuntur duces Chriſtiani gregis. parte 2. 130.E. Interl.
aries qui pro Iſaac immolatus eſt, non putatiuus, ſed uerus eſt, ideo magis putatur angelum eum aliunde attuliſſe, quàm ibi de terra poſt ſex dierum opera procreaſſe. Dicunt enim Hebræi, quòd ibi fuit paratus a principio creationis mundi, ſcilicet ſexta die, in qua formauit Deus animalia, ſed ficticium reputandum eſt. parte 1. 68.A.C.
arietis illius in ſignum qui pro Iſaac immolatus fuit ſolent Iudæi in cornu clangere. parte 1. 78.B.C.
arietes duo offerebantur in conſecratione ſummi ſacerdotis, & quare. parte 1. 192.G.
arioli ſunt deceptores & adulatores, qui veneficis uerbis auditus multorum corrumpunt, & a ueritate auertunt. parte 1. 250.A.
arioli, magi, & malefici, qui dicantur, & quomodo differunt. parte 4. 296.D.
ariopagum quid ſignificat. Et unde dicitur. parte 6. 194.D. Et 195.E.
ariſta ſpicarum ſummitas eſt. parte 3. 49.F.
ariſtobolus poſt captiuitatem Babylonicam primus ſibi impoſuit diadema regni Iudæorum. A captione enim Sedeciæ per cccclxxxiiij. annos nullus fuit rex apud Iudæos præter iſtum &c. parte 4. 459.F. Et 463.B.
ariſtoteles & ſi minus inter alios philoſophos dicitur erraſſe, tamen errauit in multis &c. parte 3. 340.H & 343.C. & D. Et 373.C.

A R M

armorum genera quinque ſunt ad inuadendum. Inter quæ tria feriunt de prope, alia uero percutiunt a longe. parte 3. 80.H.
arma pręcipua quibus miles Chriſti armatur ſunt patientia & benignitas &c. parte 6. 54.A.
arma de directo plus ſunt in defenſionem quàm in offenſionem. parte 1. 48.D.
arma, ſcuta, & uexilla militum ponuntur ſupra ſepulchra eorum, ad memoriam æternam, quòd mortui ſunt in defenſione gentis ſuæ, & unde hoc trahitur. parte 4. 454.H.
armamur lectione illorum, qui ante aduentum Chriſti in lege iuſtificati ſunt, & nobis certantibus contra dæmones ueniunt in auxilium. Et de hoc figura. parte 2. 4.F.
armamentarium dicitur domus ſaltus &c. parte 4. 44.A.

A R O

aromatica in ſepulchris regum comburebantur, non ſolum contra cadaueris fœtorem, ſed etiam ad defuncti honorem. parte 4. 158.D.
aromatum domus quam Ezechias legatis regis Babyloniæ oſtendit, quæ & qualis fuerit. parte 2. 181.B.

A R R

arrius in Alexandria una ſcintilla fuit, eius flamma totum orbem depopulata eſt. parte 5. 146.H. Item parte 4. 264.D.
arrius inter alios Hæreticos uidetur magis Chriſtum ſoluiſſe, negans eius deitatem. Similiter ſoluit humanitatem, negans Chriſtum habere animam humanam &c. parte 4. 263.H. Item parte 1. 236.H.
arrius ſi uerum literalem ſenſum habuiſſet huius dicti: Ego & pater unum ſumus. Et huius: Pater maior me eſt &c. non corruiſſet in hæreſim damnatam. parte 1. 8.B.
arrius ſuperbia inflatus, aſſeruit contra articulum trinitatis. Contra hunc errorem congregatum eſt concilium generale. cccxviij. epiſcoporum in Nicæa ciuitate Bithiniæ. parte 6. 252.F.H.
arrius dixit, quòd ex carne & uerbo non eſt facta una natura, ſed ipſum uerbum carnem aſſumpſit, non tamen animam, quia uerbum ſuppleret locum animæ: Improbatur. parte 5. 187. G. Item parte 6. 238.E.
arrius dixit quòd pater & filius eſſentialiter diſtinguuntur, ſicut & perſonaliter, quòd eſt erroneum. parte 5. 186.D. Item parte 3. 322.E.
arrius dixit quòd uerbum ſecundum naturam uerbi, ſit factum: Et ex quo loco ad hoc ſumit dicendi occaſionem. parte 5. 188.D. Et 234.G.
arrius quomodo turpiter mortuus fuit, & per hoc ſui complices confuſi ſunt. parte 4. 265.C.
arrius per eum figuratur, qui multitudinem populi præparabat ad pugnam. parte 4. 472.H.
arriani quomodo per ſimplices Chriſtianos conuicti ſunt, & catholicam fidem acceperunt. parte 4. 265.D.
arrianus uide in Eremitas.
arrogans quis dicitur. parte 3. 77.D.
arrogantis proprium, ut cum rectum uel paruum etiam ſenſerit, inde eleuetur, & quaſi doctior reuerentiam a melioribus exigat. parte 3. 35.A.
arrogantes per humilitatis ſpeciem ornari concupiſcunt, ne uideantur tumidi, ut ſunt, quomodo & per quid. parte 3. 63.D.
arrogantis modus eſt: ſuam ſcientiam nimis magnificare. parte 3. 63.H.
arrogantes hoc proprium habere ſolent, quòd auditoribus ſuis ne quid forte inordinate dixerint, tunc requirunt, cum ſe laudabiliter aliquid dixiſſe cognoſcunt. Hoc autem faciunt, non quod de dictis ſuis ambigunt, ſed quo ab audientium iudicio fauores quærunt. parte 3. 65.B.
arrogantium fraus eſt, ut tunc de errore requirere ſtudeant, quando ſe nouerint non erraſſe. Qui rurſum requirere uel argui deſpiciunt, ſi quando ſe erraſſe ueraciter cognoſcunt. Ibidem.
arrogans non eſſe, ſed uideri humilis cupit. Ibidem.
arrogantes multa & inepta loquuntur, & in locutione ſua ſemper incipere ſtudent, quatinus ipſa locutione ſuſpenſos auditores faciant, quo quaſi nouum audire aliquid expectant. partè 3. 65.E.
arrogantes dum non poſſunt reſpondere iuſte quæ ſunt, reprehendunt mentiendo, quæ non ſunt. Ibidem.
arrogantis proprium eſt, ut multa quæ dicit pauca putet, pauca quæ audit, multa. parte 3. 66.C.
arrogantes graue ſe damnum perpeti iudicant, ſi ſcientiā ſuam loquendi breuitate conſtringant. Tantum enim ſemetipſos credunt doctores oſtendere, quanto ſe potuerint multiplicitate loquacitatis aperire. parte 3. 66.B.
arrogantes quia ſępe ſentiunt ſilentij reuerentiam non deferri, dum ſibi ſilentium exigunt, quod non merentur, ſpecietenus Deum præferunt. parte 3. 66.B.
arrogantes ſi qua obſcurius dicunt, repetunt: non quo auditoribus proſint, ſed quo eorum iudicio uideri eloquentes uolunt. Ibidem.
arrogans frequenter, ut reuerentius audiatur, zelo ueritatis loqui ſe dicit, licet amore propriæ laudis moueatur. parte tertia. 66.D.
arrogantis mos eſt, quia qui ad blanda deſcendit uileſcere ſe putat, ideo mox increpat, vt timeatur. parte 3. 67.A.
arrogantes qui pro hominum laude uolunt benigni apparere, iræ motum deputant quidquid geritur cenſura diſciplinæ, & dum pro hominum laude benigni uolunt apparere, a bonis rectoribus opprimi æſtimant, quos inuitos cernunt a uitijs coerceri. parte 3. 67.A.
arrogantia difficilius quàm auro caremus & gemmis. parte 3. folio 324.F.
arrogantes inueniunt prædicatores, humiles uero contemptores. parte 3. 400.A.
arrogantes eccleſiæ defenſores quamuis ordinem dicendi non teneant, tamen aduerſarios uirtute dictorum perturbant. parte 3. 61.A.
arrogans non aduerſariorum dicta ſuperare ſed ſuam ſapientiam oſtentare feſtinat. parte 3. 61.B. & C.
arrogantium grauis labor eſt, ſi quod ſapiunt non oſtendunt. parte 3. 61.C.
arrogantis modus eſt cum diſputat, de ſcientia & eloquentia ſe iactare. parte 3. 61.H.
arrogantium prædicationem nullus admitteret, ſi non aliquid humilitatis imagine permiſcerent. parte 3. 63.F. & G.
arrogantię vitium aliquando intuentibus fœtet in ſacerdotibus & Leuitis, qui ad exemplum humilitatis poſiti ſunt in circulo altaris uelut ſpecula quædam: & de altari domini quod debet incenſi ſuauitate fragrare, odor teterrimus ſuperbiæ retinet. parte 2. 34.B.
arrogantium perſona deſignatur per Eleazarum, qui elephantem interficiens occubuit. parte 4. 443.A.
arrogare ſibi hominem quod non eſt: ſicut grauis culpa eſt, ſic culpa nulla eſt, ſi humiliter dicat quod bonum eſt. parte 2. 180.B. Item parte 3. 66.C.

A R S

ars neſcit uicium: Et ſi in omnibus artibus male agitur, non ex eis, ſed ex hominibus, parte 3. 185.B.
ars licet imitetur naturam, tamen opera artis non aſſequuntur naturæ perfectionem. Et hinc eſt, quòd tinctores pannorum non poſſunt facere colorem ita uiridem ſicut natura in terrænaſcentibus facit. parte 5. 27.C.
ars & natura ſicut procedunt de imperfecto ad perfectum, ita etiam reuelationes diuinæ ſecundum promiſſum temporis, quia prophetæ poſteriores ad tempus Chriſti appropinquantes, clariores habuerunt reuelationes de Chriſto, quàm priores. parte 5. 67.C.
ars magica reperta fuit in parte orientali reſpectu Iudææ, ubi Balaam magus habitabat, quia a tempore iudicum Iudæi cœperunt magicis artibus uti. parte 4. 9.F.
ars magica uel diuinatiua quęcunque, non ſe extendit ad aliquid requirendum ab intelligentijs ſeparatis. parte 4. 297.B.
ars magica neſcit benedicere, nec dæmones. Impiorum nullus benedicere nouit. parte 1. 302.E.
ars magica quęcūq; per dęmones eſt, vt ſunt cōſultationes, & pacta quędam, & ligaturæ, quæ fiunt in quibuſdam rebus ſuſpendendis & alligandis &c. parte 6. 48.A.
ars tentoria primum per Iahel adinuenta eſt. parte 1. 46.F.
ars ad interpretandum ſomnia, dicebatur diuina ſcientia. De qua dicunt Socratem exclamaſſe Athenienſibus, laudantem ſcientiam diuinationis ſomniorum, & dicentem: Abſit hoc a me, vt hanc ueſtram quam experti eſtis per ſomnia dicam eſſe falſam ſententiam, ſed &c. parte 4. 303.F. & G.

A R T

artes mœchanicæ ſunt quædam hominis iuuamenta in corporali vita, & ſignificantur per beſtias & iumenta. parte 1. 27.F. in fine.
artes mœchanicæ a quibus & propter quid inuentæ ſunt. parte 1. 47.G.
artes omnes abſq; doctore non diſcimus. Sola hæc tacendi, tam vilis & tam facilis vt præceptore non egeat. parte 3. 345.E.
artibus liberalibus ne Chriſtiani imbuerentur prohibuerunt pagani. parte 2. 77.A.
artaxerxes ſecundum Ioſephum fuit filius Darij Hyſtaſpis, & uocat eū Xerxen dimunutiue. Secundum uero Rab. Sal. fuit filius Aſueri & reginæ Heſter. parte 2. 254.H. & 270.H.
artaxerxes ſecundum Rab. Salo. nomen commune eſt regum Perſarum: ſicut reges Romanorum nomine regni vocabantur Cæſares, & omnes reges Ægypti Pharaones. parte 2. 245. & 248.D.
artaxerxes, qui epiſtolam accuſationis a Samaritis ſuſcepit, & vetuit Ieruſalem & templum conſtrui, quis fuerit. parte 2. 245. F.G. & 249.C.D.
artaba eſt genus menſuræ continens tres modios, ſed cuius quantitatis ſit modius hic acceptus non habetur. parte 4. 330.D.
artelabus. parte 1. 234.D. Item quid dicitur & vnde oritur &c. parte 4. 60.F. & 388.G.
articuli fidei duodecim: licèt quidam diſtinguant quatuordecim, quorum quidam pertinent ad diuinitatem, & quidam ad humanitatem. parte 6. 272.F. & 273.C.
articuli fidei ſunt principia omnium credibilium, & ideo fides (quæ eſt uirtutis intellectualis) eſt illius intellectus, qui eſt proprie habitus principiorum. parte 4. 204.D.
articuli duo ſunt principales noſtræ fidei. ſ. articulus ſanctæ trinitatis, & articulus incarnationis. parte 4. 292.B.
articulus unitatis diuinæ eſſentię: & articulus ſuę prouidentiæ, quantum ad premiationem boni & punitionem mali. Illi duo articuli ſemper fuerunt neceſſarii ad ſalutem. parte 4. 592.C.
articuli duodecim notantur in duodecim lapidibus precioſis. parte 6. 272.F.
artifices eiuſdem artis inuidia inuicem concitantur, & quare. parte 4. 128.G. Item parte 5. 47.B.
artifex in ædificatione quatuor agit. Primo diſponit modum fundamenti. Secundo diſponit quantitatem ædificij. Tertio cogitat illud bene ſtabilire. Quarto ponit lapidem angularem, cui poſſint alij coniungi. parte 3. 70.F.
artifex creatus completo artificiato, remouet manum ſuam ab eo, quia tantum factor eſt, & non conſeruator. Sed artifex omnium Deus, quia non ſolum factor, ſed etiam conſeruator eſt: non abſtrahit manum, quia ſi ſubtraheret a formato, illud in nihilum decideret. parte 3. 292.B.
arua tempore pacis ſunt ſpecioſa, quia ſunt bene culta & fructificantia, & ſic dicuntur metaphorice cantare: Et ecōtrario conticere, quando ſunt deſtructa ab aduerſarijs, ſicut pratum dicitur ridere, quando uiret: & plorare quando aret. parte 4. 156.F. & G.

A S

as aſſis eſt genus numi. parte 5. 37.B.
as in ponderibus hoc eſt, quod in numeris eſt vnum. parte 5. 157.B.

A S C

aſcalon antiquitus vocabatur Philiſthijm, vnde & regio poſtea vocata eſt Philiſtæa, & habitatores eius Philiſtijm. parte 4. 359.E.
aſcenſus in labore eſt deſcenſus in voluptate. parte 3. 19.E.
aſcenſio Chriſti figuraliter ſignificatur. parte 2. 144.A. & 307.H. & 308.C.
aſcenſio Chriſti in Ioſeph fuit figurata, qui ſcilicet Ioſeph currum meruit, & præco præconauit ante eum: ſic Chriſtus aſcendit currum cœleſtis regni. parte 1. 107.E.
aſcendentis Chriſti veſtigia in loco, quo ſtetit adhuc ſunt, & locus ille non potuit continuari pauimento cum reliqua ſtratorum parte, reſpuēs quæcunque ei applicabantur, excuſſis in ora apponentium marmoribus &c. parte 6. 164.F.
aſcenderūt differenter Elias Enoch, & Chriſtus parte 3. 436.A.B. Item parte 2. 162.A.D.
aſcenſus contemplationis philoſophorum, & etiam theologorum ſanctorum, incepit in admiratione, quia doctores ſancti videntes ſcripturas ſacras, confidentes de diuino auxilio intellectum earum ſanum inquirere cęperunt, non ſic philoſophi, quibus non fuit reuelatum. parte 1. 271.B.
aſcendere incipiens, quia multos inuenit obſiſtentes, a linguis eorum petit liberari. parte 3. 275.G.

A S I

aſia duplex. ſ. maior & minor, & de earum ſitu, & earum nominatione. parte 5. 240.D. & 242.E.
aſia pars quædam Aſiæ, quæ proprie dicitur Aſia, quamuis Aſiam alii dimidium orbem terrarū, alii tertiam partem poſuerunt. parte 2. 15.F.
aſini vt naſcerentur velociſſimi, arbitrantur quidam ana (ſic enim nuncupatus eſt) onagros aſinabus admiſiſſe, & huiuſmodi reperiſſe concubitum. Alii dicunt quòd e paruum greges ab aſinis primus fecit aſcendi. parte 1. 100.F. Et 101.B. Item parte 2. 243.A.
aſina Balaam, quod illa uerba intelligeret uel formaret, non eſt ſic accipiendum, ſed formata fuerunt uirtute angeli mouentis linguam Aſinæ ad prolationem uerborum in confuſionem ipſius Balaam. parte 1. 304.D.
aſinus qui portauit ligna holocauſti, quando Abraham uoluit immolare &c. illum eundem (ut Hebræi dicunt) equitaturus eſt rex Meſſias quando ueniet &c. parte 1. 133.C.
aſinam (cui dominus inſedit, quando ingreſſus eſt Ieruſalem) quidam ſubiugalem dictam putant: Et quare. parte 1. 17.B. Item parte 4. 415. G. Item parte 5. 64.C.D.
aſinus vtrum & quomodo uere & proprie nominari poſſit vir literatus & contemplationi deditus. parte 1. 120.D. Et 121.D.

A S P

aſpectus impudicus eſt ualde periculoſus, quia Dauid tam ſanctus & bonus per hoc fuit tractus in adulterium. parte ſecunda. folio 108.C.
aſpectus arcæ bene fuit prohibitus Leuiticis & Dei cultoribus, immo etiam introitus tabernaculi, donec omnia eſſent inuoluta ſub pœna mortis, nec operimenta aliquo modo retraherent ad uidendum ea quæ interius eſſent. parte 1. 272.D. Item parte 2. 67.D. Et 69.G.
aſperſio ſanguinis uictimæ ſuper populum fuit in ſignum profeſſionis legis. parte 1. 174.F. & G.
aſperſi ſunt ſacerdotes & eorum ueſtes ſanguine. parte prima. folio 193.F.
aſperſio ſanguinis ſeptenam denotabat expiationem quæ ſignabatur per ſeptenarium. parte 1. 219.H.
aſpis immaniſſima in Aegypto a quodam patrefamilias domita, quotidie de cauerna egreſſa, a menſa eius annonam percepit. parte 6. 214. A. Item parte 3. 42.F. Item parte 4. 96.E.

A S S I

aſſiduitas mendacij iocoſi uel officioſi dupliciter dicitur eſſe mala, & quare. parte 3. 394.H.
aſſyrij unde ſortiti ſunt nomen, & de ſituatione terræ aſſyriorum parte 1. 11.C.
aſſyriorum regio fuit ab Euphrate uſque ad Tigrim & quos antiqui Aſſyrios uocant, nos Syros, partem ponentes pro toto parte 4. 41.A.
aſſyriorum regnum incepit ab antiquo Bello &c. parte 2. 293.D.
aſſyriorum regum ſupputatio. parte 2. 292.E.F.
aſſyriorum regum hic modus eſt, transferre gentem ſibi ſubiectam de terra ſua natiua ad aliam, ut ſit magis ſecura de eius ſubiectione. parte 2. 192.E.F.
aſſyrij dupliciter abuſi ſunt poteſtate a Deo eis conceſſa contra Hebræos &c. parte 4. 26.D.
aſſyrij ducentes decem tribus in captiuitatem, poſuerunt vt dicit Rab. Sal. idola quæ coluerunt ſuper humeros eorum in itinere, ut ſic appareret, quòd dij quos colebant non potuerunt eos ſaluare contra Aſſyrios. parte 4. 365.C.
aſſiſtentia angelorum bonorum & etiam malorum coram Deo tripliciter ſumitur. Primo proprie. Secundo large. Tertio largiſſime &c. parte 3. 6.D.G. Item parte 2. 291.D.
aſſumptio beatæ uirginis, debet eſſe ualde celebris omni populo Chriſtiano. parte 2. 145.H.
aſſumptio beatæ uirginis figuraliter ſignificatur per exaltationem Eſter, quæ ducta eſt ad cubiculum regis Aſueri. parte 2. 307.H.
aſſumptio beatæ virginis pro allegoria adaptatur ad pſalmum: Domini eſt terra & plenitudo eius &c. parte 3. 113.H.

A S T

aſtare dupliciter accipitur pro ut de angelis dicitur parte 2. 291.D. Item parte 3. 6.D.G.
aſteriſcus unde & quid dicitur. parte 1. 10.D.
aſtyages rex Medorum & Perſarum ſomnium habuit quod coniectores ſibi exponentes, dixerunt de filia ſua naſciturum filium, qui totam terram illam occupaturus eſſet &c parte 4. 78.G.H. Et 330.A.B. Item parte 5. 130.B.
aſtra matutina quomodo Deum laudare dicuntur. parte 3. 73.H.
aſtrorum curſibus qui uitas hominum & geſta perquirunt, & qui auium uolatus & huiuſmodi obſeruant, caſtra domini polluunt &c. parte 2. 10.C.
aſtrologia & aſtronòmia quomodo differunt. parte 1. 13.H.
aſtronomi qui dicantur, & aſtronomia quid ſit, & quomodo diuidatur. parte 1. 13.H.
aſtrologia, geometria & alia huiuſmodi, ideo deſpectæ ſunt a noſtris, quia nihil ad ſalutem pertinent, ſed mittunt in errorem, & dum ſtudent in his curam animæ non habent. parte 6. 105.F.
aſtrologia partim naturalis. & partim ſuperſtitioſa eſt. parte prima 13.H.
aſtrologi licet in circumitione motuum planetarum ecentricos & epiciclos poſuerunt, tamen non ex hoc certitudinaliter habetur quòd iſta ſint cauſæ talium uarietatum &c. parte 3. 72.F.
aſtrologi quomodo quædam legant in publico, & quædam (ſcilicet quod eſt ſuperſtitioſum & falſum) legunt in ſecreto. parte 3. 301.G.
aſtronomia ubi & per quos primo inuenta eſt. parte 4. 69. G. Item parte 2. 181. C.G Et 182.D.
aſtronomi, an perceperunt uel non. Et quare nō in ſcriptis reliquerunt miracula facta in retrogradatione & ſtatione & eclipſi ſolis tempore Chriſti: & quomodo error non contigit in computis &c. parte 2. 181.F. Et 182.B.C.
aſtronomiam an ſciuerunt Abraham & Iſaac &c. & an primus eam Abraham docuit in Aegypto. parte 1. 81.A.B & C.
aſtruphus longobardorum rex in Italia multum afflixit eccleſiam. parte 6. 263.C.

A S V

aſuerus, de quo fit mentio in libro Eſter, de hoc quis fuerit, uarie loquuntur doctores, & per annos regum diſquiritur. parte 2. 305.A.C. D.F. Et 306.H.
aſueri conuiuium an fuerit unum uel duplicatum. parte ſecunda. 305.F. & G.
aſuerus mandauit populum requieſcere durantibus nuptijs Eſter ab ope-



VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ab operibus ſeruilibus, & ſolutione tributi per omnes prouincias. parte 2. 106.G.& H.

A T H

athenæ quid & unde dicitur &c. parte 2. 187.H. Item parte 1. 10.D.
atramentarium Græce calamarium, quia in eo calami reponuntur. Alij ſignificantius thecas uocant, quia ſcriptorum calamos tegant. parte 4. 224.B.
atrium quod erat circa tabernaculum deſcribitur. Erat namque platea magna ſub diuo, habens in longitudine centum cubitos &c. parte 1. 186 H.
atrium quare circa tabernaculum fuit ordinatum. parte 1. 187.H.
atria tria habuit templum Salomonis. Et quomodo appellabantur, & vbi ſituata &c. parte 4. 5.F. Et 162.B. Et 222. G. Item parte 3. 277.H. Item parte 2. 137.C.D.
attributa diuina ſunt idem cum eſſentia diuina, tamen ſignantur per modum qualitatum ſibi adiacentium, & ſic comparantur comę, quia ſicut comę inhærent capiti & adiacent ei. parte 3. 363.H.
attributa trium perſonarum in diuinis quæ & qualiter dicantur parte 3. 387.H.

A V A

auaritia eſt ſagax & verſuta, multos ſibi ſubiugat. parte 1. folio. 63.A.
auaritia quàm deteſtabilis ſit. parte 1. 19.D.E.
auaritia multa mala inducit. parte 1. 303.B.
auaritia dicitur idolorum ſeruitus. Quod intelligendum eſt ſimilitudinarie & non proprie, ſicut etiam quodlibet uitium idololatria dici poteſt per talem modum loquendi. parte 1. 344.H.
auaritia idololatriæ æquatur, & quare. parte 6. 95.E. Et 108.D.
auaritia quomodo & quare dicatur peccatum cæteris grauius & ſceleſtius. parte 3. 397.B.
auaritiæ genus omne reprehenditur in tribus. parte 5. 26.B.
auaritia & ſuperbia quomodo & qua conſideratione dicitur utraque eſſe initium omnis peccati. parte 6. 123.A.
auaritia & ſuperbia dicuntur titiones fumigantes, & quare. parte 4. 18.B. in ti.
auaritia qui vaſtatur in mente, impetiginem habet moraliter in corpore, quæ ſi in paruis non compeſcitur, ſine menſura dilatatur. parte 1. 252.G.
auaritia dum animum delectat, exulcerat, quia dum acquirere nititur, ad inimicitiam accenditur. parte 1. 252.G.
auaritia quare & quomodo eſt excęcatio mentis & obtenebrationem inducit in omnibus operibus. parte 5. 26.D.
auaritia deſideratis rebus non extinguitur, ſed augetur. Nam more ignis cum ligna quæ conſumat acceperit, excreſcit, & unde uidetur ad momentum flamma comprimi, inde paulo poſt cernitur dilatari parte 3. 43.A.
auaritiæ ſtimulis multi excitantur in his quæ appetunt, & ſi eoſdem obtuſi ſenſus homines cernimus, & qui ad bona uidenda cęci ſunt, excitantibus pręmijs ad peragenda uigilantes fiunt. parte 4. 410.F.
auaritia quæ omne genus hominum quaſi totum corpus commaculat, deſignatur per lepram toto corpore floreſcentem. parte 1. 237.E.
auaritia eſt velut amphora, & quaſi os patens, quæ os cordis in ambitu apertum tenet. parte 4. 410.F.
auaritia deſignatur per radicem iuniperi, quæ radix eſt omnium malorum quaſi ſpinarum. parte 3. 56.F.
auaritia doctoris eccleſiaſtici quædam eſt bona, & quædam peruerſa. parte 4. 392.E.
auaritia clericorum & religioſorum quàm damnabilis ſit. Nam pleríque æſtimant mendicantes religioſos hypocritas, habentes ſpeciem religioſitatis propter quæſtum, & non propter Chriſtum, & ſic faciunt Chriſto barbam de ſtraminibus, ſecundum æſtimationem malorum. parte 2. 46.H. Et parte 6. 47.H.
auarus & cupidus differunt. parte 6. 161.A.C.
auarus hincinde inſidiatores metuit, & continua moleſtia torquetur. parte 3. 43.A.
auarus ſurripit aliena, aliquando per elationem, quia quærit præeſſe. Rapit aliquando timore penuriæ, cum ſua ſibi ſufficere non poſſe ſuſpicatur. parte 3. 43.B.
auari pœna dicitur ad ſimilitudinem illius qui nimis comedit, & ſic artatur intra pellem uentris, quæ non poteſt ultra extendi. Inde tunc cauſantur torſiones & dolores. & ſic tales rapinæ uertuntur in dolorem raptoris iudicio Dei punientis. parte 3. folio. 43.C.
auaro deeſt tam quod habet, quàm quod non habet. parte 1. 19.D. Item parte 3. 122.F.
auaritiam latentem, paruulæ rei cupido ſignat. parte 4. 223.A.
auari idolum eſt pecunia. parte 3. 201.D.
auari plerumque penuria puniuntur. parte 2. 56 H.
auari deſignantur per accipitrem, qui manſuetus uidetur. parte 2. 346.F.
auaritia & inuidia quàm deteſtabilia uitia ſint exemplo monſtratur. parte 3. 42.F.& G.
auarius nihil eſt Romanis & Iudæis, Grecæ & Latinæ teſtantur hiſtoriæ. parte 4. 9.E. in ti.

A V T

autorem eſſe alicuius rei contingit dupliciter. parte tertia folio. 83.A.
autores quanto iuniores ſunt tanto perſpicatiores: & ingenijs floruiſſe, & ualuiſſe diligentia: omnium iudicio confirmantur eruditiſſimorum. parte 2. 20.B
autor principalior effectus eſt adminiſtrator formæ quàm materiæ: & quomodo hoc intelligendum. parte 3. 88.A.
autores pſalmorum ſecundum Hiero. fuerunt multi, ſecundum autem Auguſti. fuit præcipue Dauid. parte 3. 87.B.
autor libri ſapientiæ fuit uocatus Philo, diſertiſſimus Iudæorum, qui licet Græce ex ſententijs Salomonis ipſum compilauerit, non tamen eſt eius autor principalis, ſed Salomon, loquendo de autoribus humanis. parte. 3. 368.B.
autor libri eccleſiaſtici fuit Ieſus, filius Sirach: quem ſcripſit tempore Simonis, filij Onię, vel poſt parte 3. 387.F.
autor libri eccleſiaſtici non videtur oraſſe pro conſecratione fidelium. in unam eccleſiam, ſed magis orabat pro conſecratione Iudæorum. in Iudæa diſperſorum, & in captiuitate detentorum. parte. 3. 424.C.
autor libri eccleſiaſtici & alij Iudæi licet ignorarent modum implendi myſterium Chriſti quantum ad conditiones particulares, tamen credebant in quodam generali, quod multa miracula fierent in aduentu Meſſię in Iudęa. parte 3. 424.D.
autor libri eccleſiaſtici fuit Hebręus, licèt ſcripſerit hunc librum Gręcè, interſeruit tamen hoc nomen Hebraicum ſcilicet Ieſus. parte. 3. 432.D.
autoritas iudicandi notatur per cathedram Moyſi, in qua ſederunt ſcribę & phariſęi, qui eligebantur à populo ad iudicandum tanquam magis periti. parte. 5. 70.F.
autoritas ſanctorum & reuerentia, vbi vt ſancti locuti ſunt, ſemper debet à fidelibus venerari. Vbi autem vt homines & ex opinione locuti ſunt, aliter &c. parte 1. 9.C.
autoritas librorum Tobiæ, Iudith & Machabęorum: non eſt efficax ad probandum aliquid quod in contentionem vel dubium venit, & inter apochrypha computantur. parte. 2. 240.B.
autoritates Virgilij & Homeri quidam de Chriſto exponere nituntur, in hoc multum errantes. parte. 1. 14.C.& D.

A V D

audacia ſicut in via ſeculi fortitudinem, timor debilitatem parit, ita & in via Dei audacia debilitatem, timor Dei fortitudinem. parte. 3. 14.E.
audientibus magis opera ſuadent quàm verba. Ideo magnis pręconijs remunerandi ſunt qui negligentibus magiſtris de ſolis verbis proficiunt. parte. 6. 115.F.
auditores plures ſimul magis proficiunt, quàm vnus ſolus, & quare. parte 3. 439.E.
auditores, duo faciunt attentos. parte 3. 32.C.
auditor humilis inauri aureę comparatur, & quare. parte 3. 333.B.
auditores ſunt ſata per quæ diſcipuli tranſeunt, cum ſollicitè doctores inſpiciunt quomodo vnumquemque attrahere poſſint ad ſalutem &c. ſpicas vellunt, fricant &c. parte. 5. 40.E.
auditorio in publico quidquid faciendum cognouimus: mutua inter nos colloqutione tractemus, & qualiter ſingula caſtigatione cordis vel corporis complere valeamus, ſolerter perquiramus, parte. 2. 263.B. in princ.
auditores verbi Dei per cyphos ſignantur, qui ad vocem prædicantium vino ſcientiæ replentur &c. parte. 1. 179.A.

A V E

auerrois negat Deum habere rationem cauſę efficientis in productione mundi, & tamen dicit eum habere rationem cauſæ finalis. parte. 6. 195.C.
auerſio paruulorum, & proſperitas ſtultorum, eſt occaſio mortis culpę, & perditionis gehennę, paruulorum ſcilicet ſenſu, & ſtultorum quantum ad Deum. parte. 3. 310.H.
aues innituntur pennis volantes, vt piſces quibuſdam ſuis alis natantes. parte. 1. 27.C.
aues ſua norunt tempora, vt ſciant quando ad calida feſtinantes loca, rigorem hyemis declinare debeant, & veris principio ad ſolitas redire regiones. parte. 4. 324.A.
aues plurimę, & ſi in terris aliquando requieſcunt, fœtuſque faciunt, non tamen de terra ſed de mari viuunt, & libentius mari quàm terra vtuntur. parte. 1. 27.E.
aues quę ſine aquis non viuunt, quæ etiam in profundo ſæpe ſicut piſces latent, non nunquam ſuper terram egredi ſolent, maximè cum fœtus faciunt & nutriunt. parte. 1. 27.E.
auium garritu & volatu an & quando ſumi poſſit diuinatio. parte. 4. 9. G.H. Vide etiam in Auguria.
aues & animalia bruta, ſuo garritu vel volatu, aliquos euentus & effectus ſentiunt, eo quòd non habent intellectum diſtrahentem, videlicet ſenſitiuam, & ſecundum talem immutationem incipiunt garrire vel mouere de loco ad locum. parte. 4. 9.H.
aues & volucres quo die & de qua materia ſint productæ, & quare potius de elemento aquæ creatæ dicantur quàm de alijs elementis. parte. 1. 27.B.
aues & piſces vtrum ex elemento ſint productę paſſiuè ſolum, aut etiam actiuè. parte 1. 27.B. Et. 30. F. Et. 33.G.
auium natura ex aquis proceſſit, ſed in aere habitationem acquiſiuit ſibi. parte 1. 283.A.
auium eſum, non ferarum, non quadrupedum, nec terreſtrium animalium Deus populo in deſerto nauſeanti de manna cęleſti tribuit, & quare. parte 1. 283.A.

A V F

auferam de ſpiritu tuo &c. habet translatio noſtra, ſed in Hebræo habetur: Afferam de ſpiritu tuo. Similiter: Afferens de ſpiritu qui erat in Moyſe &c. Et ſatis conſonat cum tranſlatione Chaldaica: ſed poſtea per vitium alicuius ſcriptoris fuit interpoſita. &c. parte 1. 284.B.
Quòd bonum non eſt, quod malum ſit, non ſtatim ſequitur. parte 4. 239.E.
bona deteriorum comparatione magis noſcuntur. parte 1. folio. 291.C.
bonum ſingularis perſonæ in tribus conſiſtit. Et enumerantur. parte 1. 358.C.
bonum commune, & maxime pacis tempore, ex tribus conſeruatur. Et enumerantur &c. parte 1. 357.D.
bonum proprium corporale, propter ſalutem boni communis eſt expo nendum. parte 4. 443. C.
bonorum communicatio quomodo & in quibus fieri debet in effectu & in ſigno. parte 6. 27.F.G.
bona quædam ſunt modica, quædam media, quædam maxima. Prima ſunt ſpecies quorumlibet corporum. Secunda ſunt potentiæ animæ. Tertia ſunt virtutes & ſcientiæ. parte 3. 136.G.
bona ſpiritualia quæ alijs communicata non minuuntur, ſed potius augentur, liberaliter ſunt communicanda. parte 2. 18.H.
bona multa ſæpe de multis ſperantur, ſed cum tempus docendi habent, & exemplo vitæ alios inſtruendi oportunitatem conſequuntur, vel parum uel nihil eſt in eis inuentum. parte 4. 403.A.
bonum hominis poteſt aliquid dici dupliciter. parte 6. 116. H.
bonum diuinum poteſt dupliciter intelligi. Vno modo pro ipſa bonitate diuina. Alio modo pro bono vniuerſi &c. parte 1. 204.F.

bonum

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

bonum delectabile quod habetur abſq; labore hominis, & etiam cum labore ſignificatur per mel & butyrum. parte 3. 42.H.
bonũ ſenſibile, modicum habet de bonitate, & ideo appetibilitas eius cito tranſit, & eius adeptio & continuatio faſtidium inducit &c. parte 3. 136.H.
bona, cum dicantur ſigillatim cætera creata, cur homini, qui eſt ad imaginem Dei factus, cum cæteris hoc dicitur. parte 1. 28.H
bonum ad mala transferimus, ſicut dicitur bonus latro, qui uias accommodas adinuenit ad faciendum latrocinia. parte 2. folio. 301.A.
bona naturæ quadruplicia ſunt, ſcilicet claritas intelligentiæ, capacitas memoriæ, viuacitas ſenſuum exteriorum, integritas & ſanitas membrorum. Et poteſt homo illis bene & male vti. parte 5. 166.D.
bona ſpiritualia per frumentum, vinum & oleum parabolice intelligũtur, quæ non capiuntur ab hominibus niſi ſub ſimilitudine corporalium, propter quod ſcriptura veteris & noui Teſtamenti loquitur frequenter parabolice. parte 4. 152.E.
bona gratiæ & gloriæ optanda ſunt inimicis, terrena non niſi in generali. parte 5. 23.B.
bona diuinitus collata, non cedunt ad gloriam male operãtibus ſed magis ad pœnam. parte 5. 77.D.
bona ſpiritualia tantum excedunt temporalia, quãtum centenarius vnitatem. parte 2. 108.G.
bonum duplex eligitur diuina potentia ex hæreſibus. Primo ex hoc veritas fidei elucidatur. Secundo per hæreticorum perſequutionem examinantur, & probantur fideles ſicut aurum in fornace. parte 6. 50.C.
bonum triplex ſequitur ex ceſſatione legalium. Primum, libertas ſumme deſiderabilis. Secundum vniuerſæ legis impletio facilis. Tertium ſequela ſpiritusſancti, per quem homo proficit in ſpiritualibus. parte 6. 87.C.D.
bona naturæ bona gratiæ, & gratis datæ bona ſcientiæ bona potentiæ & bona opulentiæ, dicuntur talenta, quia per bonum vſum poteſt homo ſibi acquirere cœleſte præmium. parte 5. 76 G.
bona in hac uita collata homini, parua ſunt reſpectu bonorum gloriæ, quia ibi confertur homini bonum infinitum. parte 5. 77.C.
bona opera noſtra occultare & non oſtentare debemus coram hominibus, & quare. parte 1. 124.G.
bona opera ſine charitate facta ad terram viuentium non introducũt, parte 1. 363.D.
bonum opus in principio non debet laudari, ſed cum perſeuerãter fuerit factum maxime laudandum eſt. parte 2. 28.D.
bona exteriora: an & quomodo ſint dicenda bona, & quomodo diuerſimode de hoc philoſophi ſentiunt. parte 3. 8.C.
bona temporalia ſiue terrena dat Deus indifferenter bonis & malis, ſic autem non eſt de ſpiritualibus bonis & æternis &cæte. parte 1. 332.D.
bona temporalia & ſpiritualia, licèt ſint Dei dona, aliter tamen & aliter, & quomodo differentes a Deo dantur. parte 3. 52.G.
bona temporalia minima ſunt, & aliena a nobis. Bona autem ſpiritualia ſunt maiora, & noſtra. parte 5. 166.G.& 222.F.
bona exteriora ſunt propter corpus hominis, & corpus hominis propter animam, & quomodo illa ordinanda & diligenda ſunt. parte 3. 8.H.
bona exteriora, ſicut ſunt propter corpus hominis, ita corpus propter animam, ergo ordinans bona animæ principaliter ad bonũ corporis, eſt amor & ordo peruerſus &c. parte 3. 8.H.
bona exteriora, vide in Exteriora bona.
Inter bona extrinſeca, maxima ſunt honor & dignitas, & ideo iactura iſtorum eſt maxime afflictiua. parte 3. 40.F.
bonum prolis eſt præcipuum inter omnia bona exteriora. parte 3. 254.H.
bonorum temporalium adeptione non eſt immoderate gaudendum, nec de eorum amiſſione nimis triſtandum: quot & quibus de cauſis. parte 3. 8.D.
bona præſentia a Deo nobis donata, conſolatio ſunt, cum deſunt, iuſtitia eſt, parte 3. 225.H.
bona temporalia ſunt duplicia, & qualia propter ſcandalum dimittenda, parte 6. 29.G.& H.
bona præſentia & caduca dum pro æternis quandoq; habendis dimittẽda eſſe perſuadetur, multi in eccleſia timent, & ſe deceptos credunt. parte 5. 204.F.
bonorum temporalium collatio non eſt certum ſignum amicitiæ diuinæ, ſed aliquando magis ad contrarium. parte 1. 332.D.
bona terrena (cum ſint multo minora bona operibus virtuoſis) non poſſunt eſſe principale præmium promiſſum patriarchis pro operibus virtutis. parte. 4. 96. C. Et 116. D. Vide etiam in Temporalia bona.
bona fuerunt quatuor promiſſa obſeruantibus pręcepta diuina. Et enumerantur &c. Et econtrario non obſeruantibus comminatus eſt per quatuor cõtraria illis. Et enumerantur. parte. 1. 160. G. Et. 261. C.
bona temporalia quæ habent impij non ſunt in manu ſua. i. in poteſtate, quia ſunt auferibilia violenter, ſed ſpiritualia quæ ſunt, virtuoſis non poſſunt auferri, & ſolum habentur à iuſtis &cæte. parte 3. 44.C.
bona in manu habet, qui deſpiciendo temporalia ſub dominio mentis premit, At quiſquis ea nimis diligit, ſe magis illis, quàm ipſa ſupponit. parte 3. 44.B.
bona temporalia largiuntur in pręſenti pleruną, ut ad cœleſtia alliciant. parte 1. 127.F.
bona fortunæ oculis clauſis uidemus, quæ mox apertis nõ inueniemus, in uita ſomniunt: in morte euigilant, ſcientes quid eſt. parte 3. 189.B.
bona temporalia ſiue corporalia, quæ reputantur ſpecioſa, licet ſint occulta, poſſunt tamen inueniri ſtudio & labore hominum quamuis cum difficultate. Bona autem ſpiritualia ſicut gratia & virtutes infuſæ impoſſibile eſt labore hominum inuenire. parte 3. 53.C.
Bona temporalia præcipua ut metalla & precioſi lapides, habent ſuæ emanationis principia ſubtus terram: & in profundis fluuiorum ſunt abſcondita. parte 3. 54.B.
bonum temporale & etiam ſpirituale deſignatur per adipem. parte 1. 218.H.
bona temporalia & eorundem abundantia ab amore Dei retrahunt. parte 1. 338.F.
bonũ incipere debes quamuis perficere non confidas. Melius eſt enim perfectã uiam quærenti in itinere mori, quàm nec proficiſci. parte 1. 152.E.
bonorum temporalium ſiue carnalium & ſpiritualium, atque æternorum, quæ certior diſtinctio eſt, quàm paſſio Chriſti &c. parte 1. 295.E.
bonus eſt Deus ex ſe & in ſe, cuius bonitas non eſt qualitas, ſed natura &cæ. Et eguerunt illo cætera, ut fierent bona. parte 3. 287.F.
bonus homo, ſimpliciter per bonitatem uolũtatis dicitur magis, quàm per bonitaté aliarum potentiarum animæ, & ratio huius &c. parte 5. 130.C.D.
bonos non faciunt duæ res. parte 3. 119.B.
bonis non nocet cum malis eſſe corpore, ſed mente. Si deſit ſpiritus nõ adiuuat locus &c. parte 4. 214.B.
bonorum uita non irrigatur aquis deliciarum ad pullulationem uitiorum & augmentum, ſed ad ſuſtentationem corporis in exercitio uirtutum. parte 1. 343.H.
boni dum de malo tentantur, cui nequaquam conſentiũt, quo per infirmitatem titubant eo greſſus cordis ad iuſtitiã uerius figunt. parte 1. 305.E.
boni ſermonibus iniquorum atteruntur, quando contra eos illi in uerbis tumẽt, qui aut in peruerſa fide, aut in prauis moribus iacent. parte 3. 40.B.
boni, cum loquuntur, duo ſunt, quæ in ſuis loquutionibus attendunt vt videlicet aut ſibi & auditoribus ſuis, aut ſibimet ſolis proſint ſi auditoribus prodeſſe non poſſunt. parte 3. 43.E.
bonus ſi in humili mente, exigente cauſa vel dolore, bona de ſe dicit, non peccat. parte 3. 39.E.
boni nec deſpecti ſua aperiunt, cum alijs non proſunt, quod eſſet ſe oſtẽdere, non prodeſſe &c. parte 3. 59.E.
boni in perſequutionibus, quas a malis frequenter ſuſtinent, ſic ſe habeant &c. parte 1. 95.H.
bonus non fuit, qui malos tolerare non potuit. parte 3. 357.E.
bonis, perſequutio iniquorum vtilis eſt, & ad quid. parte 1. 127.F.
bonorum & malorum hominum vita differenter ſe habet, & in quibus. parte 1. 343.H.

B O O

booz tres fuerunt, ſed euangeliſta Matthæus vnum tantum nominat. parte 5. 6. D. Item primus fuit auus, ſecundus filius, tertius nepos. Primus fuit filius Salomon quem genuit de Raab, & tertius fuit iſte, qui genuit Obeth ex Ruth. parte 2. 57. G. & 59. H. & 191. G.
booz & Abeſſam vtrum fuerit idem homo. parte 2. 57.F.

B O S

bos quinque habet vtilitates, immolatur, arat, paſcit, lactat, corium etiam diuerſis vſibus miniſtrat. parte 1. 169.G. & fo. 170.B.
bos alitur de præſepe, ſed de labore bouis præſepe repletur, & bos de preſepe ſuo reficitur fructu. parte 3. 322.E.
boues fœno non niſi mundo veſcuntur. parte 3. 77.E.
boſor quomodo interpretatur, & cui interpretatio congruit parte 3. 226.A.
boſra uel potius Biſra, eſt nomen proprium & appellatiuum &c. parte 4. 101.F.
brachia in virtute crucis Chriſti extollamus, & leuemus in oratione sãctas manus, vt Dei auxilium mereamur. parte 2. 135.B.
brachmanæ populus eſt, cuius origo & mores deſcribuntur. Mores illorum hi ſunt. Pura & ſimplici vita viuit hæc gens, nullis rerum capitur illecebris, Illi genti lex eſt contra ius non ire naturæ. Et plura alia commendanda de ea narrantur. parte 1. 10. H. & folio. 11. A B. & C.

B R E

breuiſſimum eſt quidquid finitur ſi æternitati comparatur. parte 2. 371.A.

B R I

brigam ſuſcitat dominus aliquando inter malos, vt boni maiorem habeant quietem. parte 4. 448.H.
brito frater de ordine minorum prologos bibliæ expoſuit valde ſufficienter. parte 1. 3.H. Et nomine proprio dictus eſt Guilhelmus. parte 4. 405. E.& F.

B R V

bruchus vnde naſcitur, & quamdiu ſic nominatur. parte 4. 60. E. & 351.C.F.
brutis animalibus neceſſaria prouidit natura, & non homini rationali, & quare. parte 5. 26.H.

B V

butyrum: quòd eſt pinguedo lactis, eſt præcipuum inter illa quæ de pecudibus extrahuntur. parte 3. 55.B.

C A A

CAATH FILIVS LEVI HABVIT QVAtuor filios. Amram primogenitum, Iſuar ſecundum, Ebron tertium, & Oziel quartum &cæte. parte 1. 290.B.
Caathitæ dicuntur ſacerdotes & Leuitæ, qui fuerunt de tribu Caath. ſed differentialiter nominati ſunt, & quomodo. parte 1. 271.B.& D.
Caathitę officia habuerũt, quòd humeris ſuis proprijs portauerunt pertinentia ad tabernaculum fœderis. parte 1. 276.B.

CADA

C A D A

cadauer corpus ſine anima, & anima ſine Deo, qui eſt eius uita. parte 1. 154.A.
cadauer vocari poteſt omnis, qui peccati morte ceciderit. parte 3. 76.F.
cadauera Antichriſti & ſui exercitus primo corrodentur a beſtijs & auibus, & poſtea tradentur ſepulturæ, non propter Antichriſti & ſuorum honorem, ſed ad terræ purgationem. parte 4. 265. H. Et fol. 266.C.
cadere leguntur ſancti in faciem. Mali verò retro &c. parte 4. 213.G.& 299.E.
cadit in faciem, qui in hac uita culpam agnoſcit, eamq; pœnitendo deflet. Retro cadit, qui in hac uita repente decidit &c. parte 6. 257.A. Item parte 4. 213.F.& G.
cadat neceſſe eſt & moriatur quicunq; cõuertitur a fide & ueritate. parte 2. 68.B. Interli.
cadere paſſim in uolutabrum omnium uitiorum non trepidat, qui inter bonum & malum quaſi inſanus diſcernere ignorat. parte tertia. 331.E.
cadere in corporis corruptione aliquando minus eſt quam cogitatione tacita, ex deliberata elatione peccare. parte 2. 108.F.
cadunt qui ſibi uolunt eſſe fortitudo & laudatio, ſed non cadit cui dominus eſt fortitudo & laudatio, ſicut nec dominus cadere poteſt. parte 3. 260.E.
cadens adorat Iob, quia ille ueram orationem exhibet, qui quòd puluis ſit humiliter uidet. parte 4. 8.B.
cadit ſepties iuſtus in die, & per quæ & qualiter. parte 3. 332.A.B.
Solus in illicitis non cadit, qui caute ſe reſtringit a licitis. parte 3. 13.A.
cades eſt duplex. Vna eſt locus deſerti, ubi manſerunt filij Iſrael per aliquod tempus, qui dicitur Cadesbarne. Alia eſt ſita in ſorte Iudæ parte 3. 412.A.
cadesbarne eſt locus in deſerto, qui coniungitur ciuitati Petræ in Arabia, ubi occubuit Maria. & Moyſes rupe percuſſa aquam ſitienti populo dedit. Monſtratur etiam uſq; hodie ibidem ſepulchrum Mariæ, parte 1. 332.E.

C A I N

cain debet ſcribi per, n, & non per, m, ſecundum Hebræos. parte 1. fo. 45.C.
cain quare prælegit agriculturam. parte 1. 47.B.
cain quare agriculturam dimiſit, & ipſe ſuaq; poſteritas in artibus mœchanicis inueniendis ſtuduerunt. Ibidem G.
cain unde habuit uxorem &c. parte 1. 46.D.
cain oblatio qualis & de quibus fuerit. parte 1. 45.D. & 47. B. & 48.A.
cain percepit munera Abel fratris ſui a Deo accepta, & non ſua, per ignem immiſſum a Deo, conſumentem oblationem Abel. parte 1. 45.D.
cain ut dicunt Hebræi dixit Abel fratri ſuo uerba iniurioſa quærens occaſiones occidendi eum, licet non ſunt expreſſa in tex. uerba illa. parte 1. 45.F.& G.
cain punitio ſeptupla ſecundum Hebræos refertur ad mortem Cain, & ſecundum proprietatem Hebraici ſermonis dicitur, ſeptenis punietur. parte 1. 46.B.C.& 47.D.E.F.& 48.A.& B.
cain peccata ſeptem enumerantur, parte 1. 46.B.
cain quibus adiutoribus ædificauit ciuitatem, ſi plures homines nõ fuerunt quàm ſcriptura dicit. parte 1. 46.B.& C. in princi.
cain fuit interfectus per Lamech in ultionem fratris ſui, & hoc fuit in alia generatione &c. parte 1. 46.D.
cain an uſq; ad diluuium uixerit, & in eo ſubmerſus fuerit. parte 1. 47. F.& 48.C.& D.
caiphas de ſtirpe Aaron deſcendit. parte 1. 315.C.
caiphas non prophetauit de Chriſto ratione ſui meriti, ſed ratione ſui officij: Nec fuit verus propheta, quia conditiones quas uerus propheta debet habere non habuit. parte 5. 220.D.E. & F.
caiphas Iudæorum pontifex quærens Chriſti mortem ſignificatur per Saul &c. parte 2. 90.D.
caius imperator miſit ſtatuam ſuam per orbem, ut adoraretur in ea, quã ſoli Iudæi adorare renuerunt. parte 3. 382.C.G.

C A L

calamitas arenæ cõparatur, quæ æſtu undarum exterius pellitur, & quare. parte 3. 18.E.
calamus eſt arbor aromatica gracilis & nodoſa ad modum cannæ uel arundinis, & ponebatur in ſacra unctione qua ungebantur uaſa diuino cultui conſecrata. parte 4. 121.C.
calamus prout eſt menſura quot cubitorum ſit. parte quarta. fo. 289.B.C.
calcaria multorum clericorum plus quàm altaria fulgent. parte 1. 370.D.
calcator uuæ & ſeminator, prædicationem uerbi Dei ſignificant. parte 4. 369.H.
calcedonius lapis quam proprietatem habeat, & moralis illius ſignificatio. parte 6. 273.A.& C.
calciamentis an Chriſtus uſus ſit: Arguitur pro & contra. parte 5. 93.B. C.D.E.& F.
calciamenti corrigiam ut ſoluam &c. quomodo hoc dixit Iohannes Baptiſta de Chriſto, cum apoſtolis ipſe portare calciamenta inhibuit, Et cœpit Ieſus fa. & do. parte 5. 189.F.
calculus quid ſignificat. parte 4. 17.D.
caleb Caleph & Calubi eiuſdem nomina ſunt. parte 2. 191.B.
caleb fuit filius Eſron. Et dicũt aliqui, quod pater Caleb fuit binomius & dictus eſt Eſrom & Iephone &c. parte 2. 21.B.& 194.C.
caleb habebat tantum octo annos ut dicit glo. Hebraica quando accepit Azubam, & genuit ex ea Ierioth, qui natus eſt nono anno ætatis Caleb &c. Sed improbatur. gloſſa parte 2. 191.H.
caleb coniugium cum Maria ſorore Moyſi ut gl. Hebraica dicit improbatur. 191.A.
caligo quædam eſt bona, quædam eſt mœroris & turbinis. parte 4. fo. 184.H.
callidus proprie dicitur, qui præuidet pericula ſibi ab alijs pręparata. parte 3. 322.G.
calix in ſacra ſcriptura intelligitur pœna a Deo inflicta uel infligenda. parte 3. 193.F.
calix Dei dicitur amor Chriſti uel ſpiritusſancti, & quare. parte 3. 111.A.
calor naturalis dupliciter accenditur. parte 3. 271.F.
caluariæ locus dicitur, non ob caluicium Adæ, quem ibi mentiuntur ſepultum, ſed ob decollationem damnatorum. parte 5. 85. A. B.& fo. 239.B.
caluitij inchoationem uel principium dicit feneſtra, quia quando homo incipit decaluari, dicitur habere feneſtras uel feneſtram in capillis. parte 1. 238.H.
caluitium dicitur perfectio uel finis fluxus capillorum, & quid intelligatur per hoc. parte 1. 238.D.
calumniatores, qui dicuntur &c. parte 3. 65.F.
calumnia deſcribitur. parte 1. 247.D.
calumnia habet in ſe tentationem, ſed tentatio poteſt eſſe ſine calumnia &c. parte 3. 271.C.

C A M

cambyſes Darij filius dictus eſt alio nomine Nabuchodonoſor ſecundus, quia ſicut primus templum deſtruxit, ſic iſte reædificationem eius impediuit. parte 2. 293.D.
camelopardalus animal eſt albis maculus reſperſum, capite camelo ſimilis, collo equino, pedibus bubali, per cætera pardus: in Aethiopia naſcitur. parte 1. 346. E.& H.
camelus eſt animal gibboſum & onoriferum, & eius moralitas. parte 4. 98.A.
Camelos melius ſciũt nutrire & cuſtodire Iſraelitæ, quàm Iſmaelitæ. parte 2. 212.D.
camelus mundum animal partim, quia ruminat: partim autem immundum, quia ungulam non findit. parte 3. 7.E.

C A N

candor duplex, ſcilicet lepræ & lucis. parte 2. 16.F.
canhedrin dicebantur, qui fuerunt de collegio, ſeu conſiſtorio Iudęorũ, ad quos omnes difficultates, ſeu dubia legis & fidei perueniebant: Et reſidebant ſub regibus & ducibus Iudæ &c. Et durauerunt uſque ad certum tempus ante deſtructionem templi ſecundi &c. parte 1. 120. B.& 121. B.& C.
canes a canendo dicti ſunt. Canum enim conſuetudo eſt, illa loca latratu defendere, in quibus ſe norunt alimoniam reperire. parte 2. 153.A.
canis ſupra omnia cætera animalia, amorem dicitur proprio domino ſeruare, nec terrore nec iniurijs obliterari in eo fertur affectus. parte 2. 40.F.
canis cum uomit, cibum qui pectus deprimebat abijcit: ſed cum ad uomitum reuertitur, unde leuiatus fuerat, rurſus occupatur, & myſticatio eiuſdem. parte 6. 226.E. Item parte 3. 334.B.
canis tantæ uilitatis reputabatur, quòd non ſolum erat animal immundum ad immolandum & comedendum, ſed etiam ad redimendum. parte 6. 106.F.
canis primogenitum non poterat offerri, nec etiam redimebatur: Quid autem de illo primogenito. ſ. canis fiebat, nõ exprimitur &c. parte 1. 358.A.B.& D.
canibus non dedit ſanctum Chriſtus, cum inſidiatoribus & conculcatoribus ſecreta myſteria loquebatur &c. parte 5. 174.G.
canes dicuntur, & gentes & Iudæi, & quare. parte 3. 167.B.
canes dicunt Iudæi gentiles omnes. Et uocant gentiles, qui non ſunt de lege eorum. parte 1. 171.G.
O canes beatos, qui perſequuntur infideles, fures abigunt, ouilia ſancta cuſtodiunt. parte 2. 153.B.
cani ſicut in iuſto pro ſapientia, ſic in impio pro ſtultitia accipiuntur &c. parte 4. 341.E.
canicies, gloria ſenis. Item canicies hominum prudentia eſt. parte 4. 11.A.
canicies ſenſuum cum canicie capitis dignitas & reuerentia ſenum. parte 3. 329.B.
canones duplices ſunt. ſ. euangeliorum & conciliorum. Et quis primus canones euangeliorum excogitauit. Et quot ſunt &c. & modus intelligendi eoſdem. parte 2. 283.C.& D.
canones diuinorum librorum, qui hodie ſenſu euangelico exponuntur, per doctores ueteris Teſtamenti ſignificantur &cæt. parte 2. fo. 210.A.
canonici libri totius Bibliæ quot & qui ſunt. parte 1. 2.B. C.& D.
canonicæ ſcripturæ quare ſic dicantur. parte 3. 308.B. Item parte 1. 2.A.
canonicas ſcripturas eſſe quoſdam libros orientalis eccleſia non recipit, ſed bene occidentalis. parte 3. 308.B.& C.
canones generalium conciliorum temporibus Conſtantini magni cœperunt. parte 2. 283.D.
canonici ſi pingues præſentias odore percipiunt, ſe præſentes aſſociant: ſi uerò tenues, uicarios mittunt. Et aſſimilantur &cæ. parte 5. 64.H.
cantant indigne. Laudate pueri do. qui ſe magnos putant. par. 3. 255.B. in fine.
Non cantat hilariter, qui non amat. parte 3. 188.A.
cantica multa legimus in ſcripturis, ſed hoc, Moyſi. ſ. primum omnium eſt, quod Ægyptijs & Pharaone ſubmerſo poſt uictoriam cantatur. parte 1. 153.F.
cantica graduũ (ſcilicet pſalmi quindecim) quare ſic dicantur, & a quo, & ad quid facti ſunt &c. parte 3. 275.& 276.D.
cantica lætitiæ ſubticet eccleſia in ſeptuageſima, & quare. parte 3. 173.E.
canticum canticorum dicitur liber Salomonis, & quare ſic dicitur, & quomodo Græce & Hebraice intitulatur. parte 3. 307.G. & 354.G.
cantici canticorum libri materia, quæ ſit, ſcilicet quis ſponſus,


que

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

quæ ſponſa, quia vario modo ab Hebræis & Latinis aſſignatur. parte 3. 355.B.
cantici canticorum liber quatuor perſonas inducit: ſponſum, & ſodales eius: ſponſam, & adoleſcentulas cum ea. Ibidem. A.
cantici canticorum liber ſecundum tranſlationem noſtram in pluribus diſcrepat a litera Hebraica, & ſimiliter ſignatio capitulorum &c. Ibidem. B.
cantici canticorum liber apud Hebræos, quibus & quando legere permiſſum eſt, parte 3. 354. H. Vide etiam in Ezechielis difficultatem.
cantores Dauid inſtituit, poſtquam obtinuit regnum & arca in tabernaculo fuit, vt exercerent officia coram domino. parte 2. 196.F.
cantores principales tres fuerunt, ſicut tres fuerunt filij Leui. ſ. Heman de Caath, Aſaph de Gerſon, Ethan (qui alibi dicitur Idithun) de Merari. parte 2. 196.E.
cantores erant ſic ordinati, quòd Heman cum ſocietate ſua erat in medio. Aſaph autem cum ſua ſocietate ad dexteram &cæt. Ibidem. F.
cantores quatuor præpoſuit Dauid canentibus pſalmos ante arcam, qui pſalmos perſonabant tribus modis, & qui fuerunt. parte 3. 86. C.& D.
cantores fuerunt tres principales in veteri Teſtamento, & de filijs iſtorum trium inſtituti ſunt vigintiquatuor cantores, & deſeruiebãt ordinate uigintiquatuor hebdomadarijs ſacerdotibus &c. parte 2. 210.D.
cantores uigintiquatuor inſtituti ſunt per ſortes, quis eſſet primus, & quis eſſet ſecundus &c. & non ſunt ordinati ſecundum ordinem patrum uel ætatum &c. parte 2. 210. D.
cantorum ordinatio in ſuis officijs diſtincta fuit per uigintiquatuor uices ſibi ſuccedẽtes, ſicut & ordinatio principalium ſacerdotum, qui Hebdomadarij dicebantur. Ibidem. D.
cantores de ſimplicibus Leuitis, aliqui erant cantores ad dicendam diuinas laudes, alij alijs in officijs cõſtituti, quia aliqui erant ianitores, aliqui cuſtodes vaſorum &c. Ibidem. D.
cantoribus & cantatricibus inſtrumentis muſicalibus, & uocibus humanis licitum eſt vti moderate, & horum ratio. parte. 2. 118.A.
cantus releuat labores, & tollit tædium. parte 3. 266.A.

C A P H

capharnaum dicitur ciuitas Chriſti, & quare. parte 5. 32.A.B. Et eſt ciuitas principalis ſiue metropolis in Galilæa. 55.C.& 139 C. & 200. F.& 16.E. Item parte 4. 24.B.

C A P I

capillaturam mulieres nutriebant, ſicut fit adhuc in aliquibus gẽtibus. parte 6. 254.B.
capillos (ut veterum mos fuit) ſi quis nutriuit ob ſpeciem corporis, eos afflictionis tempore abſcindebat. Et econuerſo, qui tempore tranquillo abſciderat, in oſtenſione afflictionis nutriebat. parte 3. 8.B.
capillos corporales quidam offerunt diabolo &cæte. parte prima. 346.A.
capillorum creſcentia in Nazarenis, erat ſignum durationis voti. parte 1. 375.B.& C.
capillos capitis diſcipulorum dicit dominus eſſe numeratos, non qui tõdentur uel proijciuntur vel ætate pereunt, ſed qui in Nazarenis erant, quibus inerat uirtus ſpiritusſancti. parte 1. 165.D.
capillos capitis appellauit dominus virtutes animi, & multitudinẽ ſenſuum. de mente tãquam de capite apoſtolorum prodeuntes. parte 1. 265.D.
capillorum nigredo atteſtatur fortitudini & iuuentuti. parte 3. 363.G.
capitium quid dicitur. parte 5. 57. E.G.
capitulum quid eſt, & quare ſic dicitur. parte 6. 147.E.G.
capitulorum ſignatio in biblijs noſtris, eſt frequenter defectiua, quia frequenter non ſequitur ſignationem Hebraicam: nec etiam Hieronymi &c. parte 4. 355.F.
capiuntur homines per diabolũ & miniſtros ſuos in triplici ſtatu. Primo. ſ. principes & prælati. ſecundo mediocres. tertio omnes, per triplex inſtrumentum &c. parte 4. 391.H.
capiendi modus Chriſtum, magis conueniens ad ſubuertendum populum (quem Phariſæi timebant) fuit, ut fieret per diſcipulum &c. parte 5. 179.D.

C A P P A

cappadoces & Philiſtæi exierunt de eadem gente. parte 1. 57.G. Item parte 4. 168.D. in princi.
capparis renibus ualet, eſt herba qua excitatur luxuria. parte 3. 154.A.C.

C A P R

caprarum pleræq; pariunt bis. ſ. hyeme & æſtate, quorum fœtus chimarrus & chimarra &c. parte 1. 220.E.
capræ pili uel caprarum pelles, ſi ſemper ſignificarent fœtorem pœnitentium. non ipſum animal inter munda computaretur, nec in laude ſponſi diceretur. Capilli tui ſicut grex caprarum &cæte. parte 1. 181.E.

C A P T I

captiui dicuntur ciuiliter mortui & ſepulti. parte 4. 263.F.
captiuus non omnis propter peccatum ſuum captiuus. parte quarta. 208.F.
captiui ducebantur in bello colligati, & cilicio ſiue ſacco induti, ſubtractis eis ueſtibus precioſis. parte 4. 170. C.
captiuorum capita radebantur & ducebantur nudatis capitibus ad maiorem eorum confuſionem, & uictoriæ declarationem, qui diſtrahebantur, & ſub corona uendi dicebantur. parte prima. fo. 371.F.
captiui ducti radebantur antiquitus, quantum ad capillos & barbam. parte 4. 170.B.& 368. C.
captiuitate imminente & hoſtili per agros urbeſq; clade feruente, naturale eſt, cunctos qui euadere queunt, alta uel abdita requirere. parte 5. 180.E.
captiuandas decem tribus pro peccatis ultra montes Perſarum, ita ut amplius non ſint reuerſuræ ad proprium locum deplorat propheta. parte 4. 363. F. Item adhuc non eſt reducta. parte 4. 156.G.
captiuitas Iudæorum ut tradunt Hebræi non uenit quamdiu reges & populus colebant uitulos, ſed poſtquam Oſeæ rex permiſit ut ſi uellent, irent ad templum Dei, & ibi ſacrificarent, carens uerò populus omni excuſatione captiuatus eſt. parte 4. 344 F.
captiuitas Iudæorum per quot, & quos facta fuit, & per quæ ſignificatur: & quare. parte 4. 352.A.& B.
captiuitas Iudæorum Babylonica, & captiuitas hodierna (quam ipſi Romanã uocant) comminantur eis differenter in Leuitico & in Deuteronomio &c. ſub nomine maledictionum. part. 1. 262.G.H.& 365. F.G.& H.
captiuitas Iudæorum Babylonica tolerabilior. & minor fuit Hebræis incomparabiliter magis quàm captiuitas hodierna. & hoc patet ex tribus. parte 4. 318.H.& 327 A.& B.
de captiuitate Babylonica redierunt tantum duæ tribus, & pauci de decẽ tribubus &c. & tamen multi de iſtis, & de illis remanſerunt in Babylonia, detenti amore uxorum, prolium, & bonorum tẽporaliũ &c. parte 4. 366.C.& 379.C.& 116.A. Item parte 2. folio. 198. F.G, & 249.F.
captiuitatis tempus Iudæorum primæ & ſecundæ quando incœpit, & quantum durauit. parte 4. 217.E.G.H.
captiuitas Iudæorum præſens, eſt ſecundum Ra. Sal. propter peccatum uituli conflatilis expiandum, propter quem & nunc ſuſtinent afflictiones. parte 4. 90.B. Sed fingit.
captiuitas iſta moderna uſq; ad finem mundi durabit &c. parte 3. 103. B. Item fuit figurata per captiuitatem Babylonicam. parte 6. 189.D.
captiuitas quomodo dicitur auerſa a Iacob, cũ decem tribus (quæ erãt maxima pars deſcendentium de Iacob) fuerunt tranſmigratæ ultra flumina Gozan: & nõ fuerunt reuerſę in liberatione Babylonica &c. parte 3. 212.F.G.H.& 213.A.& C.
captiuitatis malum quantum boni populo Dei attulit, liquidè oſtenditur, & nobis in exemplum proponitur. parte 2. 243. B.& 244.F.G.
captiuitas populi Iudaici quid nobis ſpiritualiter ſignificet. parte 4. 208.F.
captiuitas humani generis deſignatur per captiuitatem Tobiæ. parte 2. 283.E.

C A P V

caput, quòd apertum habetur, in luctu operitur. parte prima. 231.F.
caput optimum ponit ſæpe Deus, ubi fuerat caput peſſimum ipſo abſciſo. parte 4. 394.F.
capite cooperto decenter orare poſſunt aliqui in ſecreto, uel ut ſingulares perſonæ. Sic pſalmos canẽtes, ſic prędicans, ſeu docens in ſcholis &c. parte 6. 49.C.
capita mouere ſolent homines præ admiratione, quando uident aliquid eſſe magnum repente deiectum, & annihilatum. parte 3. 148.C.
capite damnatur, qui turpiter & beſtialiter agit, ut forma hominis priuetur, qui ſapientiæ rationem non tenuit. parte 3. 272.E.
caput Iohannis Baptiſtæ in tria loca dicitur fuiſſe allatum, ſed nunc in Ambianis creditur eſſe. parte 5. 47.G.

C A R

carbones iuniperorum diu ſeruantur. ſ. ad annum, quando ſuis cineribus ſunt operti. parte 3. 276. B.
carbunculus ardentium gemmarum principatum tenet, ſic dictus, quia ignitus, ut carbo &c. parte 3. 420.A.
carcer duplex eſt. ſ. uitiorum & tribulationum. Primus eſt reproborum qui mentis operibus iniuſtis grauantur, donec carne ſoluti in exteriores tenebras proijciantur æternæ damnationis. Secundus eſt iuſtorum. parte 6. 221.A.B.
cardines orbis terræ, qui ſunt. parte 3. 317.G.
carectum non carpitur manu, quia acutis angulis ſurgens, manum ſecat. parte 3. 23.A. B.& C.
cariatharbe. i. ciuitas quatuor, quia quatuor magni patriarchæ ſunt ibi ſepulti cum uxoribus. parte 1. 79.E.F. Item parte 2. 21.D.& 31.G. Item parte 5. 85.B.
carmelus. parte 4. 27.A.& 36.F.& 60.H.& 112.C. Et 359.A.& 368.F. Item parte 2. 91.A.
carmen in nocte, lætitia eſt in tribulatione. parte 3. 65. F.
carmen Moſaicum, an ſit mere propheticum, uel exhortatorium, & comminatorium. parte 1. 269. D. & 371. G.& fo. 372.D.
carnale efficitur hoc, quod nimia diſcuſſione ſentitur. parte 3. 338.G.
carnalitas noſtra talis eſt, ut ardentius deſideret prohibita. parte 6. fo. 16.E.
carnalitatis ſiue cupiditatis uitio datur iudicium æquitatis. In quo notãtur ſuperfluitas, gula, inepta lætitia, luxuria, adulatorum applaudentia, & ſuperbia &c. parte 4. 307.B. & C.
carnalibus illecebris ſeruienti, naſcuntur punctiones uitiorum, quibus uel ſe uel proximum lacerat, & hoc uitare non nouit. parte 3. 334.B.
carnales & ſtulti cum eis conſulitur ad ſalutem, illi totum reputant ad noxietatem: & inuidiæ ſtimulo incitati, nequiſſime ſuæ eligunt deſeruire uoluntati. parte 4. 451.E.
carnalis homo poteſt dici homo natus de muliere. i. ſenſualitate, qui ſenſualitati ſicut matri ſtudet obedire. parte 3. 33.D.
carnalibus actis, qui adhuc incumbit, neceſſe eſt ut mentes aliorum ſpiritualiter inſtruere erubeſcat. parte 3. 20.A. Item parte 2. 104.E.
carnales & infirmi, & ſi ob meritum caſtæ fidei & pietatis ad electorum ſortem pertinent, longe tamen ab his ſunt, qui dicunt.





Non audeo loqui &c. parte 2. 137.F. & 217.F.
carnalium multo maior eſt in eccleſia numerus quàm perfectorũ. Sed quantum præſtant numero, tantum ſuccumbunt merito. parte 2. fol. 137.F.& 217.F.
carnalium in eccleſia vitam moreſq;, baſilica grandis extra atrium ſacerdotum figurat. parte 2. 137.F.& 217.F.
carnales quiq; præſentem felicitatem & copiam rerum temporalium, certant ſibi multiplicare. parte 1. 343. E.
carnales quinq; ſenſibus corporis dediti, cum a domino fuerint correpti ſcelera ſua propria cognoſcentes, iuſte ſe percuſſos eſſe confitentur: Et per quid ſignificantur. parte 2. 69.A.
carnales de vitijs ſuis carnalibus pœnitentes, & poſtea recidiuantes, obiurgandi ſunt per aſperam correctionem: Sunt etiam maledicendi, ſuntq; etiam cædẽdi corporaliter, per quos, & quomodo. parte 2. 269. F. G.
carnales homines a priſtina conuerſatione diſcedentes, & in vnitate fidei & bonorum operum ſe nobis ſociantes, eorum errores in vſum noſtrum non conuertamus, ſed effundamus. Et de hoc figura. parte 1. 345. E.
carnalitatis vitium per Pharaonis nomen ſignificatur. parte 4. 252.D. circa fi.
carnalis delectatio dicitur lectulus &c. parte 3. 62.H.
carnalis vita per fęnum intelligitur. parte 3. 77. H.
carnium craſſitudo & delitioſæ epulę prouocant corpus ad libidinem. parte 2. 29.A.
carnis motus, beſtiæ ſunt, quæ continentia quaſi cauea preſſæ, & ſi tentando rugiunt, non tamen ad effectum quaſi ad rabiem morſus excedunt. parte 3. 17.G.
carnis nomine, carnis delectatio accipitur. parte 3. 62. E.
carnis voluptatem, minoris laboris eſt, incognitam cauere quàm reijcere cognitam. parte 2. 259.B.
carnis moleſtijs afficiuntur homines quinq; de cauſis; Aut propter merita augenda, aut propter humilitatem conſeruandam, aut ob peccata intelligenda & corrigenda, aut ad gloriam Dei, aut ad initium æternæ damnationis. parte 5. 94.A.
carnis peccatum alliciunt & ſuperinducunt nouem & quatuor: Et deſignantur per lectum ferreum, qui habet cubitos longitudinis nouem, & quatuor cubitos latitudinis. parte 1. folio. 333.H.
carnis delectatio quotiens in mente iniqui dominatur, in tabernaculo eius ſulphur aſpergitur. parte 3. 39.G.
caro per Chananæum ſignificatur, quæ licet nobiſcum eſt, non eſt tamẽ obediens, niſi tantum, quòd tributa ſoluit. i. miniſterium agendi aliquid vel merendi. parte 2. 24. A.
caro ſignificatur per Amalech, qui interpretatur gens bruta, quia per eam homo conuenit cum animalibus brutis. parte 1. 259.D.
carnem ſuam quidam offerunt in holocauſtum, ſed concupiſcentiæ gloria maculantur &c. ſed quaſi ſtultæ virgines ſunt, quæ corpore caſtę fuerunt: oleũ autem charitatis, & aliarum uirtutum non habuerunt. parte 1. 215.B.
caro noſtra dicitur mulier, quæ inſidiatur calcaneo noſtro, & eſt in ſingulis noſtrum. Et quid per calcaneum deſignatur. parte 3. 254 A.
caro nihil niſi per animam concupiſcit, ſed concupiſcere dicitur cum anima carnali concupiſcentia ſpiritui reluctatur. parte 6. 87.B.
caro non concupiſcit ſine anima, quamuis caro concupiſcere dicatur; quia carnaliter anima concupiſcit. parte 1. 338.A.
caro quam Deus fecit, non eſt carcer, ſed corruptio eius & tentatio. parte 3. 298. A.
caro plerumque per moleſtias tacta, flagello ſuo menti indicat Deum, quem ipſa carni præſidens non videbat &c. parte 1. 303.G.
caro cum ita afficitur ieiunijs, & vigilijs marceratur, ut non penitus rũpatur, tunc caput ad collum retorquetur, & non abſcinditur. par. 1. 216.B.
carnis macerationem Deo faciunt acceptam ſeptem conditiones. parte 6. 26.H.
carnis deſideria domare nihil adeo ad hoc valet, quàm penſare qualis ipſa ſit mortua. parte 3. 49.E.
caro quomodo debellatur, & vincitur, vt ſpiritui ſubiaceat. parte 1. fo. 159.D.
carnes ſuas lacerare dicuntur viri ſancti, & quando. parte 3. 31.H.
carnem noſtram non debemus abominari, ſed fouere, & neceſſaria illi præbere, curam tamen eius in deſiderijs non facere. parte 1. 357.E.
caro noſtra, ut ad virtutem decoremq; perueniat caſtitatis, neceſſe eſt vt oret, ieiunet, vigilet, & omni continentia laboret, vt delectationes ingenitas ſiccet &cæte. Exemplum de byſſo &cæ. parte 1, 186.F.
caro noſtra vitulus ſuperbus eſt, hanc offerrimus dum caſtam cuſtodimus. parte 1. 215.B.
caro filia Babylonis dicitur. Et quare. parte 3. 230.F.
carnis noſtræ caſtigatio per linum ſignificatur. Et quare. parte 3. 339.F.
caro Chriſti multis nominibus nominatur. ſ. arca, velamen, nubes, &c, Et quare &c. parte 1. 242.A.
caro Chriſti, deitatis tabernaculum. parte 3. 121.E.
caro Chriſti tripliciter intelligitur, vel illa, quę crucifixa & ſepulta, vel ſpiritualis & diuina &c. parte 6. 50. E.
carnis veram naturam, ſiue veritatem carnis in Chriſto, oſtendunt ſanguis & aqua, quæ fluxerunt de eius latere in cruce. parte 6. 234.E.
caro Chriſti licet abſolute ſumpta ſit terra, non tamen dicitur terra, quia eſt diuinitati vnita, & virtute ſpiritusſancti formata. parte 6. 148.C.
caro Chriſti non erat peccati, quia non de traduce mortalitatis in Mariam per Maſculum venerat, quamuis ex uirgine mortalis fuit, ex qua ſimilitudinem habebat carnis peccati. parte 1. 355.C. Vide etiam Chriſti caro.
caro Chriſti & Mariæ licet in lumbis Adę & Abrahę fuerit, differenter tamen ad matrem & filium traducta eſt. parte 1. 38.G. Item parte 6. 145.E.F.
caro quæ eſt ſine peccato in hac vita, niſi illa ſola, quæ non habuit in ſe vitium. parte 1. 295. F. in princ. & G. in princi.
caro quia traducitur de Adam eſt ſubiectum peccati. parte 6. 17. F.
caro quia ex Adam traducitur, peccatum in ſe habet, ſi anima traduceretur, & ipſa haberet. parte 6. 17.F. Item parte 1. 38.G.
caro nomine vermis ſignatur. Et quare. parte 3. 49.E.
caro pacem Dei in ſe recipere non poteſt. parte 4. 129. E.
caro noſtra poſt reſurrectionem eadem erit & diuerſa & quomodo &c. parte 3. 41. G.
caro in reſurrectione ex gloria animæ ad corpus redundante, fiet incorruptibilis in nullo aggrauans animam nec impediens a diuina viſione. parte 3. 41.H.
caro noſtra poſt reſurrectionem non eget ciborum refectione. Caro Adæ ante peccatum item immortalis creata eſt, vt per alimoniam adiuta, eſſet mortis & doloris expers &c. parte 1. 28.B.
caro dicitur reflorere quando ex lætitia cordis interiore, fit quædam refluentia in carne exteriore. parte 3. 123.C.
caro quæ aliquando fuerat inimica per obedientiam ſpiritus conſors futuræ hæreditatis exiſtet cum anima. parte 1. 308.H.
carnes in veſpere, & panes in mane quare dati ſunt filijs Iſrael. parte 1. 157.D.
carnes cur in eremo deſiderauerunt, cum tamen Iſraelitæ de Ægypto cum multis pecoribus exierint. parte 1. 158. B.
carnes quare & qui deſiderabant Iudæi in deſerto &c, parte 1. 281.G.
carnem cum ſanguine non comedetis: Hoc quadrupliciter exponitur a Iudæis. parte 1. 55.H.
carnes in veteri teſtamento oblatas in altari, comedebant quaſdam ſacerdotes, quaſdam propinqui &c. parte 4. 44.B.
carnes hoſtiæ pro peccato commiſſionis & omiſſionis erant ſacerdotis offerentis. parte 1. 225. C.
carnes agni paſchalis tunc crudæ accipiuntur, cum humanitas Chriſti attenditur, inconſiderata, & ſine reuerentia cognitionis relicta illius diuinitate. parte 1. 146. F.
caro Chriſti vera eſt ſub ſpecie panis ex uirtute ſacramenti, & ſimiliter ſanguis eſt ſub ſpecie vini ex vi ſacramenti, cætera ſunt ex concomitantia. parte 5. 206.G.
caro Chriſti quomodo realiter ſumitur & ſanguis, & qualiter ſunt cibus & potus, & reficiunt animam, quæ eſt immortalis, Sed non ſic eſt de cibo corporali, qui tantum reficit corpus, quod eſt corruptibile. parte 5. 206.G. & H.
carnium eſus, quando conceſſus eſt. Vide de hoc in Eſus carnium.

C A R P

carpogratiani hæretici ſunt, qui negant reſurrectionem carnis. parte 1. 236.F.

C A R T

carthago, ciuitas magna Africæ capitanea. parte 4. 249.H.
cartilago habet ſpeciem oſſis, non firmitatem. parte 3. 78.A.
carthalum quid. parte 4. 120.F.

C A S

caſia in aquoſis naſcitur, & creſcit in immenſum & reddit odorem. parte 3. 149.E.& 362.A.& C.

C A S S

caſſiodorus ſenator, in pictura poſt ſe reliquit tabernaculi & templi poſitionem, ac altaris holocauſti, quod eum a Iudæorum doctoribus didiciſſe putamus. parte 1. 186. A. Item parte 2. 137.D.& E.

C A S T

caſtigat ſe pulchre. qui exemplo alterius ſe emendat. parte 6. 47.D.& 239.A.
caſtimonia ad perfectum munditiæ candorem ducitur. cum per abſtinentiam caro fatigatur. parte 1. 189. A.
caſtimonia carnis ſæpe caſtimoniam mentis adimit, dum ſegnius bonis operibus inſiſtunt quando minus proſpiciunt. parte 1. 192. A.
caſtitas virtus tres gradus habet. parte 5. 44. D.& 45.D.
caſtitas carnis nihil eſt, ſi non aſſit mentis ſuauitas in amore proximi. parte 3. 18.A.
caſtitas magna non eſt ſine bono opere. nec bonum opus aliquid ſine caſtitate. parte 3. 340. D.
caſtitas eleuat mentem a carnalibus. Et ſicut diſponit intellectũ ad contemplationem veritatis. ſic ecõtrario luxuria mentem deprimit &c, parte 5. 76.G.
caſtitatis fermento accepto quotidie caſtior efficitur, ſic accepto nequitiæ fermento, quotidie efficitur nequior & deterior. parte 1. folio. 315.F.
caſtitas puræ conſcientiæ & conuerſationis per byſſum ſignificatur. parte 3. 340.C.
caſtitas coniugatorum etiam donum Dei eſt, & non tamen caſtitas continentium. parte 6. 42.E.
caſtitas perpetua noſtris ſacerdotibus indicitur. Et quare. parte 5. folio. 124. B.
caſtitas eorum, qui ſe caſtrauerunt propter regnum cœlorum, melior eſt & magis meritoria quàm fęcunditas prolis. parte 5. 93.D.
caſtitate candida munditię corporalis induuntur omnes, qui Dei officio aſſiſtunt & laudes et ore, moribus, & actu concrepant. Et de hoc figura. parte 2. 218.F.
caſtor & Pollux gemini dicuntur, & gentiles in mari Deos inuocant. Et quare. parte 6. 208.A.
caſtrabantur antiquitus illi, qui in domo regia ſeruiebant ad interiora domus propter ſecuritatem a mulieribus, vt dicunt aliqui. parte 4. 294.H.
caſtri alicuius redditionis terminum an liceat præfigere Saraſſenis. parte 2. 258. F.
caſtrorum optimus ſitus eſt in figura quadrata. parte 1. 271. A.
caſtra ſunt præſens uita, in qua ſemper contra ſpiritales nequitias pugnamus. parte 1. 223.C.
caſtrorum filiorum Iſrael diſpoſitio circa tabernaculum ſ. cũdum quatuor partes orbis. parte 1. 268.H



VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

caſtra in exercitu Hebræorum erāt tria. ſ. caſtra deitatis, atrium in quo erat tabernaculum: Caſtra populi, qui erant extra in circumitu leuitarum, & caſtra leuitarum quæ erant circa tabernaculum. parte 1. fo. 138. C. & 168. D, & H.

C A T A

catalogus fortium Dauid exprimitur.. & primo exprimuntur nomina aliquorum valde notabilium. ſecundo aliorum magis communium, parte 2. 322. G,

C A T H

catharij hæretici refutantur: Et quare. parte 3. 120. A,
cathaphrygæ ore venenato mel promittunt; ſed turpe eſt dicere, quæ in occulto faciunt. parte 4. 341. E,
cathecumini figurantur per Nicodemum. parte 5. 194. E,
cathedra docendi: in Docendi cathedra vide.
cathechizandi & baptizandi infantes exemplum datur, qui nec facere nec ſapere aliquibus poſſunt. parte 5. 50. B,
cathechizandis, quatuor euangeliorum principia recitantur, & de figuris & ordine eorum in apertione aurium ſolerter erudiuntur &c. parte 1. 187. C.
catholicus bonus regno cœleſti dignus, debet habere vnctionem ſpiritusſancti in corde, in ore, in opere &c. parte 4. 98. G.
catholicus bonus magis timet de bonis ſpiritualibus amittendis quàm de corporalibus, ſeu de temporalibus. parte 2. 295. D,
catholicus Deum timens omnia agit doctorum conſilio, & ſcripturarum documento. parte 3. 410. E,
catholicus quilibet, cum artem quam pro communi vtilitate didicit, ſuperbiæ vel cuiuſlibet vitij contagione polluit, ſuo ſe gladio confodit &c. parte 2. 199. G,
catholicus hæreticusq; (quorum perpetua contentio) quia diſpar intentio inuicem ſemper rixantur. Alter enim falſitatem, alter defendit ueritatem. parte 1. 361. F,
catholici mali licet ab eccleſia non recedant, tamen magis inueniūtur per diuerſa vitia ſeruire diabolo quàm per bona opera militare Deo. parte 1. 349. E,

C A V

caue ne vacuus ab opere diſcedat & premium minuatur. parte 3. 20. F.
cauendi ſicut ſunt illi, qui habēt ſpeciem bonæ uitæ propter dogma nequitiæ, ſic & hi qui cū integræ fidei & doctrinæ ſint, turpiter viuunt, parte 5. 29. B.
cauſa productiua creaturarum ſiue rerum eſt, quòd Deus producit eas omnino libere & voluntate liberrima, & non de neceſſitate. Vbi excluditur error philoſophorum, qui dixerunt Deum creaturas ſiue res de neceſſitate producere. parte 3. 186. E.
cauſæ rationales omnium rerum, quæ naturaliter fiunt in mundo ſunt abſconditæ, parte 6. 92. E.
cauſæ eorum, quæ per gratiam fiunt, ſiue eorum, quæ mirabiliter, non naturaliter fiunt, in Deo ſunt. Ibidem.
cauſa dilationis ne populus Iſrael deleretur, propter magnitudinem beneficiorum Dei eſt duplex. parte 1. 370. G,
cauſa vna incarnationis Chriſti fuit ad ſupplendum perfectionem legis per ipſum Chriſtum incarnatum. parte 3. 143. B,
cauſa rebellionis Ieroboam contra Salomonem, vnde occaſionem traxit. Et aſſignantur cauſæ diuerſæ a diuerſis. parte 2. 149. C. D.
cauſas & naturas rerum non poteſt homo explicare, nec oculus ad plenum intueri, nec auris inſtruente doctore ad ſummam ſcientiam peruenire. parte 3. 341. F. & 342. H. Vide etiam in Creatura.
cauſas noſtras ſinguli ſi requirimus, i ſcripturæ Dei eloquio ſuenimus. Ibi enim nobis omnibus in eo, quod ſpecialiter patimur communiter reſpondetur. parte 3. 62. A,
cauſa prima plus influit in cauſatum quam cauſa ſecunda. ideo Deus qui eſt cauſa prima & rector totius creaturæ plus facit ad gubernationem cuiuſlibet communitatis quàm omnes alij, imo ſine ipſo omnes alij nihil poſſunt. parte 1. 62. B,
cauſarum tria genera ſunt, circa quæ verſatur rhetor. parte 4. 351. D,
cautelis licet vti, contra cautelas malorum inſidiantium bonis: exemplo Chriſti & Pauli. parte 5. 65. G,
cautelis vtendi exemplum contra malitiam peruerſorum, exemplum dedit Dauid. quando ſe ſimulauit fatuum ut euaderet mortis periculum. parte. 2. 87. G,
cæci & claudi quos Dauid cæpit, ſecundum doctores fuerunt homines quos Iebuſæi poſuerunt, in fortitudine murorum confidentes, in contemptum exercitus Dauid &c. Ra. Salo. dicit quòd iſti cæci & claudi erant duę imagines, quarum una repreſentabat Iſaac, qui in fine fuit cæcus, & alia Iacob, qui claudicabat ex lucta cū angelo &c. Et quare dicuntur cæci & claudi in plurali, licet eſſet tantum una imago &c. parte. 2. 101. G. Et H.
cæcitas uel ignorantia peccati, poteſt cauſari tripliciter. parte 5. folio. 215. E.
cæcitas non dicit ſimplicem negationem uiſus, cum ſit priuatio, ſed dicit negationem in ſubiecto apto nato, & pro tempore in quo viſus debet ineſſe: Et ſic eſt in ſpiritualibus de cęcitate mentis &cæ. parte 5. 215. D.
cæcitas mentis, an excuſet peccatum, & quid ſit cæcitas mentis. Quale peccatum excuſet, & quomodo excuſet. parte 5. 215. D.
cæcitas vel ignorantia, quæ eſt cauſa peccati, tripliciter poteſt cauſari. Vno modo ex ruditate intellectus. Alio modo ex negligentia ſtudendi. Tertio modo cauſatur ex malitia propriæ voluntatis. parte 5. 215. E.
cæcitas mentis conſequens ad actum peccati, poteſt ſe habere tripliciter. Antecedenter, concomitanter, & conſequenter. Ibidem.
cæcitas exilij, quod homo ſe non nouit vnde contigit. parte 3. 32. E.

C E D

cedar filius fuit Iſmaelię, a quo Saraceni deſcenderunt, & ideo per ipſum deſignatur populus Iſmaelitarum. parte 4. 74. E. F. & 98. B. Item parte 3. 276. B. & 356. C.
cedron eſt nomen fluuij qui inter Ieruſalem & montem Oliueti currit per vallem Ioſaphat. parte 5. 236. B.
cedrus quæ eſt altiſſima arbor niſi ſucciſa inutilis eſt, in ſua radice manens non facit vtiles fructus. parte. 3. 123. F. & 412. A. Item parte 2. 131. A. & 134. G. & 221. F. Item parte 1. 296. B.

C E L

cela, aut Sela dictio Hebraica, ſecundum Hebręos doctores minus bene ſentientes, ſignificat perpetuitatem: ſed ſecundum doctores Hebraicos in eadem lingua magis eruditos, nihil ſignificat: Et quare & propter quid ponitur &c. parte 3. 211. B.
celare dicitur Deus in corde ſuo ea, quæ pertinent ad hominem: quando nō oſtendit erga eum beneficia exteriora, dimittendo eum in afflictione magna. parte 3. 27. C.
celebrare nullus permittendus eſt, niſi fidem faciat de ſua ordinatione. Et vnde huius habetur argumentum. parte 2. 242. F. H.
cæleſtes habitatores inquit allegoricus interpres, ſponte aſſumere corpora, infantium vagitum, & incunabula paruulorum &cæte. & quoſdam ad propriam terram reuerſuros. alios futuros dęmones. Sed delyramenta ſunt. parte 4. 148. A. B, & 149. A. B. & 150. B.
cęleſtium corporum materia quæ & qualis ſit. parte 1. 23. C. D.
cœleſtia corpora, an & quomodo digniora ſint homine, parte 1. 336. B. D. E, & G.
cœleſtia deſiderare debemus, & illo hoc modo adipiſci valemus. parte 1. 122. F.
cęleſtia corpora an & quomodo poſſunt dici animata &c, parte 4. 125. H. Et extenſius, 127. D. & E.
cœleſtia corpora an & quomodo habent contrarietatem. parte 3. fol. 431. C.
cęleſtia corpora licet ſint agentia de neceſſitate, habent tamen virtutē immutandi elementa & compoſita ex eis ad diuerſas qualitates, ex quibus diſponuntur humana corpora ad varias infirmitates. parte 4. 126. B. circa princi.
cęleſtium corporum decor, maxime conſiſtit in luce. parte 4. 57. G.
cęleſtia dicuntur mundari per Chriſti ſanguinem, ſicut tabernaculum dicebatur antiquitus mundari. parte 6. 151. D.
celeuma quid dicitur. parte 4. 146. D. & 169. H.
cella vinaria, vt dicit Ra. Sal. dicitur, eo quòd in libaminibus ſacrificiorum effundebatur vinum, & tunc leuitæ, & cantores incipiebat cantare laudes diuinas, quæ ordinātur ad dilectionem Dei. & etiam proximi. parte 3. 357. H.
celte ſculpantur in cilice. In biblijs antiquis habetur, vel certe ſculpātur in cilice, quod magis conſonat cum Hebræo. parte 3. 42. B.
cęli ſunt ſeptem, quorum hæc ſunt nomina aer, ęther, olympus, ſpaciū vel igneum, firmamentum, cęlū angelorū, & trinitatis. parte . 23. F.
cęlos quidam dicunt tres. ſ. aereum, æthereum, & ſydereum: Nonnulli ſeptem, primum aereum, ſecundum ęthereum, tertium olympium, quartum igneum, quintum firmamētum, ſextum aqueum, ſeptimum angelorum. parte 1. 143. A.
cęlum & terra cur dicuntur in principio creata, & non facta prout cæteræ creaturæ factæ dicuntur. parte 1. 23. E.
cęlum, non uiſibile firmamentum, ſed empyreum. i. igneum vel intellectuale, creauit Deus in principio, quod non ab ardore, ſed a ſplendore dicitur, & ſtatim repletum eſt angelis &c. parte 1. 23. F. & 26. F.
cęlum de quo dicitur, Fiat firmamentum: vtrum excedit aeris ſpacia, an ipſe aer vocetur firmamentum. parte 1. 24. F.
cęlum quod firmamentum dicitur, deſcribitur. parte 1. 40. C.
cęlum de quo dicitur. Vocauit Deus firmamentum cęlum, quid ibi cælum illud ſignificet. Ibidem. C.
cęlum empireum (de quo dubitauerunt doctores, vtrum ſit aliquis locus corporalis an non) eſt cęlum cryſtallinum, quod etiam dicitur aqueum. Et quare, parte 1. 24. H. & 26. F. & G.
cælum empyreum dicitur cęlum cęlorum. Et quare. parte 3. 304. H.
chriſtus venit dupliciter. Primo accipiendo fideles ad beatitudinem animæ, & ſic quotidie venit ad eccleſiam, non tamen corporaliter. ſecundo venit in die iudicij corporaliter ſumendo fideles ad beatitudinem animæ & corporis ſimul. parte 5. 217.H.
chriſtus venit particulariter in mente, & in morte cuiuſlibet hominis. Sed generaliter venit ad iudicium. parte 6. 154. A. & folio. 262.F.
chriſtus habitat in homine dupliciter. Vno modo quantum ad intellectum. Et ſic habitat in eo per fidem informem. Alio modo quantũ ad effectum, & ſic eſt in eo per charitatem &c. parte 6. 78.B.
chriſtus deſideratur dupliciter: inquantum homo tantum, vel inquantum Deus, vel homo humanatus. parte 6. 163.G.
chriſtus intrat in morte cuiuſlibet hominis ſpecialiter, & intrabit generaliter, in futuro iudicio. parte 5. 68.G.
chriſtus tempore tribulationis Antichriſti auertet faciem ſuam a fidelibus, eos in acerbitate tribulationis dimittendo, ſicut homo auertit faciem ſuam ab aliquo quem non vult a miſeria releuare. parte 4. 266.D.
chriſtus de Antichriſto & ſibi adhærentibus magnam faciet vindictam. parte 4. 151.F.
chriſtus an & qua conſideratione ſit ſubiectum vtriuſque Teſtamenti. parte 4. 2.E.

C R O

cronica quid & vnde dicitur. parte 2. 61.D.
cronicis Hebræorum credendum eſt, quando ex textu Bibliæ non poteſt haberi veritas. Et illo modo doctores catholici recurrunt ad illa. Et ad annales Iudæorum. parte 1. 65.H.

C H V

chus genuit Nemroth, qui induxit poſteritatem Noe ad faciendam ciuitatem & turrim contra dominum. parte 1. 57.H. & 58.F. & G.
chuſai vocatur amicus Dauid. Alius vero Chuſi & ex uitio tranſlatorum ſeu ſcriptorum vocatus eſt vterque Chuſi, eſt autem Chuſi æquiuocum &c. parte 2. 116.H.

C I

cibus ligni vitæ in medio paradiſi quid homini conferebat. parte 1. 36.F.
cibus omnis, nomine panis & aquæ notatur in ſacra ſcriptura. parte 2. 151.B. & 167.G. Item parte 4. 61.B. & C.
cibus requiritur ad vitam animalem continuandam, per quem reſtauratur humidum deperditum per actionem calidi naturalis. parte 1. 36.H.
ciborum differentias creauit Deus diuerſas pro diuerſitate animalium, vel humani deſiderij. parte 1. 321.E. & F.
cibos proprios animalia cognoſcunt, & alijs vtitur leo, alijs ceruus. In hominibus quoque qui ſanus eſt & validus, fortem cibum requirit, confiditque edere omnia, infirmus delectatur oleribus, & fortem cibum non patitur. Paruulus vero ſi non voce, re tamen ipſa lac tantum requirit. parte 1. 321.E. & F.
cibus corporalis in propria forma ſi maneat, nõ nutrit ſed magis nocet. Aliter cibus ſpiritualis. parte 5. 205.C.
cibis & potibus ſecundum temporis exigentiam lautius & reſtrictius vtendum eſt. parte 5. 349.G.
cibos lautiores plerumque ſine culpa ſumimus: & abiectiores cum reatu concupiſcentiæ deguſtamus. parte 1. 84.F.
cibi tanta luxuria & potus, tanta ambitio veſtium, curruum & palatiorum in principio non fuit, ſed pomis arborum & oleribus herbarum viuebant antiqui, & dominus primis parentibus pelliceas tunicas poſt peccatum fecit. parte 3. 418.A.
cibus quantumcunque purus ſit, habet aliquid impuritatis: quod expellitur a natura tanquam ſuperfluum, & aliquid retinetur tanquam ad nutritionem neceſſarium. Et neutrum iſtorum coinquinat hominem ſpiritualiter loquendo. parte 5. 49.G. & H.
non ciborum vſus, ſed concupiſcentia refrenanda eſt. Non intereſt quid alimentorum vel quantum pro congruentia hominum & perſonæ ſuæ & pro valitudinis ſuæ neceſſitate quis capiat, ſed quàm facile & læto animo careat his: cum his vel oportet vel neceſſe eſt carere. parte 6. 30.A.
cibus non in vitio eſt, ſed appetitus. parte 1. 84.F.
cibus quandoque Deum laudat, & quandoque blaſphemat. Si ad refectionem ſumis, reparationemque membrorum, gratias agens &c. cibus tuus & potus laudat Deum. Si vero naturæ modum immoderatione voracitatis excedas, & vinolentia ingurgites, quantaſlibet laudes Dei, lingua tua ſonet, vita blaſphemat. parte 6. 41.G.
ciborum prohibitio quæ pertinet ad ceremonialia legis per Chriſtum euacuata eſt &c. parte 6. 184.B.C. & 180.D. & 161.B.
ciborum cuſtodia, vt quidam ſuperſtitioſe docebant abſtinendum, nihil profuit, ſed fides, abſtinentia qua abſtinetur a peccato prodeſt. parte 6. 161.B.
ciborum decoctio die ſabbati quare prohibita erat in lege. parte 6. 283.G.
cibos diſcernere more Iudæorum non eſt Chriſtiani: Perfectæ fidei eſt nullum cibum diſcernere vel immundum putare, quia omnia munda mundis. parte 6. 29.A.
cibus debet benedici ante comeſtionem exemplo Chriſti benedicentis panem. parte 5. 48.C.
cibus ſit ſanctus & ſalubris, non noxius animæ vel corpori, qui cum gratiarum actione accipitur, verbum ſanctificat, oratio impetrat. Diabolus vero per cibum tentat. parte 6. 120.E.
cibus ſumendus eſt ſicut medicamentum, & quomodo palliatur ſub neceſſitate voluptas. parte 6. 28.F.
ciborum tres ſpecies generaliter deſcribuntur, quo paſtus eſt populus Iſrael, ſcilicet Aegypti, deſerti, & terræ promiſſionis. Et illius myſticus ſenſus. Significant triplicem ſcientiam &c. parte 2. 9. A.
cibi ex arborum pomis, immortalibus corporibus non ſunt neceſſarij. parte 1. 35.F.
cibus paruulorum, lac ſcilicet doctrinæ, his qui ad bonum tendunt, vitam tribuit & ſalutem. His vero quibus contraria placent & omnis impietas cordi eſt, necem. parte 2. 36.E.
cibus rationalis naturæ verus ſermo Dei eſt, ſed & hic differentias habet. Non omnis eodem verbo nutritur, eſt alijs in verbo Dei cibus lactis aptior, ſcilicet doctrina, ſicut moralis quæ rudibus ſolet præberi &c. parte 1. 322.E.
cibis eiſdem aluntur boni, ſuffocantur mali, & vbi pijs vita, impijs mors. parte 2. 36.E.
In cibis rationabilibus non refutanda eſt ſcriptura, quæ obſcurior videtur & inconueniens incipientibus paruulis, infirmis & minus ad intelligendum validis. parte 1. 321.E.
cibi multi alimoniæ cæleſtis, ſunt in dictis & exemplis patrum. parte 3. 322.B.
cibus dulcis qui de ſupernis accipitur man hu vocatur, quod dicimus, quando cernimus quod neſcientes admiramur. parte 1. 157.E.
cibus hominis duplex eſt, ſecundum quod duplex eſt in eo natura. parte 1. 341.A.
cibus corporalis & ſpiritualis contrario modo ſe habent in conuerſione. Cibus enim corporalis ſi nutriat, oportet quòd a propria natura pereat, & conuertatur in membra, econuerſo autem cibus ſpiritualis manet, & conuertit in ſeipſum ſumentem. parte 5. 205.C.
cibus ſpiritualis eſt ipſum verbum incarnatum principaliter ratione diuinitatis, & ex conſequẽti ratione aſſumptæ carnis, quæ datur nobis in ſacramento eucariſtiæ. Ibidem. B.
cibus Dei & ſanctorum eſt ſalus peccatorum. parte 5. 165.E.
cibus hoc tibi in futuro erit, ſi quid hic boni operis acquiras, ſi quid iuſtitiæ, miſericordiæ, & pietatis recondas. parte 1. 156.F.
cibus dæmonum eſt ebrietas, fornicatio, & huiuſmodi, quæ blanda ſunt, & ad ſui vſum prouocant, vel ſunt carmina poetarum & doctrinæ ſeculares. parte 5. 165.A.

C I C

cicatrices dominus ſeruauit, & in iudicio ſeruaturus eſt. Et quare. parte 5. 183.B. & 240.B.
ciconia in abiectibus domus eius. Sic habet Hebraica veritas, & conſonat ſequenti vbi nos. Herodij domus dux eorum &c. parte 3. 241.E.

C I G

cygnus longi colli eſt & cibum de profundo terræ trahere dicitur. parte 1. 346.F.

C I L

cilicij vel Cilices a quo deſcenderunt. Et eſt ciuitas metropolis eorum vocata Tharſis, vnde natus fuit Paulus apoſtolus. parte 1. 57.H. Item parte 6. 201.D.
cilicium pœnitentium eſt. parte 1. 181.B.
cilicium fit ex hœdis, aſperum ſetigerumque eſt tegumentum. parte 4. 435.A.
cilicio operiri myſtice quid ſit &c. Et Chriſtum hiſtorice nuſquam legimus vſum fuiſſe cilicio. parte 4. 433.A. Item parte 3. 181.D.
cilicium dicitur caro Chriſti propter ſimilitudinem carnis peccati. parte 3. 134.B.

C Y M

cymbala inuicem ſe tangunt vt ſonent. parte 3. 206.F. & 307.A.
cymbala beneſonantia ſunt labia noſtra, quæ percuſſa ad inuicem ſuauem humanæ vocis harmoniam reddunt. parte 2. 203.E.
cymbala quæ ſe vt reſonent inuicem tangunt, opera charitatis exprimunt, quibus ſe ſancti alterutrum excitant in laudem. parte 2. 244.H.

C I N G.

cingulo lumbos reſtringimus. parte 4. 45.E.
cingulum pontificis duplex eſt, ad deſignandum quòd dupliciter debet eſſe conſtrictus, quomodo & in quibus. parte 1. 218.C.
cingulo quali fuerit cinctus Chriſtus. parte 5. 194.D. & E.

C I N I

cinis combuſtionem deſignat. parte 1. 364.F.

cineres

cineres vaccæ apud Hebræos non ſolum ſeruabantur per totum annũ, ſed per plures annos. Tradunt enim Hebræi, quòd ſex vaccæ fuerunt tantum immolatæ per totam durationem vtriuſque templi. Quarum prima &c. parte 1. 197.D.
cineres vitulæ rufæ congregans quomodo ex hoc fiebat immundus, cum tamen per ipſos fieret mundatio. parte 1. 196.F.
cinis vitulæ rufæ paſſionem Chriſti vel ſacrificia iuſtorum ſignat. parte 1. 185.E.
cinis mortalitatem noſtram ſignat, qui in cineres ſumus redituri &c. parte 1. 216.B. & C.
cinis, conſummatio boni operis. parte 1. 213.B.
cinis ſubtilitatem notat. parte 1. 296.F.
cineres ſacros ſuſcipiunt fideles, cum exempla & ſacramenta dominicæ paſſionis ad cuſtodiam ſui pia mente retractant, vel exitum iuſtorum diligenter aſpiciunt, qui magnis elaboratis agonibus de percepto brauio ſine fine lætantur, vt conſideratis maiorum virtutibus, & ipſi magni efficiantur. parte 2. 217.F. & G.
cinis & cilicium ſunt arma peccatorum. parte 3. 236.B.
cinis ſuper capita, memoria fragilitatis ad mentem reducta. parte 2. 297.E. Interl.
cinis memoria fragilitatis & mortis. parte 1. 299.B. Interlinearis.
In cinerem homo reuertitur, cum humilitatis ſpiritu tangitur, & nil ſe eſſe aliud quam cinerem recordatur. parte 3. 64.B.

C I N N

cinnamomum quid in re, & etiam in moralitate. parte 1. 196.F. Item parte 3. 362.A.C. & 412.B.
cinnamomum duplex eſt. Vnum quod parum, aut nihil de odore habet. Aliud aromaticum. parte 1. 196.G.

C Y N O

cynomya ſignificat caninos mores. parte 1. 140. F. Item parte tertia. 200.A.

C Y P

cypreſſus medendis apta corporibus, venuſtatem comæ ſuæ nullo deponit impulſu, & quid moraliter ſignificat. parte 3. 412.A.
cyprus quandoque eſt nomen inſulæ in mari mediterraneo, quandoque eſt arbor aromatica: quæ creſcit circa vineas Engaddi. & facit grana ſimul iuncta ſicut in vuis vineæ. parte 3. 357. D. & 361.G.

C I R

circulus perpetuitatem ſignat, quia circuli, nec initium nec finis inuenitur. parte 1. 181.A. Interlinearis.
circulus aureus perpetuam claritatem ſignat. parte 1. 181.C.
circulorum arcæ ſitus, alius erat ſecundum Ioſephum, & alius ſecundum Ra. Sa. parte 1. 176.G.
Omnis circulus quantum habet ſpacij in diametro, tantum habet ter in gyro. parte 2. 239.G.
circuncifio quid eſt. parte 6. 11.C. Item parte 4. 91.C.
circuncifio fuit ſignum & caracter fidei, in ſe & in ſequentibus. parte 6. 11.C. Item parte 1. 68.E.
circuncifio dicitur ſignaculum, & quare, & cuius. parte 6. 11.A.
circuncifio erat quædã proteſtatio legis ſeruandæ, ſicut profeſſio regulæ alicui religioſo ſi eam impleat opere. parte 6. 8.C.
circuncifionis ritus ab Abraham ſumpſit exordium, quando etiam pueris nomen imponebatur. parte 5. 130.E. & F.
circuncifionis præceptum, quia Abraham ex Dei mandato adimpleuit, imitator fuit perfectionis Chriſti in duobus. parte prima. 69.D. & G.
circuncifio ſolennis quam Ioſue fecit dicitur ſecunda: reſpectu illius quam fecit Abraham de mandato domini: quia tunc fuit circuncifus cum omni domo ſua, non quòd fuerit alia prima. parte 2. 8.G.
circuncifi grauius affliguntur tertia die quam prima, & ob hoc Iacob & filij eius irruentes contra maſculos Emor & Sichem, pariter necauerunt, propter Dinam ſororem ſuam. parte 1. 98.G.
ad circuncifionem tria neceſſaria requiruntur. Primum eſt ſexus maſculinus, ſecundum eſt corporis pars determinata, tertium eſt tempus determinatum, & iſtorum ratio. parte 1. 68.D.
circuncifæ cum non fuerint fœminæ quõ ſaluabantur &c. parte 1. 69.B.
circuncifio quare præcepta eſt, quando de Sara filius promittitur. ſ. Iſaac, in quo promiſſa eſt vocatio gentium. parte 1. 68.F.
circuncifio Abrahæ præcipitur tribus de cauſis. Ibidem. E.
circuncifio data eſt propter tres cauſas. parte 5. 203.E. Item propter plures cauſas. parte 6. 11.A. & 176.A.
circuncifio cum ob multas cauſas præcepta ſit, ſpecialiter figuram Chriſti prætendit, qui nos per baptiſmum veteri homine exuit &c. parte 1. 75.F.
circuncifionis figura multiformis eſt. Signaculum enim eſt & iudicium caſtigandi, & prophetia naſcituri &c. parte 1. 75.E.
circuncifio fiebat octauo die. cum cultro lapideo, & quare hoc, myſtice. parte 6. 11.B. & 176.A.
circuncifio quando fit, non eſt de neceſſitate circuncifionis cultellus lapideus, neque hoc utuntur Iudæi moderni in circuncifione: ſed cultello ferreo. parte 2. 8.D.
circuncifio ante tempus octo dierum non poterat anticipari, ſicut nec animalia ante octauum diem poterant Deo offerri, & quare. Nec poterat vltra octo dies differri. parte 1. 68.G.
circuncifionem omittens pater pueri vel eius tutor, qua pœna plectendus fuit. parte 1. 68.G. & 69.E.G.
Incircuncifi pueri quare perire debent, cum pactum Dei irritum non fecerint, & qui eos circuncidere debebant neglexerunt. parte 1. 68.F.
circuncifionis præceptum fiendæ octauo die toto illo tempore fuit ſuſpenſum ab egreſſu Aegypti, donec Iudæi fuerunt in terra promiſſionis. parte 1. 147.G.H.
circuncidiſſe filios ſuos tribum leui in deſerto dicit Ra. Sa. ſed non aliæ tribus &c. Contrarium tamen dicunt communiter expoſitores noſtri, & huic conſonat ſcriptura. parte 1. 374.B. in princi.
circuncifio quare fiebat in membro genitali. parte 6. 176. A Item parte 1. 68.E.
circuncifionis verba quæ ſunt, quibus vtuntur Iudæi dum puer circunciditur. parte 6. 14.B.
circuncifio in carne facta eſt, vt firmius memoriæ eorum imprimeretur. parte 1. 66.F. & G.
circuncide ſecundo filios Iſrael, quomodo hoc ſit intelligendum, cum vnus homo non erat bis circuncidendus. parte 2. 8. B. E. F. G. & 9.D.E.F.G.
circuncifio prima & ſecunda quæ & qualis dicitur apud nos. parte 2. 8. E.
circunciduntur multæ gentes, & maxime Iudææ & Paleſtinæ confines vſque hodie, & præcipue Aegyptij & Idumæi, Ammonitæ & Moabitæ & omnis regio Saracenorum. parte 1. 69.A.B.
circuncifio azima, & paſcha, viſibile ſunt, ergo neceſſe eſt quodque æternum non eſſe, ſed temporale. Quomodo enim poteſt æternum eſſe quod viſibile eſt. parte 1. 294.D.
circuncifio in ſcripturis dicitur tribus modis, in præputio, in corde, in auribus. parte 4. 120.E.
circuncifio eſt duplex, vna ſpiritualis, alia corporalis. prima eſt precio culpæ, ſecunda eſt precio pelliculæ. Et ſic etiam eſt duplex ſcilicet ſpiritualis & corporalis. parte 6. 8.C.
circuncifio carnalis in lege octaua die celebratur, in euangelio vero in præſenti circuncifio cordium, & in futuro corporum, & ſic duplicatus eſt octonarius. parte 2. 209.F.
circuncifio ſpiritualis figuram habuit, & quæ fuit. parte 2. 8.H.
circuncifio carnalis a Deo in ve. lege inſtituta quid ſpiritualiter ſignificet. parte 1. 68.D. & 69.A.
circuncifio ſpiritualis ad omnem profeſſionem pertinet, & per quid hoc præfiguratur. parte 1. 69.B. Interlinearis.
circuncifio an conferebat etiam gratiam cum hoc, quòd tollebat peccatum originale. parte 6. 132.B. & C.
circuncifio quomodo conferebat gratiam, & quomodo differenter datur in baptiſmo. parte 6. 10.D. & 11.B.
circuncifio præſtitit idem curationis auxilium quod nunc confert baptiſma tempore gratiæ, niſi quòd introitus in regnum nondum patebat. parte 5. 103.F. & G.
circuncifio & præputium, duæ naues ſunt, piſcatores doctores &c. parte 5. 133.E.H.
circunciditur cor, ſimiliter & caro circunciditur, & quomodo. parte 4. 281.F. Item parte 1. 68.E.
circuncidi per Ieſum, eſt vitia & conſuetudines prauas & peſſima inſtituta deponere, & quidquid ab honeſtatis regula diſcordat abſcindere. parte 2. 8.F.
circuncifus eſt qui obturat aures, ne audiat ſanguinem, & claudit oculos, ne uideat malum, qui non delinquit lingua ſua, cuius cor non grauatur crapula & ebrietate parte 1. 343.A.
circuncifione bina indigemus, ne ex his quæramus vanam gloriam, ne foris mundi, & intus immundi ſimus, & ſimulatæ ſanctitatis pœnas ſuſtineamus &c. Ibidem.
circuncifionem qui ueneratur & baptiſma, ſignificatur per larum, qui vt auis volat, & vt aquatile natat. parte 1. 146.F.
circunciditur Chriſtus octaua die, & quid myſtice per hoc innuitur. parte 5. 130.E.F.
circuncifi ſpiritualiter, & ſacramento euchariſtiæ muniti, quem fructum conſequantur, parte 2. 9.D.
circunſtantias particulares peccatorum aliorum conſiderans mente, inuenit vnde diſpliceant, & ſe retrahat, aliter in fornicatione &c. parte 6. 41.G.
cyrus latine. Hebraicè Cores. Quando enim ad latinum transfertur vocatur Cyrus: ſicut hoc nomen Saul. tranſlatum ad latinum, pronunciatur & ſcribitur Saulus. parte 4. 78.H.
cyri regis Perſarum natiuitas & educatio per caniculam mirabilis fuit, & quomodo tandem monarchiam adeptus eſt. parte 4. 78.G.H. Item parte 3. 193. F. Item parte 2. 240.E. & 330.A. & B.
cyrus rex liberator Iudæorum, quomodo educatus in paupertate. parte 5. 130.B.C. Item Iudæis multa donauit. parte 4. 406.B.
cyrus monarcha publicauit licentiam Iudæis reædificandi Hieruſalem per totum regnum ſuum. parte 4. 205.G.
cyrus dicitur Chriſtus quare & quomodo. parte 4. 394.G.
cyri fides & pietas. parte 2. 241.A.B.
cyrus rex Perſarum & Darius rex Medorum cum ſuis exercitibus ſimilis Babylonem ceperunt. parte 4. 30.H. in princ.
cyrus multis regnis impugnatis & principibus ſuperatis, Scythas bello impetebat: Tamyris regina Scytharum dolo eum circumueniens, caput Cyri amputari, atque in vtrem humano ſanguine plenum proijci iuſſit, dicens: Satia te inquit ſanguine, quem quæſiſti. parte 4. 403.A.

C I S

cis pater Saul: & Ner, pater Abner, princeps militiæ Saul, fuerunt fratres, & per conſequens Saul & Abner cognati germani. parte 2. 198.E.
ciſternas fodiebant Ieroſolymitæ, & quare. parte 4. 44.A.

C I T H

cithara quid ſit, & vnde dicatur. parte prima. 427.E. Item parte 2. 203.E.G.
cithara per chordas ſonat: organum per fiſtulas. parte 3. 58. B. & 306.G.
cithara ſonum compoſitum non emittit, ſi chorda rupta fuerit. parte 4. 37.A.
In cithara quæ ſunt, non omnia ſonant ſed iuuant, ſic non tota hiſtoria ſpiritalem intelligentiam ſonat, ſed totam iuuat &c. parte 1. 330.A.

C I V

ciues Romani reputabantur nobiles per totum orbem, & hoc conteſtatus eſt Paulus dum deberet flagellari, propter quod euaſit. parte 6. 202.C.
propemodum naturale eſt ciues ciuibus inuidere. parte 5. 137.E.
ciuium ſupernorum numerus & infinitus & definitus eſt: Deo numerabilis, & nobis innumerabilis. parte 4. 310.B.
ciues vel cæleſtes, per habitatores ciuitatum Iſrael intelliguntur. parte 4. 265.F.
ciues cæleſtes ſignificantur per Romanos, quõ & quare. par. 4. 445.A.

ciuitas

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ciuitas a conuerſatione conuiuentium appellatur parte 3. 35. E. & 48.G.
ciuitatem extruxit impiorum progenies in ipſa mundi origine, fundamentum quærens in hac vita. Sancti in caſulis habitabant &c. parte 1. 46.C.
ciuitatem quis primus in hoc ſeculo ædificauit, & ad quid, quibus a hiſtorijs. parte 1. 46.B.D.& 48.B.
ciuitas quælibet eſt mater populi ibidem nati & nutriti. parte ſecunda. 118.H.
ciuitatis bonus ſtatus expoſtulat, ut in ea ſit ſolicitudo diuerſorum artificum in artibus ſuis, ſine quarum vſu non poteſt ciuitas bene ſtare &c. parte 3. 426.G.
ciuitatis vel domus quatuor conditiones ſunt, pertinentes ad bonum earundem. Quorum primum eſt ipſa ædificatio, ſecundum cuſtodia eius. tertium, induſtria ciuium &c. quartum, pluralitas ciuium, parte 3. 281.H & 282.A.
ciuitatis nobilitas magis conſiſtit in populo, quam in ſpacio. parte 4. 381.G.
De ciuitate quæque immunda eſterri, non minoris virtutis atque vtilitatis eſt quam munda inferri. parte 2. 257.C.
ciuitas facile capitur deficientibus vel ablatis ab hoſte aquis. parte 2. 257.G.
ciuitas vel reſpublica: vel eccleſia iniuſte impugnata, per Ieruſalem ſic impugnatam ſignificari poteſt. parte 2. 265.H.
ciuitas ſaluatur orationibus ſanctorum, exemplum habetur de Ezechia. parte 2. 179.C. Et de ſancto Baſilio. parte 3. 99.H.
ciuitatibus multis & fluminibus, ſicut & ipſis hominibus multis de cauſis adduntur nomina vel mutantur. parte 1. 99.A.
ciuitates leuitarum fugientibus homicidis per leges deputantur & quare. parte 1. 352.E.
ciuitates refugij trans Iordanem tot erant, quot citra Iordanem: Et quare ſic fuerunt multiplicatæ, habentur rationes. parte prima. 327. A. & 336. A. Item ubi & quæ fuerunt. parte 4. 196. H. & 177.G.
ciuitates refugij ſex tantum fuerunt, tres citra Iordanem & tres trans Iordanem, in quibus homicida caſualis ſaluabatur, Et quid myſtice deſignent. parte 1. 352. B. F. Item parte ſecunda. 26. H. & 196.H.
ciuitates refugij pro homicidis non ſolum fuerunt ſex, ſed nouem quādo tota terra patribus promiſſa foret acquiſita. parte 1. 352.H.& 353. B. Item parte 2. 26.F.G.H.
ciuitates & terræ plures in terra promiſſionis remanſerunt aduerſarijs filiorum Iſrael per magnum tempus pluribus de cauſis &c parte 2. 19.G.
ciuitates ſuas vacuas cum agris & villis reppererunt Iſraelitæ redeuntes de captiuitate, non enim eas, cum ipſi in Babylone ſeruirent, quiſquam colonus intrarat. parte 2. 243.C.
ciuitates quas conſtruxerunt in Iudæa qui de Babylonia trāſierunt &c. nominantur quædam. parte 2. 176.E.
ciuitas Babylon fuit ædificata ſatis cito poſt diluuium, ſed Nabuchodonoſor eam ampliauit, & fortificauit. parte 1. 57.F. & 58. A. Item parte 4. 305.B.
ciuitates Iudæ in tribu Symeonis, vel Beniamin, ſi quiſpiam reperiat non mirari debet. Tribus enim Iuda in omnibus tenuit principatum &c. parte 2. 67.E.
ciuitas Hebron antea dicebatur Cariatharbe. i. ciuitas quatuor patriarcharum, eò quòd quatuor patriarchę principales ſunt ibi ſepulti &c. parte 1. 79. F. Item parte 2. 21. D.& 31.G. Vide in Cariatharbe. Et in Hebron.
ciuitas Dauid vocabatur illa pars ciuitatis Ieruſalem, vbi erat mōs Sion & in illa erat templum: & ibi celebrabantur feſtiuitates per annum &c. parte 4. 61.E.& F.
ciuitas Dauid mons Sion appellabatur &c. parte 2. 157.F.
ciuitas Ieruſalem triplici muro clauſa fuit, & quid deſignat. parte 2. 256.F.
ciuitas Ieruſalem propter iniquitates factas per Manaſſen, licet ipſe pęnituerit, deſtructa fuit & populus captiuatus, & quare. parte 2. 185. G. Item parte 4. 220.H.& 235.G.
ciuitas Ieruſalem fuit primo per Nabuzardan deſtructa & combuſta. parte 2. 186.B.D.& C.
ciuitas Ieruſalem fuit combuſta anno. xj. Sedeciæ, qui fuit annus. xi. a tranſmigratione Ioachim, qui Sedecias ſucceſſit ei in regno. parte 4. 225.B.
ciuitas magna Niniue condita eſt per Ninum filium Beli, quam uocauit Niniuēm ſuo nomine. parte 2. 293.D.
ciuitas Niniue propter pœnitentiam non fuit ſubuerſa prima comminatione. ſed ſecunda: quia homines poſtea conuerſi ſunt ad vitia conſueta. parte 2. 292.D.F.G.
ciuitas Thebæa (a qua fuit legio Thebęorum) eſt in Aegypto. Sed in Iudæa eſt alia ciuitas, quæ vocatur Theſba, de qua fuit Elias Theſbites: Eſt & alia in Græcia quæ vocatur Thebæ, a qua dicuntur Thebani. parte 2. 54.G.
ciuitas ſolis, vna eſt in Aegypto: Altera in Iudæa. parte 2. 21.G.
ciuitas ſolis id eſt Chriſti qui eſt ſol iuſtitiæ, ſecundos aliquos eſt, Alexandria, eò quòd fides Chriſti ibi uiguit tempore Marci euangeliſtæ, ſub quo fideles ibi uiuebant, habentes omnia communia, eo modo quo leguntur vixiſſe ſub Petro in Ieruſalem parte 4. 46.H.
ciuitates duas faciunt duo amores &c. parte 6. 92.A.
ciuitates duę. Vna malorum Babylonia, quæ a Cain incepit. Altera bonorum Ieruſalem, quæ ab Abel &c. parte 3. 171.A.
ciuitates duę ſunt, ſ. Dei & diaboli, & qui ciues vtriuſque, & per quid ſignificantur &c. parte 4. 344.D. Item parte 3. 185.E.
ciuitas diaboli eſt malorum hominum congregatio. Hæc autem ciuitas debellatur dupliciter. parte 4. 20.H.
ciuitas culpæ quam facit amor ſui triplici muro clauditur &c. & iſte murus ſubuertitur tribus & debellatur &c. parte 2. 70.H.
ciuitas celeſtis per Romanam ciuitatem ſignificatur, & quomodo ciuitas illius dupliciter habeatur. parte 6. 190.C.
ciuitatis ſupernæ ſpacium quantum ad murum, fundamentum & portas. parte 6. 272.F.G.& H.
ciuitates tres, vel ciuium vnitates, in quibus omnes electi in anima & corpore conſtituti vnientur, dici poſſunt, tres perſonæ in trinitate perſonarum, & unitate eſſentiæ parte 1. 326.H.
ciuitas Dei ex angelis & hominibus conſtat, ad quam tanti conſcendūt, quanti illic remanſerunt angelorum. Et vnde hoc habetur. parte 1. 369.E.
ciuitates tres ſunt ante iudicium in quibus vniuntur fideles. ſ. vnus dominus, vna fides, vnum baptiſma. parte 1. 326.A.
ciuitates tres poſt iudicium poſſunt dici, viſio clara, fruitio perfecta, & tentio firma. parte 1. 326.H.

C L A

clamat quodammodo ad Deum res naturalis quælibet eo ipſo quod naturali deſiderio appetit aliquod bonum. parte 3. 73.D.
clamor populi tribus de cauſis augetur. parte 2. 259.E.
clamor in ſcripturis, non magnæ vocis emiſſio, ſed ſcientiæ intelligitur intentionis magnitudo. parte 6. 84.H.
clamor magnus eſt vox cordis &c. parte 4. 194.F.& 272.A.
clamor ſecretus in deſiderio non peruenit ad aures humanas, diuinas replet. parte 1. 152.E.
clamor orationis eſt propter impletionem deſiderij clamantis. parte 4. 106.C.
clamor ſicut in patria ponitur exultationis, ſic in gehenna clamor triſtitiæ & deſolationis. parte 4. 105.D.
clamor triplex aſcendit in cælum. ſ. occiſio innocentis, peccatum cōtra naturam, & afflictio & defraudatio pauperum laborantium parte 1. 70.H.& 71.B.& 117.G. Item parte 6. 215.G.& H.
clangor vel ſonus qui fuit auditus tempore dationis legis fiebat miniſterio angelico. Sed vt Iudæi fabulantur fiebat in quodam cornu, quod fuit acceptum de ariete immolato pro Iſaac. parte 1. 162.D.
clangor buccinarum ſiue tubarum fiebat in memoriam liberationis Iſaac ab immolatione, & fiebat primo die menſis ſeptimi. parte 1. 255.H.
clangor motionis caſtrorum differebat a clangore vocationis multitudinis, quia erat prolixior & conciſus, non autem alius. parte 1. 130.C.
clarificare quando aliquis dicitur, & quomodo differt a glorificare. parte 6. 171.E.
claritas domini in transfiguratione qualis fuerit dicenda, an claritas gloriæ, cum eius anima a principio creationis fuerit glorioſa &c. parte 5. 53.H.
claritas gloriæ in quo & vbi terminetur. parte 5. 107.G.H.
claritas beatorum quantum ad gloriam animæ, & etiam corporis, eſt quædam participatio diuinæ claritatis. parte 6. 272.C.
claudicans tantum ſano pede innititur. parte 1. 96.A.
claudicatio quæ eſt per coertionem pedis ab illicito greſſu, & manus ab illicito tactu, & oculi ab illicito viſu, eſt meritoria & laudabilis, non autem illa quæ fit per membrorum priuationem. parte 5. 56.D.F.
clauis aurea quid prodeſt ſi non aperiat, & quid obeſt lignea ſi aperiat. Nihil enim quærimus, niſi vt pateat quod clauſum eſt. parte 1. 280.B.
clauis ſcientiæ, quæ dicatur parte 5. 156.G.
clauis, humilitas Chriſti, quam qui habent ſcripturas intelligunt. parte 1. 156.F.
clauis apertionis, vt aquam ſcientiæ de profundo bibamus, eſt humilitas paſſionis Chriſti. Hæc enim prius audita, iam intelligimus facta, quæ prius legebantur, & non intelligebantur. parte 1. 82.B.
clauis ſcientiæ vocatur autoritas docendi, qua clauditur oſtium per falſam, vel aperitur per veram doctrinam: quod quidem oſtium vel regnum cœlorum idem eſt quod beatitudo æterna. parte 5. 71.D.
claues regni cælorum Petro traditæ &c. quæ quales & quot ſint. parte 5. 52.E.G.
claues in legitimo & debito vſu an præexigant neceſſario ſcientiam in ſacerdote ordinato. parte 5. 53.D.& E.
claui ſpirituales ſunt duplices, ſcilicet dilectionis & timoris &c. parte 2. 135.G.H.& 216.A.
claui Chriſti, vnus in frœno, alius in diademate Conſtantini imperatoris per matrem eius Helenam poſiti ſunt, vt ſic eſſet ſecurus inter præliorum pericula. parte 4. 422.E.
clauſio portarum templi contra ſacerdotes portantes arcam domini & earum apertio fuerunt miniſterio angelico &c. parte 3. 117.H. & 118.D.
clauſtrales aliqui ſunt intenti contemplationi, & alij vt officiales, ſunt intenti actioni. parte 1. 374.H.
clauſtrum regularium poteſt intelligi per ouile ouium. parte quinta. 215.H.
clauſuræ genus eſt quod non ſine claue poteſt claudi, nec ſine claue aperiri, & talia verrudata dicuntur. parte 3. 35.A.

C L E

clementia eſt proprie per quam relaxantur vel mitigantur pœnæ. parte 3. 158.H.
clementia quomodo doceat regere, ſed ſemper cum iuſtitia. parte 2. 158.G.
clementia regis imbri ſerotino comparatur, & quare. parte 3. 324.F.H. Item parte 2. 158.G.
clementia mira Dei, quæ quodlibet tempus conuerſionis noſtræ expectat, & quandocunque rogatur indulget. parte 3. 164.A.
clericus a cleros Græcè, quod eſt ſors Latinè. Dicuntur igitur clerici, eo quod ſint de ſorte domini, vel dominus ſit pars & ſors clericorum. parte 1. 150.D. Item parte 2. 151.D.
clericus qui ſeruit eccleſiæ, primo vocabulum ſuum interpretetur & nitatur eſſe quod eſt. parte 1. 150.D. Tales enim debent eſſe vt ipſi poſſideant dominum & a domino poſſideantur. 169.H.
clerici in capite ſunt tonſurati, ad ſignificandum cæleſtium appetitum. parte 2. 131.D.
clericorum ſtatui conuenit eſſe habitaculum pulchritudinis, in quibus refulgere debet decor honeſtatis, & ſignificatur per Zabulon. parte 1. 25.G.H.
clericalis ſtatus deſignatur per Aaron pontificem. parte prima. 134. B. & D.
clerici ſignificantur per columbas, nam in eorum conuerſatione columbina ſimplicitas debet refulgere. parte 1. 214.H.
clerici tria in ſe debent habere, & quæ illa ſint, & ſignificantur per tria quæ portabant Leuitæ &c. parte 1. 272.H.
clerici miniſtrantes ſacerdotibus noui Teſtamenti, debent purificari per actum confeſſionis, & per depoſitionem ſuperfluitatis bonorum temporalium, & per honeſtam conuerſationem &c. parte 1. 278.D.
clericus deuotus ſecularis vel religioſus, qui ad voluntatem ſui ſuperioris vel prælati libenter facit officia humilitatis, dicitur paſcere aſinos &c. parte 1. 100.H.
clerici ad quid ſunt deputati. parte 1. 267.B.& 269.D.& 278.D.
clerici ſignificantur per ligna abiegna, qui per intentionem erectum ad Deum, debent ad modum abietis eſſe recti. parte 2. 131.H.
clerici qui ſunt ſub ſacerdotibus, etiam in alijs ſacris ordinibus conſtituti, non debent exercere actus pertinentes ad officium ſacerdotum, & de hoc figura. parte 3. 293.C.D.
clerici & religioſi ſunt vnus populus, inquantum clericatus diuiditur contra laicatum. parte 4. 360.C.
clerici & laici intelligi poſſunt per duas domos. parte 4. 23.D.
clerici quibus prouiſum eſt de præbendis & eccleſijs vel dignitatibus vacaturis per mortem alterius, & de obitu illius expectantes gaudēt, ſignificantur per Tyrios &c. parte 4. 248.D. in fi.
clericus ſecularis vel religioſus recedens a virtute, parū curat de Deo, vult inter homines apparere, & ideo accipit eccleſiam vel officii dignitatem ſimoniace &c. parte 1. 103.H.
clerici cupidi qui non ſtudent niſi ad augendum pecunias per lites & fraudes, & per præbendas malo titulo acquirendas; ſignificantur per Ephraitas. parte 2. 48.D.
clerici cupidi qui congregandis fortunæ bonis totaliter ſunt intenti, ſignificantur per Gad, qui fortuna interpretatur, parte 1. folio. 310.B.
clerici mali multo plus incenſi ſunt igne cupiditatis & luxuriæ, quàm laici qui carent luce ſcientiæ &c. parte 4. 362.D.
clerici (qui præ cæteris debent eſſe templum Dei) combuſtio per cupiditatis incendium per quid ſignificatur. parte 4. 417.D.
clericorum ingratitudo de receptione diuinorum beneficiorum ſignificatur per ingratitudinem populi Iſrael de beneficijs a Deo receptis. parte 1. 369.D.
clericalis ſtatus arguitur & ſpecialiter, prout extendit ſe ad prælatos, clericos & religioſos. parte 4. 3.H.
In clero regnant gaſtrimargia, accidia & crudelitas, quare & quomodo. parte 4. 5.D.
clerici aliqui etiam in ſacris ordinibus, aut etiam in gradu maiori conſtituti, aſſociant ſe principibus in talibus quæ non decent ſtatum ſuum, vt ſunt venationes, aucupia, haſtiludia & torneamenta. parte 2. 170.H.
clerici aliquando propter magnitudinem & multitudinem equorum & famulorum, faciunt pauperes declinare a ſtrata publica, parte 4. 361.C.
clerici docti mercedem iniquitatis amantes, aſinæ contra naturam loquentis comparantur, parte 6. 276.A.B.
clerici mali ſignificantur per Iſrael, qui generaliter coluit vitulos. parte 4. 360.H.
clerici mali ſicut fuerunt in ſtatu altiori, ſic erunt in loco gehennæ profundiori. parte 1. 370.H.
clerici & religioſi qua ratione filij Dei dicantur, & quomodo ipſi pro maiori parte ſunt cauſa diluuij peccatorum in terra, populum ſuis malis exemplis corrumpendo. parte 1. 50.B. in fi. & D.
clericis ſtipendia neceſſaria quibus ſuſtententur laici & ſeculares prouideant, & ab incurſibus hoſtium eos tueantur. parte 1. 263.G.

C L I

clibanus panem ſuſcipit & ignem, ſic vterus virginis panem vitæ, id eſt Dei verbum & ignem ſpirituſſancti de cœlo ſuſcepit parte 1. 217.B.
climata non diſtinguuntur ſecundum diſtantiam ab oriente in occidentem, ſed ſecundum diſtinctionem a meridie in aquilonem. parte 3. 296.A.
cliuus aſcenſus montis flexuoſus. parte 2. 72.F.

C O C

coccytus quid ſignificat. parte 3. 45.A.B.& C.
cochleæ maris ferro circuncilæ, lachrymas purpurei coloris emittunt, quibus collectis tinctura purpurei coloris conficitur. parte tertia. 365.G.

C O D

codices pulchros multi habere malunt, quam emendatos. parte 3. 2. A.

C O Æ

coæternitas filij cum patre declaratur. parte 6. 134.A.
coæua quæ dicuntur. parte 6. 133.G.

C O G

cogitantis mala duo ſigna, & horum ratio. parte 3. 325.C.
cogitatio, verbum, & diffinitio differentiam habent. parte 5. 185.F.
cogitationes per radices accipimus quæ in occulto ſitæ ſunt, & viſibilia opera producunt. parte 3. 39.F.& 55.F.
cogitationes dicuntur ancillæ, & ratio domina, quomodo & quare. parte 3. 5.E.
cogitationes dicuntur filij. parte 4. 344.A.
cogitatio eſt tabernaculum, in qua mēs habitat quam æſtus auaritiæ vaſtat. parte 3. 36.A.
In cogitatione quæ reuoluuntur, de facili illa verbo proferuntur etiam præter intentionem proferentis parte 3. 353.C.
cogitatione in lubrica ne verſemur: non debemus intueri quod non licet concupiſci. Vt enim munda mens in cogitatione ſeruetur, a laſciuia voluptatis ſuæ ferendi ſunt & reprimendi oculi, quaſi quidam raptores ad culpam. parte 1. 41.C.
cogitatione aliqua qui non maculetur, nullum puto tam purum eſſe. Certum eſt ergo habitare etiam Iebuſæos cum filijs Iuda in Ieruſalem. parte 2. 23.C.& F.
cogitationes ſuperfluæ magno ſtudio amputandæ, ſed amputari funditus non poſſunt. parte 1. 278 A.
cogitationes per pilos capitis deſignantur, quæ de occulta cordis radice velut de internis cerebri radicibus oriuntur. parte 2. 252.E. Item parte 1. 236.E.& 239.A.& 278.A. & 346.A.
cogitatione ſedula cum exquirimus quo ordine agenda ſint quæ agere diſponimus quaſi acceptos in ſtomacho cibos ardore iecoris coquimus, parte 2. 288.B. Item parte 1. 146.F.
cogitationes ſi rectæ ſunt debent conſeruari, ſi autem reprobæ debent abſcindi ſicut pili, & de hoc figura, parte 2. 252.E.
cogitationum ſuperfluarum multitudo cum in cordibus humanis generatur, in atrijs uirgulta naſcuntur. parte 4. 438.B.
cogitationes ſeculi expellat qui vult vitam animæ. Dum enim ſe per vniuerſas cogitationes ſpargit, ad conſiderationem ſui ſeſe nullatenus colligit. parte 5. 101.E.
cogitationes nouæ ad meliora pullulant, veteribus raſis, quomodo raſis pilis ſuccedunt noui. parte 1. 239.A.
cogitationes uitæ veteris & ſuperflua quælibet humanæ corruptionis ſunt pili, & quare. parte 3. 15.E.
cogitationes noſtras cum immunda tentatio inquinat, inteſtina hoſtiæ, ſtercus portant, ſed vt comburi debeant lauantur &c. parte 1. 215.G.
cogitationes charitatis dicuntur boues arantes, quæ corda durorum arando præſcindunt. parte 3. 7.B.
cogitationes grauiores, ſunt boues arantes, quæ cor exercendo, vberiores fructus reddunt &c. parte 3. 7.B.
cogitationes ſuperfluæ quæ aſſidue in animo carnalia cogitante naſcuntur, & deficiunt, ſuauitatem perdunt &c. parte 1. 141.C.
cogitationes malas dum ſubigimus, & in virtutes vertimus, quaſi hoſtes per intentionis hoſtiam in amicos mutamus. parte 3. 10. A.
cogitationes immundas quas ſuggerit diabolus ſi vicero, vel venientes repulero, vel ingreſſas intra me, ne ad affectum veniāt necauero: hoc ipſo tamen pollutus ſum quo pollutum calcare contendi &c. Sed myſtica ſunt hæc, & ineffabilia. parte 1. 319.B.
cogitationes ſi quis vicerit, nemo ſibi attribuat quia niſi diuinæ fortitudinis reprimat manus, omne bonum naturæ, culpa vorat in profundum. parte 1. 55.A.
cogitationis immundæ ſtrepitum tanto latius ſibi cumulant plærique, quanto ſecurius ab externis ceſſant, & hoſtes ipſas vacationes ad illicita pertrahunt. parte 1. 89.E.
cogitatio infirma, piſcis malus dicitur, quæ ſe curis huius mundi ultra modum immergit. parte 2. 169.B.
cogitationes prauæ per menſtrua deſignantur, & quare. parte 1. 241.C.
cogitatio praua cuius noxijs inſpirationibus in humanis cordibus naſcitur, de naribus eius procedere fumus aſſeritur. parte 3. 80.B.C.
cogitationes prauæ & ſuggeſtiones quibus ſtuprata anima iniquum opus gignit, dicuntur teſticuli, & nerui perplexi dæmonis. parte 3. 77.F.
cogitationis motus dicuntur greſſus, quibus quaſi paſſibus, uel a Deo recedimus, uel ei propinquamus. parte 3. 64.F.
cogitationum inquietudo ſignatur nomine uermium. parte 1. 49.G.
cogitatio carnalium occulta & malitioſa, deſignatur nomine ululæ. parte 3. 70.G.& 71.A.
cogitationes malæ, non a diabolo immittuntur, ſed ex propria uoluntate naſcuntur. Diabolus incentor eſt, non autor. parte 5. 49.A. & 103.B.
cogitatio praua ex tentatione, licet non ducatur ad effectum, non tamen eſt paruipendenda. parte 3. 9.B.
cogitationes minutiſſimæ iudicio domini, ac uerba tenuiſſima quæ apud nos uſu uiluerunt, non indiſcuſſa remanebunt. parte 3. 58.B.
cogitatio non eſt peccatum, niſi procedat ad effectum, ſeu opus, Error eſt. Et patet ex illo falſitas Ioſephi hoc dicentis &c. parte 1. 165.D. Item parte 4. 413.G.
cogitationes humanæ ſunt ad iniurias uindicandum, cogitationes autem diuinæ ſunt magis ad miſerendum. parte 4. 92.F.
cogitationes hominum poſſunt cognoſci dupliciter. Vno modo per certitudinem, & ſic non poſſunt cognoſci niſi diuina reuelatione. Alio modo per coniecturationem ex ſignis exterioribus &c. parte 3. 374.D.
cogitationibus, particulares conditiones uitiorum conſiderans inuenit unde diſpliceant, & ſe retrahat. Aliter in fornicatione. parte 6. 41.G.
cogitationem noſtram dicunt aliqui doctores eſſe cognoſcibilem puris ſubſtantijs ſpiritualibus, tamen de intentione cogitationis ipſi concordant & concedunt, quod eſt cognoſcibilis ſoli Deo. Et de hoc exemplum. parte 6. 141.C.
cogitatus importunos repellamus, & alios inſtruere laboremus, crebra factorum & dictorum domini meditatione, exemplo beatæ uirginis. parte 5. 132.F.

C O G N A

cognatio non facit proximum, ſed miſericordia. parte 5. 153.B.
cognatio dicitur frequenter domus in ſcriptura, & maxime ueteris Teſtamenti, parte 3. 320.F.
cognationis terrenæ copulam debemus agnoſcere, ſed ſi curſum mentis præpedit ignorare, ut affectus mentis uiſcera repleat, ſed a ſpirituali propoſito non auertat. parte 2. 373.G.
cognatio magna eſt euangelij & legis: Euangelium namque expoſitio eſt legis &c. parte 1. 231.E.

C O G N I

cognitio lux eſt, & ignorantia tenebra. parte 1. 24.F. in fine.
cognitio omnis ſit in aliquo lumine. parte 5. 186.F.
cognitio actualis ex duobus conſiſtit, ſcilicet ex lumine & ſpecie rei cognitæ. parte 4. 295.G.H.

clerico- cognitio

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

cognitio fit per aſſimilationem cognoſcentis ad cognitum. parte 6. 231.D.
cognitio, nobilitatem ſortitur ex obiecto. parte 2. 122.B.
cognitio duplex eſt in angelis, vna qua vident diuinam eſſentiam. Alia cognitio eſt de alijs. Et hæc eſt duplex, vna de miniſterijs diuinæ prouidentiæ exequendis. Alia de conceptibus proprijs &c. parte 6. 53.H.
cognitio angelica eſt duplex. Vna eſt rerum in genere proprio, & hæc dicitur veſpertina. Alia eſt cognitio in verbo, & hæc dicitur matutina. parte 1. 23.B.
cognitionis humanæ naturalis modus, qualis eſt. parte 5. 201.B. & 294.A.
cognitio noſtra procedit de imperfecto ad perfectum. parte quinta. 285.F.
cognitio omnis humana quæ modo naturali acquiritur, a ſenſibus oritur &c. parte 3. 30.C.
In cognitione noſtra, primum, eſt notitia principiorum, & horum habitus dicitur intellectus: ſecundum, notitia concluſionum, & deſignat conſilium: tertium, certum iudicium de concluſionibus inuentis, & dicitur ſapientia: quartum, potentia exequens, & dicitur fortitudo, & quomodo iſta dicantur eſſe in Deo &c. parte 3. 30.D.
cognitionis diuinæ augmentum per ſucceſſiones creuit ætatum. parte 1. 135.E.
cognitionem diuinorum & eorum quæ ſupra ſe ſunt, an liceat quærere homini cum ſit mortalis &c. parte 3. 344.D.
cognitio humana quomodo fertur in finem ſupernaturalem ad quem ordinatur, cum vim rationis tranſcendat &c. parte 1. 352.A.B.
ad cognitionem Dei aſcendit homo ex creaturis viſibilibus. Inter quas primum locum tenet firmamentum. Secundum locum proprius motus planetarum &c. parte 3. 47.G.
cognitionem ſui ſupernaturalem dat Deus homini diſpoſito &c. ſicut corpore diſpoſito & organizato per naturam infunditur a Deo anima. parte 6. 5.D.
ad cognitionis ſummam contenditur in veloci mentis vigore atque ingenij acumine. parte 1. 352.F.
cognitio Dei per intellectum & deſiderium quid in nobis operetur. parte 1. 96.G.
cognitione ſola Dei, an quis ſaluatur, & quomodo. parte prima. 216.F.
cognitio rei in verbo, & cognitio eius in natura, differentiam habent multam. parte 1. 24.G.
cognitio triplex naturalis habetur de Deo. Vno modo per eſſentiam ſuam: Et illa ſoli Deo conuenit. Alio modo per ſimilitudinem immediate ab eo deriuatam in cognoſcente. Tertio cognoſcitur quaſi in ſpeculo. Et de hoc pulchrum ſimile. parte 6. 54.G.
cognitio Dei & amor, ſumuntur dupliciter, ſcilicet naturaliter & ſupernaturaliter. parte 5. 186.F.
a cognitione naturali humana, remota, ſunt in triplici differentia. Quędam propter conditionem rei cognoſcendę, & aliqua ex cognoſcentis conditione, & aliqua propter modum cognoſcendi. Primum adhuc eſt in triplici gradu &c. parte 3. 83.H.
cognitio angelicalis, cognitio dæmonum, & cognitio humana ad quæ vnaquæque ſe extendat, & quomodo ſe mutuo excedant. parte 1. 301.F. & H.
cognitionem angelorum non habemus niſi valde longinquam & remotam a nobis, non propriam & determinatam. parte 1. 67.E.
cognitio prophetica fit tribus modis. Primo per abſtractionem a ſenſibus exterioribus vt in ſomno vel extaſi. Alio modo ſine tali abſtractione, & ſic dupliciter &c. parte 1. 285.C.D.
cognitio ſanctorum & philoſophorum eſt diſtincta in duobus, ſcilicet in proprietatibus de Deo cognitis, & in fine cognitionis. parte 1. 3.B.
cognitio omnis humana quæ modo naturali acquiritur a ſenſibus oritur, & quomodo ſenſus auditus, & uiſus differenter ad hoc cooperantur. parte 3. 30.C.
cognitionem ſui nullus colligit, dum ſe per innumeras deſideriorum cogitationes ſpargit. parte 1. 141.B.
cognitio qua Ioſeph non cognouit virginem, fuit facialis ſine carnalis parte 5. 8.E.
cognoſcitur aliquid in habitu, cuius tamen cognitio actualis impeditur propter aliquam paſſionem vel habitum impedientem. parte 5. 66.H.
non cognoſcimus vt credamus, ſed credimus vt cognoſcamus. parte 5. 212.A.
cognoſcere nomen proprium Dei, & videre eſſentiam diuinam, differentiam habent. parte 1. 136.F.
cognoſcere aliqua ex ſcripturis, & ſi conceditur nobis, aliqua tamen Deo reſeruantur, quę ſuperant noſtros ſenſus, ne aliter a nobis quam veritas habet proferantur, melius iſta igni reſeruamus: Et de hoc figura. parte 1. 224.E.
Nunc cognoui, quod times Deum &c. quomodo cognoui accipiatur. Vel ſic id eſt alios cognoſcere feci: Vel metaphorice ſicut alia quæ Deo dicuntur ſecundum ſimilitudinem &c. parte 1. 78.H. & 79.E.G.

C O H

cohortes fuerunt duodecim, ordinatæ ex militibus per Dauid, & in qualibet cohorte erant vigintiquatuor milia bellatores: & prima cohors erat cum rege primo menſe, ſecunda, in ſecundo menſe & ſic de alijs. parte 2. 212.E.

C O I

coire & generare etiam pecudum eſt. Ratiocinari & intelligere hominum eſt. Ratio ergo quæ præſidet, motus inferiores tanquam regina frænare debet, non immoderate laxare. Ideo pecoribus in natura datum eſt, vt certis temporibus tantum ad commixtionem moueantur: homo autem ſemper moueri poteſt, quia refrenare motum poteſt. parte 1. 142.A.
coitus carnalis inter coniuges tribus bonis excuſatur, vt vel non ſit peccatum, vel ueniale. parte 6. 42.A.
coitus in paradiſo cur a primis parentibus non ſit perpetratus. Et verum ſi ſtetiſſent, coitus inter ipſos fuiſſet, & qualis. parte 1. 38.A.
coitus in paradiſo a protoparentibus vt Hebræi tradunt perpetratus eſt. parte 1. 44.G. & 48.G.
coitus in arca Noe aliquorum animalium, puta auium, nec hominum fuit, ad deſignandum vniuerſalem mundi tribulationem. parte 1. 53.C.
coitus ſiue concubitus ſicut in ingreſſu arcæ Noe fuit prohibitus, ita in exitu fuit relaxatus. parte 2. 53.A.C. & 54.H. & 55.B.
coitus quare tempore menſtruo ſit vitandus & prohibitus. parte 1. 241.C. & 246.A.B.

C O L

colere & adorare quomodo differunt. parte 1. 263.G.
colendi Deum ritus quare non obſeruatur apud nos, ſicut apud Hebræos &c. parte 6. 148.A.
collatio inter Dei ſeruos eſſe debet, non altercatio. parte 6. 125.A.
collyrida. Vide in Torta.
collo vel alibi, muliercülæ gerentes euangelium chartulis ſcriptum vel lignum crucis, an probandum vel ne. parte 5. 71.A.
collum ſi ſtringitur, uocis vſus & vitalis flatus necatur. parte 3. 57.E.
Per collum cibos traijcimus in corpus reficiendum, & verba proferimus quibus ſecreta cordis proximis declaramus. parte tertia. 356.G.
collum extendimus, quando longius proſpicimus. parte 3. 360.G.
colluctari fortiter contra inſultum dæmonum faciunt tria. parte 1. 263.D.
colloquia prauorum, noxia inter fideles, vt de Petro exemplum habemus. parte 5. 117.G. & 82.A.
colobijs id eſt ueſtibus ſine manicis, magis utebantur antiqui. parte 1. 202.A.
colon quid ſit. parte 4. 2.D. & 331.G. Item parte 2. 189.D.E.
colonia quid & unde dicitur. parte 6. 193.A.B. Item parte 4. 109.G.H.
color candidus habet plurimum de luce. parte 1. 24.C.
colubri verſi in uirgam ſignificant, quòd finaliter filij Iſrael egrederentur de captiuitate ad magnam libertatem & etiam dignitatem. parte 1. 132.C.
columbæ proprietates enumerantur. parte 5. 15.B. Item parte 3. 357.B. & 363.E.
columbæ minores plus ualent. parte 2. 216.C.
columba quid myſtice repræſentat. parte 5. 131.B.
columbæ in figura ſpiritusſanctus apparuit, quæ & qualis fuerit, & quare columbæ in ſpecie figurari uoluit. parte 5. 15.C.
columna nubis oſtendit filijs Iſrael uiam, & protexit eos ab ardore ſolis, cuius calor eſt multum intemperatus in illa terra. Secundũ Hebræos fuit duplex, ſecundum alios fuit una tantum, ſcilicet illuminationis & obumbrationis. parte 1. 151.F.
columna filios Iſrael protegens, fuit nubes contra æſtum ſolis de die, & nocte fuit columna ignis contra tenebras. Et hæc fuit figura gratiæ ſpiritusſancti, Chriſti diſcipulis in ſigno uiſibili datæ. parte 4. 13.E. Item parte 6. 166.H.
columnæ quinque tabernaculi, dicuntur quinque libri Moyſi, quibus doctores prædicationem ſuam muniunt, qui primitiuam inſtruxerint eccleſiam, quæ ex Hebræis congregata, ſolam legis autoritatem nouerat. parte 1. 185.A.D.

C O M

comam in rotundum attondet: qui ipſam ad excitationem carnalis laſciuiæ curioſe diſponit. parte 1. 248.D.
comedebant antiquitus homines ſedendo in lectis, & ideo in ſacra ſcriptura frequenter dicuntur recumbere uel accumbere. parte 2. 73.C. Item parte 1. 185.A.
comma quid ſit. parte 4. 331.F. Item parte 3. 3.D.
comminationes. Vide in Maledictiones.
commentariorum & explanationum ſcriptoribus mos eſt, miſcere huiuſmodi ſermonem. Quidam hoc dicit, alij autumant hoc, nonnulli ſic ſentiunt &c. parte 4. 141.E.
commercium optimum, cum bona quæ ualemus operantes, primum hanc mercedem a domino recipimus. ut ad maiora ſemper agenda proficiamus, deinde ad uitam æternam. parte 3. 339.F.
commiſſio rei alienę, fit quadrupliciter. primo per modum depoſiti. ſecundo pro mercede. tertio per modum mutui. quarto per locationem. parte 1 170.D.F. & G.
commodat qui mutuum præſtat, poſt tantundem recepturus. parte 3. 154.G.
commune pro immundo ponitur, & unde hoc ſumptum ſit. parte 6. 19.E. & 183.F.
communia omnia habentes, imitantur ſtatum futuri ſeculi. parte 6. 172.A.B.
communicatio bonorum in quibus conſiſtat & fieri debeat. parte 6. 17.F. & G.
communicatio hominum adinuicem tunc eſt bona, quando dependet ex charitate diuina parte 3. 400.C.
cor humanum nullus præter Deum replere poteſt vel quietare. parte 5. 230.G.
cordis diſpoſitio magis apparet in facie quàm in cæteris partibus corporis, eo quòd ibi vigent omnes ſenſus. parte 3. 323. H. & 326. C. & 329. C. & 400. F. & 406. D. Vide etiam in Paſſiones.
cordis humani locus eſt delectatio vitæ præſentis.parte 3. 68.A.
cor ſuum inuenit homo, quando morientibus muſcis eiectis, quæ perdunt ſuauitatem unguenti, & totus affectus cordis ad adorandum Deum colligitur.parte 3. 213. E.
cordis foribus debet præponi fortis & vigil ſenſus, quem nec negligentiæ ſomnus opprimat, nec ignorantiæ error fallat. parte 2. 101.A.
corda electorum aſſimilantur figuræ quadratæ, & quare. parte 4. 448.G.
cor ſuum cum omni diligentia cuſtodientes,ne procedant ex eo cogitationes malæ,& os ſuum ne procedat inde ſermo malus:tales interimunt habitatores Hai.parte 2. 13. B.
cordis aditus contra prauos motus ratione munit.parte 1. 72.F.interl.
cordis in ſecreto ſtamus,quaſi poſt parietem corporis, donec per linguam egredimur.parte 3. 6.F.
cordis munditia redundat in labijs.parte 3. 330.D.
cordis munditia quomodo ſit conſeruanda.parte 1. 41.C.
cor hominis quodammodo fugit a ſe, ſurrepentibus phantaſmatibus malarum cogitationum.parte 3. 213. E.
cor ſuum debet homo per dilectionem reducere in Deum in ingreſſu lecti ad dormiendum, & in egreſſu ad vigilandum. parte 1. fo. 338.D.
cor hominis clibanus eſt:quod ſi vitia vel diabolus ſuccenderit, non coquet ſed exuret:ſed ſi Chriſtus ſuccenderit,non exuret ad perditionem,ſed coquit ad ſacrificium.parte 1. 225.B. & C.
corda electorum dominus vt bona operentur,inſpirat & adiuuat:nulli tamen abſq; peccato eſſe donat: quod in futuro fidelibus reſeruat, parte 2. 218.C.
cor dum quatuor virtutibus principalibus infunditur ab omni deſideriorum carnalium æſtu temperatur,ſic quatuor fluminibus paradiſus irrigatur.parte 1. 37. B.
cor humanum, quod eſt ſeminandum ſemine virtutum,per terram colendam intelligitur.parte 1. 172.D.
corda noſtra neceſſe eſt vt Dei gratię aperiamus,& deprecemur,vt per ſingula, quæ inchoamus bona, ſua nos miſericordia illuſtrare, & in amorem ſuum accendere dignetur, & de hoc figura parte 1. 186.E.
cor diſtortum habet, qui praue intellecta non corrigit, & quæ natura docet non perficit.parte 3. 198.A.
cordibus malis vtitur Deus bene ad id, quod vult oſtendere bonis, & quod facturus eſt bonis.parte 1. 137. C.
corda noſtra male ſana ſunt,cum nullo Dei amore ſauciantur,cum peregrinationis erumnam non ſentiunt, & infirmanti proximo,nullo affectu compatiuntur. parte 1. 371.B.
corda frigida & dura prauorum,intelligenda ſunt in niue & grandine. parte 3. 71.F.
corda prauorum etiam deſperatiſſimorum Deus intrat & compungit & per quid ſignificatur. Ibidem.
cor noſtrum eſt altare Dei,in quo iubetur ignis ſemper ardere,quia neceſſe eſt ex illo charitatis flammam indeſinenter aſcendere.parte 1. 223.E.
cor hominis deuoti,in quo crematur incenſum orationis deuotæ, ſignificatur per altare incenſi.parte 1. 194.F.
cor humanum in quo debent offerri deuotionis ſacrificia, per altare æneum ſignificatur &c.parte 2. 176. C.
corda quæ flamma intimi amoris ſemper ardent, & virtutum facta uel verba ſolent procreare,ſignificantur per furnos, in quibus panes coquuntur.parte 2. 257.E.
corda ſanctorum menſæ ſunt Dei, ad holocauſtum quadratis lapidibus conſtructæ.parte 4. 272.C.
cor electorum diuina ſapientia plenum,continens aromata virtutum,ſignificatur per mortariolum.parte 1. 276.F.& 277.B.
corda noſtra agri ſunt angelorum,quiſq; eorum ex agro quem colit offert primitias domino.parte 1. 294. H.
cor ſagittatur verbis Dei ad amorem Dei, vt fiat in eo uulnus amoris, non liuoris.parte 3. 276.A.
corda fidelium dicuntur lampades,in quibus dilectio continet,vt in vaſe,parte 3. 367. A.
cordis ſimplices motus à duplicitate cuſtoditi in puritate nutriti dicuntur aſinæ.parte 3. 7.E.
cor ſimplex eſt, quod eſt mundum ad rectitudinem intentionis. parte 6. 71.G.
cor caſtum habet,qui gratis Deum amat.parte 3. 189.F.
corda mollia pauperum,vallium nomine ſignificantur.parte 3. 74.C.
corda ſine manibus non leuantur,neq; manus ſine cordibus:vt integritas fidei commendet nos Deo & operatio.parte 4. 193. B.
in corde clamant alij, alij in corde loquuntur.parte 4. 194.G.
cor ſequitur manus:quidquid uis & non potes, Deus factum putat.parte 3. 165.F.
cor effundere in conſpectu domini quaſi aquam, quomodo &



VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

qualiter fiat.parte 4. 188.E.

cor hominis dicitur durum, metaphorice, ad ſimilitudinem corporis duri. Corpus enim durum dicitur, quod non cedit tangenti, ſed reſiſtit: ſic cor hominis quando non cedit vel obedit monitioni ad bonum, ſed magis reſiſtit.parte 6. 140.B.

corda mala omnia hominum, patientia Dei male vtendo dureſcũt.parte 1. 144 E.

cor malarũ cogitationum dicitur via & petra: & quare.parte 5. 146.B.

cor impium per maris profundum intelligitur.parte 3. 71.H.

cordis obduratio. In Obduratio cordis.

corda prophetarum non tangebat ſpiritus prophetiæ, cum erant depreſſa ex actu matrimoniali. Nam ſacerdotes vet.le. diebus quibus miniſtrabant ab vxoribus continebant.parte 1. 284. H.

cor figuli dicitur cinis propter affectionem & attentationem ſuam quã habet ad terræ figurationem.parte 3. 382. D.

cor hominis clibanus eſt, quia quædam exurit & quædam coquit &cæ. parte 1. 215.B. & C.

cor moerens denotat rectores ac ſacerdotes, quia ſicut ex corde procedit ſenſus & motus ad alias partes corporis, ſic per illos debent alij accipere ſenſum bonæ cogitationis & motum ſanctæ operationis, accipiendo ab eis doctrinam & exemplum virtutis.parte 4. 4. F. in med.

coram importat præſentiam vel anteceſſionem loci vel temporis. parte 1. 83. H.

coram domino: quomodo aliqua facta vel iuſſa fieri dicuntur in ve. Teſtamento, quando nec vllum tabernaculum: nec arca Teſtamenti fuerat conſtituta.parte 1. 158.A. 157. E.

corban quid ſignificat: Et nota abuſionem Iudæorum per hoc in ſuis traditionibus.parte 5. 103.C.

corbonan erat locus vbi ponebanſ oblationes ſanctę in templo pro reparatione templi & alijs neceſſarijs.parte 5. 83. H.

corbonan & molach quomodo differunt. parte 2 276.A.

corinthi diuites ante ſuſceptionem ſacramenti, præparabant ſibi cibaria ſua, & portabant ad eccleſiam comedentes antequam ſederent & ſumerent ſacramentum, & diuites laute comedebant & bibebant pauperes autem eſuriebant.parte 6. 50.C.D.

cornua cum animalibus non naſcuntur, ineſt tamen in eis cauſa naſcendi.parte 4. 185.C.

cornu ſolent clangere Hebræi, in ſignũ dati arietis.parte 1. 78. B. & C.

cornu eſt duplex moraliter loquendo, ſcilicet cornu conſtantiæ, & cornu ſuperbiæ.parte 6. 244.C. Item parte 2. 64.D.

cornu pro regno ſæpe ponitur.parte 1. 36.B.

cornu in ſcriptura accipitur pro motu cordis tendentis ad aliud arduũ: & ſi careat regula rationis & legis diuinæ, dicitur cornu ſuperbiæ. Si autem regulis menſuretur, dicatur cornu magnanimitatis, vel magnificentiæ.parte 2. 64. D.

cornua quatuor, ſunt quatuor regna Iudæos affligẽtia ſucceſſiue. ſ. Chaldæorum, Perſarum, Græcorum, & Romanorum: qui omnes fuerunt aduerſarij Iudæorum ſecundum quatuor mundi partes. Nam ſunt afflicti ab occidente & oriente, à meridie & aquilone.parte 4. 407.F.

cornu vocatur Chriſtus in nouo & vet. Teſtamento.parte 3. 305. D.

corona clericorum nunc vę dicitur, quę primo ſignum humilitatis, ſed nunc ſuperbiæ & malignitatis.parte 4. 51.H. in fine.

coronæ dabantur antiquitus ſapientibus, in ſignum, quòd debebant ab alijs honorari, & in periculis adiuuari. parte 3. 313.G.

coronæ aureæ quibus licitum erat vti, & quibus non.parte 4. 449.A.

corona bonæ vitæ in tentationibus & tribulationibus vix habetur. parte 2. 227.B.

coronæ tres reddendæ virginibus, doctoribus, & martyribus. ſignificantur per labium in circuitu arcæ & coronam interaſilem & coronam aureolam.parte 1. 178. D.

corona arcæ non erat rotunda, ſed quadrata: Dicitur tamẽ corona, quia erat per totum circuitum arcæ, parte 1. 196. G.

coronas (vt dicit Ra.Sa.) principales populi Iſraelitici ſibi impoſuerant in die dationis legis &c. & tunc populus fuit Deo deſponſatus per ſuſceptionem legis, & ideo fuerunt coronati ad modum ſponſæ. parte 1. 202.D.& 203.H.

coronæ aureę ſuſpenſę ſunt in templo ędificato in loco patenti ad templi decorem, & offerentium memoriam. Sed vnde factæ ſunt. Et quare.parte 4. 412.F.

coronat in nobis Deus dona ſua, non quæ ex nobis ſunt merita.parte 6. 89.F.

non fortes, ſed agonizantes coronantur.parte 3. 214. D.

coronabitur non qui inchoat, ſed qui conſumat.parte 3. 274.E.

corozaim interpretatur myſterium meum, parte 5. 309. F.

corporale quo euchariſtia in miſſæ officio locatur, non ſerico, non panno tincto, ſed puro lineo confici debet.parte 5. 85.D. E.& 119.E.& 140.C.

corporalia omnia & homines per angelos ſanctos adminiſtrãtur & reguntur. & ideo angeli in pluribus locis ſacrę ſcripturę, reges terrę nominantur.parte 6. 274. B.

corpus hominis ferunt phyſici, ꝙ quadrageſimo ſexto die poſt conceptionis initium, in membrorũ diſtinctione formetur.parte 4. 439.D.

corpora duorum hominum in paradiſo nuda erant, nec erubeſcebant: nihil enim putabant velandum, quia nihil ſenſerant refrenandum, parte 1. 39.B.

corporis incompoſitio indicat qualitatem mentis.parte 6. 6.A.

corpus ante peccatum mortale erat & immortale, qui poterat mori & non mori. Aliud eſt autem non poſſe mori, aliud poſſe non mori, parte 1. 35.G.& 36.D.& 37.H.& 38.A.& B.

corpus protoparentis corruptum eſt per peccatum, & ipſa corruptio manet in corpore, robur tenens diuinæ ſententiæ datæ in Adam, cuius conſortio anima maculatur, parte 6. 17.B.

corpus ab originali ſordidum ſemen transfudit immundum. Sed immũdum dicitur vſq; ad veſperum: quia in fine ſeculorum Chriſtus aqua mundauit genus humanum, parte 1. 241.A.

corpore grauamur, & huius cauſa eſt eius corruptio, & ſi habet anima incitamenta vitiorum ex eo, non tñ omnia mala ex eo &cæ. parte 6. 67.A.

corporis corruptio non fuit peccati cauſa ſed pœna: non fecit peccatricem animam, ſed peccatrix anima eam carnem corrumpit. Ibidem.

corpus accuſant pleriq; quaſi cauſam peccati: ſed ſi anima eſt immunis, nihil nocet ei luxuria carnis. Imo ſi anima bene regit, ſtatim ceſſat & recedit, parte 1. 219.C.

corpus remanet vacuũ, quaſi vacuus alueus ſubducta aĩa.parte 3. 33.E.

corpus hominis quantuncunq; ſpecioſum & bene formatum, tamẽ fallax eſt ad ſalutem corporalem vel ſpiritualem: & comparatur equo. parte 3. 131.A.

corpori præſtant robur ſanguis & adeps.parte 2. 98.B.

corpus mortuum, fœtor, vermis & horror habent quandam conſequentiam, ſicut perſonæ propinquæ adinuicem.parte 3. 38.H.

corpus humanum ſtercus appellatur, forte ad comparationem cœleſtium corporum.parte 1. 220.B.

corpus humanum opibus & libertate ſoluitur, ſed erumnis & paupertate ad ſemetipſum colligitur.parte 2. 243.B.

corpus totum pedũ manũq; & capitis noĩe ſignificatur.parte 5. 125.B.

corporis duas ſummitates non eſſe velandas, Plato dicit, parte 5. 36.E.

corpus mulieris groſſius eſt in partibus inferioribus de communi curſu, & ſubtilius & glacilius in ſuperioribus, & quare. Contrarium autem eſt in maſculo.parte 1. 39.D.

corpus humanum dicitur ciuitas, in qua viri, membra. ſ. quam rex, fomes ſcilicet, obſidet, & vir ſapiens & pauper, ſcilicet ſyndereſis, liberat eam.parte 3. 352.C.

corpus humanum dicitur laguncula, & quare.parte 1. 28.A.

corpus noſtrum dicitur vas fictile, & quare.parte 1. 292. B.

corpus humanum eſt nauis, in qua anima eſt ſicut nauta in naui, quę fluctibus paſſionum iræ & concupiſcentiæ (quæ ſunt in organis corporalibus) frequenter impellitur, & aliquando periclitatur. parte 5. 202.C.

corpus humanum pauimento comparatur.parte 3. 264.B.

corpus dicitur carcer, non vtiq; ſecundum id quod Deus bonum fecit, ſed corruptio eius ex peccato.parte 3. 297. F.

corpus noſtrum eſt iumentum: adiumentum enim & ad miniſterium animæ datum eſt. Interiori homini dicitur: Qui aſcendit ſuper iumẽtum i. corpus ſuum & ſuperior factus eſt corporalibus deſiderijs, & motus corporis moderatur freno rationis, vt benedicat dominum. parte 2. 37.E.

corpus langueſcit quando oratio cum fletu & ieiunio & diuturne fit. parte 2. 255 A.

corpus quando abſtinẽtia humiliatur, tunc equus ſubneruatur. parte 2. 18.B.

corpus incaſſum per pœnitẽtiam atteritur, ſi inordinatis motibus mẽs vitijs diſſipatur.parte 6. 95.B.

corpora mixta nõ erunt poſt iudicium niſi corpora humana, & quare: parte 3. 428. B.

corpora mortuorum in generali reſurrectione erunt incorruptibilia, quia ceſſabit generatio & corruptio in elementis, & motus cęli, qui eſt cauſa generationis & corruptionis.parte 4. 421.D.

corpora in Chriſti reſurrectione ſurrexerunt, non tunc quando monumenta aperta ſunt. ſ. hora mortis Chriſti, ſed poſtea quando ipſe ſurrexit, tanquam teſtes ſuæ reſurrectionis.parte 5. 86.B.

corpus reſurgens habebit incorruptibilitatem per dotem impaſſibilitatis.parte 6. 59. F.

corpora eadem numero reſurgent, differenter tamen ſecundum qualitates, quia uirtute Dei fiet, quòd caro morientis & reſurgentis erit eadem identitate naturæ, ſed alterius gloriæ.parte 6. 59.D.

corpora iuſtorum immortalia, poſſunt intelligi per cymbala, pſalteria, cytaras &c. parte 2. 266.F.

corporum humanorum futura incorruptibilitas per quid in lege fuit figurata.parte 1. 329. F.

corpus extinctum cum reuiuiſcit, quatuor ſibi preſtabuntur, ſeminatũ in corruptione, ſurget in incorruptione, ſeminatũ in infirmitate ſurget in virtute &c. parte 1. 292.G.

corpora ſanctorum, quæ modo ſunt corruptibilia, groſſa, ponderoſa & obſcura, reſurgent immortalia, ſubtilia, agilia, & clara, parte 6. fol. 271.D.

corpora damnatorum non incinerabuntur, ſed ſemper viuent, vt ſemper crucientur.parte 4. 427.F.

corpus Chriſti vitulus tener & ſaginatus dicitur.parte 1. 70.B.

corpus animale de limo formatum, cum habeat homo, & non ſpirituale, quomodo reformamur per Chriſtum ad hoc, quod in Adam non habuimus. ſ. ad immortalitatem quam non perdidit, ſi corpus animale habuit.parte 1. 35.F.& 28. B.

corpus Chriſti diuinitati vnitũ, formatum de beatæ virginis puriſſimo ſanguine, intra viſcera virginis latuit nouẽ menſibus.parte 5. 124.H.

corpus Chriſti erat inſtrumentũ diuinitati coniunctum.parte 5. 193.F.

corpus Chriſti ſeparatim a ſanguine conſecratur, quia in ſua paſſione ſanguis fuit ſeparatus à corpore: & eſt conſecratio illa quædam paſſionis dominicæ rememoratio.parte 5. 177. C.

corpus Chriſti intinctum non datur fidelibus, & quare.parte 5. 215.H.

corporis & ſanguinis Chriſti hoſtia in die paraſceues non offerſ, & quare.parte 4. 186.C. in princ.

corpus Chriſti cum fideles populi plena fide pro ſalute humani generis in ara crucis immolatum credunt & confitentur, offerunt in holocauſtum uitulum de armento.parte 1. 289. B.

corpus Chriſti in paſſione clauis & flagellis laceratum, per leonem a Samſone in via interfectum, fuit figuratum.parte 2. 50.C.

corpus Chriſti fuit corruptum, accipiendo corruptionem pro morte: & ſic fuit ibi corruptio, quia corpus Chriſti fuit uere mortuum: ſed non fuit corruptum per incinerationem vel putrefactionem: quia ab hoc fuit præſeruatum per ſuæ reſurrectionis accelerationem.parte 6. fo. 168.D. Item parte 3. 106 E.& 114. H.

corpora inferiora, quæ reguntur per ſuperiora, ſubiecta ſunt eis in duobus, ſcilicet in ſitu & motu &c. parte 6. 462. B.

corpora cœleſtia, vt Hebræi dicunt, ſunt de igne & aqua, ita ꝙ corpus cœli ſit de aqua, ſtellę de igne &c. Sed improbatur.parte 3. 50.B.

corpora ætherea & aerea dæmonum, appellat allegoricus interpres furcas & catenas ligneas: noſtra vero corpora groſſiora ferreas, & alia delyramenta ſcribit.parte 4. 148.A.B.& 149.A.B. & 150. B.

corpora cœleſtia, quæ ſunt incorruptibilia, quibus formis fuerunt diſtincta, & etiam elementa, quibus diebus diſtincta ſunt.parte 1. 24. H.& 25.H.

corpora cœleſtia ſunt incorruptibilia, inferiora ſunt corruptibilia.parte 1. 23.C.

corpora cœleſtia licet ſint inanimata, tamen dicuntur laudare Deum, inquantum ex ſua pulchritudine & virtute ducunt homines in cognitionem & laudem ipſius Dei.parte 3. 304.H.

corpora cœleſtia licet ſint incorruptibilia, nec habent contrarietatem, tamen eſt ibi quædam oppoſitio, & conuenientia. Conueniunt enĩ inquantum ſunt omnia ſpherica. Et eſt ibi quædam oppoſitio, inquãtum mouentur ab oriente in occidentem motu diurno, & econuerſo ab occidente in orientem, motu proprio.parte 3. 431.C. in fine, & D. in princ.

corpora cœleſtia eſſe animata crediderunt gentiles: & non ſolum eſſe animata, ſed habere aliquid diuinitatis: & ſic ex libero arbitrio influere in iſta inferiora ad cauſandum effectus proſperos, vel aduerſos hominibus: & ideo ſtatuerunt ea placare ſacrificijs & oblationibus. Sed iſtud eſt falſum &cæte. parte 4. 125. H. & 127.D.& E.

corpora cęleſtia ſint agentia de neceſſitate, habent tamen virtutem immutandi elementa, & compoſita ex eis ad diuerſas qualitates, ex quibus diſponuntur humana corpora ad varias infirmitates. parte 4. 126.C.

corpora cœleſtia ſubiecta ſunt angelis ſiue intelligentijs mouentibus ea.parte 1. 65.B.

corpora cœleſtia facta ſunt quodãmodo propter hoĩem.parte 1. 23.A.

corpora cęleſtia & quatuor elementa a principio creationis fuiſſe ſimul producta ſub formis ſuis ſubſtantialibus ab inuicem diſtinctis tradũt Hebræi & plures doctores catholici.parte 6. 227.C.

corpora cœleſtia. Vide in cœleſtia corpora.

corpus mobile quomodo & quibus conſiderationibus eſt ſubiectũ naturali philoſophiæ abſolute conſideratum, & quomodo in partialibus libris quando per ſpeciales rationes eſt contractum.parte 2. 240. A. Item parte 6. 163. H.

correctio duplex eſt, vna fraterna, alia punitionis: & quomodo, quando, qualiter & quare vtraq; fieri debeat. parte 6. 6.C.

correctio duplex, vna eſt ad peccantis punitionem propter conſeruationem iuſtitiæ, alia eſt ad peccãtis emendationem, & hæc eſt actus charitatis.parte 5. 56. H.

a correctione deriſoris aliquotiens tibi ceſſandum eſt, non tuæ timiditatis, ſed dilectionis eius gratia, ne tractus ad odium, inde fiat peior, parte 3. 318. A.

correctione ſua ſi aliquis percipiat fratrem magis peiorari quàm meliorari, debet ceſſare a tali correctione.parte 3. 349.F.& 395.H. Item parte 2. 92.A. Item parte 1. 352.B.

correctio nulla eſſet, ſi non minaretur. Si vero non blandiretur, nulla eſſet exhortatio.parte 3. 301. A.

correctionem non meretur, qui non diſcendi ſed tentandi animo interrogat.parte 4. 229.A.

corrigere volens alios debet mundus eſſe. Quomodo enim videt maculam in alio oculus quem puluis grauat? parte 2. 20.A.& 205.E.& 244.B.

correctio fraterna tunc locum habet, quando peccata ſunt ſecreta. Et huius ratio duplex aſſignatur. parte 5. 57. B. Item parte 6. 6.C.

a correctione ſubditorum in paſſione poſitorum donec tranſeat paſſio exemplum ceſſandi habent ſuperiores, niſi periculum in mora probabiliter timeatur.parte 1. 135.C.

correctio fraterna peccatoris obſtinati vel in paſſione poſiti eſt protũc differenda, quia tunc non melioratur, ſed tunc deterioratur: multitudo autem melioratur per aſperam increpationem & punitionem paſſionati & obſtinati qua terrentur alij.parte 3. 395.H.

correctiones debitæ poſſunt intelligi per apothecas olei & vini, & quare, parte 2. 212.E.

correctionis charitatiuæ vinum & oleum multum deficiũt in pluribus eccleſiæ prælatis.parte 4. 352. H.

corrigendi deſiderio melius eſt palam corrigere, quàm ſtudio peccandi ſimiliter clam diligere.parte 3. 334.E.

corrigens aliena, prius videat ne ira ſuperetur &c. parte 3. 67.B.

corrigere negligentes crimina an eandem pœnam incurrant, ſicut facientes.parte 1. 250.D.& 251.B.C.

corrigere delinquentium culpas, qui vult in eccleſia, cum tanta æqualitate exequatur, vt in nullius reſideat fauore, & nec in eis quos per cognationem carnis diligit, parcat.parte 1. 199.E.

corrigere delinquentes, qui nolunt, ſed conſentiunt, ſignificantur per lepram in ueſte lanea &c. parte 1. 238. B.

corrigi, qui diuiſi poterant, iniquitatum ſuarum pertinacia vniti perdurant, & tenentes ſe ſeparari nequeunt &c. parte 3. 80.A.

correptionis fraternæ ordo vel debitus proceſſus. parte 5. 56.H. & 57.B. Item parte 6. 122. A.

correptus ex indiſcreta correctione corripientis plęrumque nouum peccatum incurrit. Et hoc poteſt contingere dupliciter. Vno modo ex parte corripiendi. Alio modo ex parte corripientis. parte 1. 352.D.

corripere uolens fratrem medicum corporaliter curantem attendat. parte 5. 57.B. Item parte 6. 239.A. & 251.B.

corripere uolens alium, ſicut & ante correctionem, ita & poſt, ſeipſum humiliter inueſtigare debet, ne idem uel aliud ſimile in eo ſit. parte 5. 210.E.& 142.E.F. Item parte 3. 326. F.

corripiẽtis vita ſi uel talio inquinetur, ſolatio eſt facinori.parte 3. 28.A.

corripere qui, ſatagit proximum pia intentione, & tamen ad correctionem indiſcretam prorumpit, & ſermonem duriorem facit cum contumelia, ille odium excitat & proximum occidit. parte 1. 352.D.E.

corripiens aliquẽ aſpere, & inter aſpera dulcedinis quędam admiſcens, habet mel non in lingua ſed ſub lingua.parte 3. 362.F.G.

corripiens non ex amoris affectu, contriſtat correptum. Inſultat enim qui non condolet fratri.parte 6. 63.B.

corripiẽdus ſi non corripitur, ſed praua diſſimulatione negligitur, tunc malum pro malo redditur.parte 6. 113.A.

corripiendus quomodo quis ſit publice.parte 1. 247.G.

corripere debemus amicos delinquentes cum omni patientia, & quare, parte 3. 405. E.

corripere uolens inferior ſuperiorem ex charitate, debet hoc facere cum humilitate & reuerentia.parte 1. 14. H.

corruptio dicit ſeparationem animæ a corpore uel putrefactione.parte 3. 106. F. Item parte 6. 168.D.

corruptibile & incorruptibile differunt genere, quod eſt uerum quando corruptio & incorruptio ad idem principium reducuntur. parte 6. 60. D.

corus uentus ubi flat, parte 6. 206.E.& G.

coruus non quærit cibum ſeptem diebus pullis, donec uideat eos nigreſcere, & ſuos eſſe cognoſcat ex nigredine &c. parte 3. 73.C.& 303. F. & G.

coruus emiſſus per Noe & non reuerſus, utrum mortuus fuerit, an aliquo modo uiuere potuerit.parte 1. 54 E.G.& H.

coruus emiſſus de arca quare non reuerſus ſit: aſſignant aliqui Hebræi cauſam, quòd coruus habebat Noe ſuſpectum de fœmella ſua &cæ. Ecce cœcitas magna Iudæorum &c. parte 1. 54 H.

C O S

coſdroe rex Perſarum cũ ſuis multas prouincias & ipſam Ieroſolymã inuaſerunt, deſtruentes eccleſias, ſanctaq; loca prophanantes: & inter ornamenta ſacra, quæ abſtulerunt, uexillum dominicæ crucis exportauerunt.parte 6. 257.D.

coſta & latus vno vocabulo ſignificantur in Hebręo, & eſt æquiuocum. Et vbi tranſlatio noſtra habet: Tulit vnam de coſtis eius, dicunt quòd debuit dicere: Tulit vnum de lateribus eius.parte 1. 28.H.

coſta Adæ quam ſumpſit dominus de latere Adæ, utrum fuit de integritate ipſius Adæ, aut ſuperflua & monſtruoſa.parte 1. 38. H.

C O T

coturnix & ortogometra, an & quomodo differant.parte 1. 158.B. Item parte 3. 386.D.

coturnis quæ apparuit in caſtris filiorum Iſrael, eſt auis pinguis & ſapida.parte 1. 157.D.

C R A

craſſitudo circa cor aggregata extinguit vitam corporis ſiue corporalem.parte 5. 44.H.

craſſitudo in malo ponitur ſecundum ſenſum moralem parte 1. 308.A.

craſtinum accipitur pro futuro die. parte 2. 29. C. Item parte 5. 27. G.

craticula ſuper carbones ardentes & accenſos ponitur. parte 1. fol. 217.C.

C R E

creare vtrum ſit proprium alicui diuinæ perſonæ, & non commune toti trinitati.parte 1. 19. H.

creo cœlos nouos & terram nouam, quomodo intelligatur.parte 4. fo. 105.F.

creatio ſoli Deo competit, qui eſt uirtutis infinitæ, quæ ad creationem requiritur.parte 3. 234.D.

creatio cœli & terræ omnipotentiam & æternitatem Dei inſinuat.parte 1. 23. E.

creaſſe cum dicitur cœlum & terram Deus, intelliguntur omnia cœleſtia & terrena eſſe a Deo creata ſic, quòd per cœlum intelligitur nõ empyreũ tantum vel ſyderum, ſed ſimul omnia cœleſtia: & per terram tota ſubſtantia generabilium & corruptibilium.parte 1. 29.D. & 22.G.& H.

creationem cœli & terræ, quòd tota trinitas ſit operata, oſtenditur. parte 1. 24.A.

creatio aliquando dicitur innouatio.parte 4. 105. F.

creatoris virtus, cauſa ſubſiſtendi eſt omni creaturæ.parte 1. 34 C.

creatoris nouem ſunt opera, de quibus laudemus operantem de operibus, ſi in magnitudine deficimus. parte 3. 301.A.

creator habet apud ſe poſſe de omnibus facere aliud, quàm eorũ naturalis ratio habet.parte 1. 38.E.

creatoris bonitatem intellige, ſi voluntati eius obtemperes: ſi legem eius ſequaris, elementa tibi contra naturam ſeruire compellit. parte 2. 152. F.

creauit Deus mundum in tribus proprietatibus, dicit quædam gloſſa Hebraica: & ex illo arguitur pluralitas perſonarum in diuinis cum vnitate deitatis, contra Iudæos &c. parte 6. 276.A. & B.

creauit Deus omnia ſimul: ſed aliter hæc in uerbo Dei, aliter in elementis mundi, aliter in rebus, aliter in ſeminibus.parte 1. 35.D.

creaturæ omnes mediæ nomine cœli & terræ intelliguntur, tam intellectuales ſicut angeli quàm homines quibus cõuenit proprie Deum laudare, quàm etiam intellectu carentes: pro eo, quia in eis eſt materia Deum laudandi. parte 6. 289.D.

creaturæ per quem modum procedunt a verbo, parte 5. 186. E.

creaturæ producuntur a Deo ſicut artificiata per artificem.parte 5. 185. C. Item parte 6. 104. G.

creaturæ ſunt in verbo per modum vitæ intellectiuæ. Item præexiſtunt in uoluntate uerbi.parte 5. 186.E.

creaturas producere Deum de neceſſitate, error eſt quorundam, & improbatur. Ibidem.

creatura antequam crearetur, nõ erat aliud quàm creatrix eſſentia, quæ eſt per eſſentiam ipſa uita, parte 3. 136.A.& 110.B.

creaturæ prius erant in uerbo per ideam uel in uolũtate uerbi.parte 5. 185.D.G.& H.

creaturæ omnes præexiſtunt in filiõ exemplariter ab æterno, quia nulla nouitas eſt in ipſo Deo, parte 6. 104. H.

creaturæ omnes uiuunt in Deo, quoniam per modum intelligibilem ſunt in eo: ideo ſcriptum eſt: Quod factum eſt in ipſo uita erat, parte 3. 431.C.

creata eſſe omnia ſimul, dupliciter intelligitur. parte 3. 404.F.

creatura omnis quantumcunque lucida, comparata ad Deum dicitur tenebra: & eodem modo humana innocentia ad Deum comparata & eius




VNiVERSiDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

& eius puritate dicitur immunditia,parte 3. 35.H.
creatæ fuerunt ſeptem res a Deo ante mundum,vt dicunt aliqui Iudæi .ſ.lex,pœnitentia,gehenna,domus ſanctuarij,domus gloriæ, hortus voluptatis,& nomen Meſſiæ.Quæ dicta tanquam friuola,& omnino abſurda refutantur.parte 6. 177.E.
creaturæ omnes Deum adorant adoratione proprie dicta vel large ſumpta, Hebræi autem quidam, qui credunt Deum eſſe corporeum; adorant Deum in loco determinato, ſcilicet in occidente; & dicunt ibidem eſſe ſtellas, & Deum illuc adorantes &c,parte 3. 263.F.
creatura intellectualis,ſola poteſt attingere ad cognoſcendum Deum, quia ad Dei imaginem facta eſt,parte 5. 185.D,G,Item parte 6, 104.G.
creaturæ intellectuales laudant Deum proprie, quia ſunt capaces ipſius per amorem & cognitionem: aliæ ſunt creaturæ, quæ laudant Deum metaphorice, inquantum in eis & earum proprietatibus relucet ſapientia &c. quæ ſunt materia diuinæ laudis. parte 3. 304.G,305.C,
creaturæ irrationales & inſenſibiles non laudant Deum proprie, tamen laudant Deum inquantum ſunt materia diuinæ laudis intelligibilibus creaturis.parte 3. 301.F,& 305.C,
creaturæ non poſſunt ad plenum comprehendi ab homine, vt de folio arboris non poſſunt ad plenum inueſtigari omnes proprietates &c, parte 3. 38.G.& 226.C.& 192.G.& 343.H,& 376.F,
creatura omnis non voce ſed opere laudat Deum,quia ex creaturis intelligitur creator,parte 4. 302. E,
creaturæ ſunt veſtigia Dei ex quarum conditionibus inueſtigantur conditiones creatoris &c.parte 3. 38.D,& 47.G,
creata omnia circumiui animo:& dicunt,Deus me fecit;& in his tanta inuenitur laus Dei,quæ verbis non poteſt dici.parte 3. 122.A.
creatura omnis ſentit imperium creatoris,ſed differenter,parte 5.98.B,
creaturarum vniuerſitas eſt ad decorem ipſi Deo, & quare, parte 3. 77. C.
creatura dicitur quidquid modo in nobis dolet, dum carnem mortificamus,parte 6. 19.A.
creatura triplex,quædam corporalis,quædam animalis, quædam ſpiritualis. Ibidem.B,
creaturę omnes,ſpirituales & corporales ſunt a Deo ſicut ab efficiente, parte 5. 186.C,
creaturæ rationales in quatuor locis verſantur.parte 4. 210.B.
creaturæ omni ſicut in principio benedixit Deus, ſic in fine maledicit his,qui terreni ſunt,parte 4. 46.F.
creatura corporalis tota facta eſt propter hominem.Nã elementa ſunt propter mixta,& mixta inanimata propter mixta animata,& imperfecta propter perfecta, Animalia vero propter hominẽ.Corpora cœleſtia etiam facta ſunt quodammodo propter hominem &c.parte 1, 23.A.& 26.D.F.G.28.D.
creatura omnis corporalis a Deo bona creata eſt & ad bonum hominis ordinata.Quod autem Deus ipſa vtitur ad punitionem malorũ, hoc eſt ex conſequenti &c.parte 3. 428.B.
creata cuncta ſi ſunt valde bona, quomodo dicit Salomon, quòd omnia ſint vanitas,& vanitas vanitatum &c.parte 3. 342. A.
creaturę dicuntur eſſe in circuitu Dei,non quia includatur in eis,ſed quia intimior eſt omni creaturæ quàm ipſa ſibi.parte 3. 218.H,
creatura omnis,nomine mundi intelligitur,quæ ducit in cognitionem creatoris.parte 5. 187.D. & E.
creatura omnis ordinatur ad Deum, ſicut exercitus ad ducem, parte 6, 48.F.

C R E D

credere quid eſt,parte 6. 64.F.& 118.F,
credere & confiteri ore eſt neceſſarium,parte 5. 149. G,
credere Deo,credere Deum,credere in Deum,differunt.parte 6. 10.F. & 213.A.Item parte 3. 197.A.
credere eſſe Chriſtum,& credere in Chriſtum differunt.parte 6. 86.F,
credere non poteſt niſi volens,cætera poteſt nolens.parte 6. 13.E,
credere ex nobis nõ eſt,ſicut cogitare bonum ex nobis non eſt.parte 6, 64.E.
credere quid opus eſt inquis quod mihi non oſtenditur. Manifeſta aliquod verbum quo videam omnium principium.Id enim eſt,ad quod maxime & primitus inardeſco.Cui reſpondetur.Pulchrum eſt quod deſideras & amari dignum,ſed prius nubit Lia quàm Rachel &c.parte 1. 91.F,
credentium quatuor genera ponuntur. Et intelliguntur per quatuor.i, domum Aaron,domum Leui & domum Iſrael,per timentes dominum.parte 4. 220. F.
credentes ſunt in eccleſia quidam & acquieſcentes diuinis præceptis, erga ſeruos Dei officioſi & religioſi, vel ad ornatum eccleſiæ vel miniſterium ſatis prõpti:ſed in conuerſatione propria abſcœni & vitiis inuoluti,nihil adhibent emendationis motum vel innouationis:& ſignificantur per Gabaonitas.parte 2, 14.E. & 15.B.
credit non perfecte,qui quod credit non loquitur.parte 3. 258.E.
credit qui ſic viuit quomodo Chriſtus præcepit,parte 6. 234.A.F,
credendorum aliqua ſunt talia, quæ niſi intelligamus non credimus, aliqua quæ niſi credamus non intelligimus &c. parte 3. 367. C.
credere duo iſta.ſ.Dei vnitatem & eius remunerationem æternam fuit neceſſarium ad ſalutem ſemper apud gentiles,parte 6. 155.C.& D, Vide etiam in Gentiles incarnationis myſterium &c.
credituros euitauit Chriſtus,& non credituris prædicauit.Sed cur?Ipſe ſcit cuius viæ ſunt miſericordia & veritas.parte 5. 39.F.
credentes primi Chriſto,ſignificantur per diluculum.parte 3. 71.D.
credentium paucitas exeuntium ſpiritualiter de Ægypto per virtutem baptiſmi(qui ingreſſuri ſunt terram viuentium.i. cœleſtem patriã) ſignificatur per paucos exeuntes de Aegypto ingredientes in terrã promiſſionis.parte 3. 187.D,
credentium pars per aſinam cui Balaã ſedebat poteſt intelligi,quæ pro ſtultitia vel innocentia animalibus comparatur.&c.parte 1. 304. A.
credentes alij ſunt ſapientes & literati,qui homines dicuntur. Alij vero ſunt ſimplices,qui iumenta nominantur.parte 4. 408.C,
credentium perfecte ſed adhuc timentium carnalium cogitationum vel actionum vel infidelium impetum, per Nicodemum figurantur. parte 5. 194.E.
credere ſanctam eccleſiam,remiſſionem peccatorum,& carnis reſurrectionem nos confitemur in ſymbolo apoſtolorum: quod poſtea vniuerſalis ſynodus plenius expreſſit &c.parte 1. 187.B.
credere miſterium incarnationis intelligitur dupliciter,explicite & implicite. Et de iſtis duobus modis tenebantur antiqui vel altero iſtorum credere:etiam nunc tenentur chriſtiani.parte 6. 155.C.
credenda aliqua,an fuerint præcepta in veteri lege, vel an ſolum fuerit lex factorum.parte 6. 84.B.C. & D.
credulitas Abrahæ in filij immolatione fuit,quod Deus poſſet filium ſuum reſuſcitare,vt in eo Deus compleret ſuum promiſſum,parte 1.77.H.
credulitas noſtra ut roſtrata lingua infirma eſt niſi innixa adiutorio Dei.parte 5. 106.E.
cremare de græco in latinum ductum verbum eſt a ſuſpenſione,parte 1. 396.A.
cremari cum dominus igne iuſſerit eum, qui furtum fecerat,cum fuiſſet cõprehenſus,cur eũ Ioſue lapidari iuſſit &c.parte 1.11.B.D.& F.

C R I

crimen quid eſt.parte 6. 119.F.& 128.E.
criminis ſeu peccati alieni detectio vel reuelatio indebita duodecim modis fit.parte 1. 246.C.D.
criminibus alienis,affectu miſericordiæ,qui non vult condolere, ſed iudicantis mauult tenere cenſuram,oſtendit ſe nondum vitiorum fæcibus eliquatum &c.parte 3. 329.B.
crimen peſſimum quo accuſabat Ioſeph fratres ſuę quod,& quale erat. parte 1. 101. F.H.
heu quàm difficile eſt crimen non prodere vultu.parte 4. 223.A.
crines ſiue comam capitis ſuperflue ornare, & cincinos in honorem dæmonis nutrire prohibemur.parte 1. 248.D.
cryſtallus quomodo & vnde fiat,parte 1. 24.G.Item parte 3. 304.B.& 432.C.Item parte 4. 211.F.

C R O

crocus eſt aurei coloris,& ſignificat diuina ſapientia imbutos. parte 3. 362.A.& C.

C R V

cruciabuntur mali in pœna, ideo quia in tempore ſibi dato ad pœnitentiam peccare non deſinunt,parte 3. 428. E.
cruciatuum materia,erit recordatio præteritarum delitiarum in cõſummatione mundi.parte 4. 46. F.
cruciatus grauis in inferno,vbi tormẽta a ſuis qualitatibus diſcordant, ſicut viuentes a voluntate Dei diſcrepabant. parte 3. 27. E.
crucifixio quomodo fiebat antiquitus.parte 3. 115.B.
crucifixio Chriſti dicitur exaltatio,& quare.parte 5. 195.G.
crucifixio Chriſti fuit turpiſſima ex conditione loci, & ex modo mortis.parte 5. 239.B.& C.
crucifixum ſi quis fide attendit,pro ſimilitudine carnis peccati in æneo ſerpente præſignatum, omnium dęmonum & malorum hominum calumniæ tanquam colubrorum venena vincuntur.parte 3. 270.E.
crucifixus ſi non fuiſſet Chriſtus, ſacrificium corporis eius non comederemus: quod modo in memoriam paſſionis eius facimus. parte 1. 217.B.
crudelitas & cupiditas impediunt iudicem iuſtè ferre ſententiam. parte 3. 392.F.& G.
crudelitatem habet diabolus tanquam filiam ſpiritualem, ſicut per oppoſitum, miſericordia cœleſtis regis eſt ſpiritualis filia.parte 4.450 H.
crudeles eſſe ſanctos dicunt quidam,cum nulli hoſtium parcere leguntur,nec intelligunt in his verbis obumbrata myſteria.parte 2. 80.A.
crucem portauit Chriſtus dum duceretur ad patibulum, in qua meruit principatum.parte 4. 25.A.
crux Chriſti finita eſt in pœna & manet in gloria.A locis.ſ.ſuppliciorum tranſit ad frontes imperatorum.parte 3. 137. E.
crux nobis impreſſa eſt,in ſignum regis noſtri,quę eſt lumen vultus.parte 3. 92. A.
crux in fronte credentium(vbi ſedes eſt uerecundiæ)figitur, & quare parte 5. 223.E.Item parte 6. 23.E.& 88.G.
crucis impreſſione dum decoramur,& vexillum triumphi dum in fronte portamus,ſplendor Dei ſuper nos eſt.parte 3. 222.E.
crux domini,infidelibus ſcopulus,fidelibus portus.parte 4. 193.E.
de crucis Chriſti apicibus conferuntur cornua iuſtis:in his ventilamus & deſtruimus dęmones animę noſtrę inſidiantes.parte 2. 64.B. Interl.
crux Chriſti fugat dæmones,ſicut in cithara furorem Saul,parte 2.80.E
crucis ſignum cum in nobis fideliter fixum viderint, cadent ſuper dæmones timor & tremor.parte 1. 154.F.
crux chriſti in tau ſignatur,qualiter & quare,parte 4. 184.A.
crux ſuper omnia fortis,omnem creaturam crucifixo ſubiecit, & carnẽ eius,quæ ante paſſionem eſui videbatur non apta, poſt aptam fecit. Et comparatur ſartagini.parte 1. 317.B.
crucis ſanctæ auxilio,quinq; ſenſus nos uariis uitiis captiuantes,ſuperamus,& contra ſpirituales nequitias belligeramus; Et de hoc figura. parte 1. 63. E.
crux quodammodo inter impaſſibilem diuinitatem & humanitatẽ media eſt(quæ igne paſſionis eſt aſſata) ſicut ſartago inter ignem & cibum parte 1. 117.C.
crucis in paſſione lapidea corda mollita ſunt, mollia & fluxa ſolidata, ſicut in ſartagine mollia dureſcunt,dura molleſcunt. Ibidem.
crucis de myſterio cum ueneratione diſputare,eſt de ſartagine ſacrificium offerre.Ibidem.
crucis opus & effectus peccatorum noſtrorum perfecta remiſſio eſt. parte 1. 220.F.
crux Chriſti gemina ratione conſtitit, quia uiſibiliter Dei filius in carne crucifixus eſt: inuiſibiliter vero diabolus cum principibus ſuis. parte 2. 23.E.
crux Chriſti per quam mundus.& princeps mũdi ſuperatur.i. diabolus cum principibus & poteſtatibus,ſignificatur per virgam Moyſi,qua Pharao ſuperatur.parte 1. 137.F.
crucis ſub virga tranſeunt, quibus fides & amicitia Dei donata, ut remunerentur,& amici Dei inueniantur.parte 1. 264.E.
crucis dominicę duplex eſt ratio.Vna qua Chriſtus reliquit nobis exemplum.Altera in qua crux illa tropheum fuit diaboli, in quo crucifixus eſt & triumphatus.parte 3. 13.E,
per crucem Chriſti non ſolum idololatria,ſed & omnis carnis affectus, vel concupiſcentia perimitur.parte 1. 311.G.
crucis myſterium oſtenditur in his verbis apoſtoli, quæ ſit latitudo &c. parte 6. 93.D,
crucis ſignum faciebat proprie ſacerdos per manus ſuas & offerentis primitias in ventilatione primitiarum. parte 1. 227.B.& 362.H,
crux Chriſti figuratur per hoc quòd virga,petra percutitur.Ligno enim accedente ad petram gratia manauit:& quòd bis percutitur euidentius ſignificat crucem &c.parte 1. 297.E.
crucis ſanctæ moralem figuram deſcribit Paulus.parte 5. 85.E,
crucis ſanctæ lignum deſignatur in trecentis cubitis arcæ Noe. parte 1, 51.B,
crux Chriſti ſignificatur per virgam Moyſi,per quam mundus vincitur, & diabolus ſuperatur.parte 1. 140.B,
crucis arbor dicitur nauicula.parte 5. 147.A,
crucem ſignificat arbor morus.parte 5. 168.E.& H.
crux Chriſti dicitur muſcipula principis huius ſeculi:Et quare. parte 6. 138.B.
crucem Chriſti ſignificat denarij numeri figura.parte 1. 71.A.& E.
crux ſancta dicitur malogranatum &c.parte 3. 366.H,
crux in qua vitis vera calcari & exprimi dignata eſt, ſignificatur per Geth,quod interpretatur torcular.parte 2. 103.E.
crucis ſignum exprimitur ligni nomine & lignorum numero, quo nobis panis vitæ æternę eſt præparatus;Et ſignatur per ligna quibus Sareptana cibos parauit.parte 3. 154.E.Interl,
crux tollitur,vel per abſtinentiam, vel per compaſſionem.parte 5.53.A, & 149.E.Item parte 6. 93.B,
crucem domini qui ſponte portant per dominum,qui inuiti per Symonem de Cyrenis(quæ eſt in Lybia) ſignificantur. parte 5 85.A,
crux duobus modis baiulatur.parte 5. 163.E.& 38.B.& D.
crucem baiulamus, non vt trabem ſuper humeros opponamus, ſed vt ſemper Chriſti mortem præ oculis habeamus.parte 5. 163.H,
crucis duo genera ſunt, Vnum corporale, Aliud ſpirituale: vnum eſt a potu & epulis tẽperare appetitum &c. alterum eſt precioſius atque ſublimius, motus animi regere, & perturbationes illius modeſtiæ tranquillitate placare, irę ac ſuperbiæ impetus quaſi feram beſtiam refrenare &c.parte 5. 53.C.
crucis ſanctæ hiſtoria:de eius ablatione de Ieruſalem,& populi captiuatione per Coſdroe regem Perſarum ſignatur per ablationem arcæ per Philiſteos.parte 2. 67.H.
crucis ſanctæ reportatio quam Heraclius imperator fecit per quid ſignificetur &c.parte 2. 69.D.
crucis ſignum mirabiliter radians apparebit in iudicio nouiſſimo. parte 4. 108.B,

C V

cubile dicitur delectatio carnis, in qua captiua verſatur ratio, vt fera in cubili: vel cubilia ſunt cogitationes ferocium peccatorum. parte 3. 91.E,
cubile eſt cor hominis,& qualiter in eo eſt quiſcendum, & quæ impediunt eius quietem.parte 3, 91.E,
cubitos quòd genere maſculino (ait Hieronymus) non neutro cubita dicimus, non ex grammaticæ imperitia, ſed propter ſimplices & idiotas (quorum in congregatione eccleſiæ maior pars eſt) facimus, parte 4. 287.A,
cubitus quantam menſuram capiat.parte 2.81.G.Item parte 1.326.F.& 327.F.G,H.& 333.H.
cubiti qui deſcribuntur in fabricatione arcę quales fuerunt. an geometrici vel vſuales,& quid quiſque cubitus contineat.parte 1. 51.C, & 176.B,
cubiti quinque faciunt ſeptem pedes & dimidium ſecundum vnam opinionem.vel ſecundum alios decem.parte 2. 141.D,
cucurbita vel hedera genus virgulti,vel arbuſtulę,lata habentis &c.parte 4. 376.E,
culpa perpetratur tribus modis.parte 1, 41.C,
culpa quemque ſua lex dicit interimendum.parte 1. 359.E.
culpa citius dimittitur quæ non malitioſe perpetratur, parte prima. 352.E.
culpa tanto inſenſibilior redditur quanto quaſi vera virtus laudatur.parte 4. 197.B,
culpa quo frequentius committitur, eo minus committentis animus uerecundatur.parte 4. 215.B.
culpa facilius corrigitur,quæ erubeſcitur, quæ autem virtus putatur,difficilius.parte 3. 78.A.
culpa qualibet ſi ſequenti pia operatione purgatur, quanto magis hæc facile abſtergitur, quam mater boni operis pietas committatur. parte 1, 124.E,
culpas delinquentium qui redarguit tanta æqualitate intra eccleſiam id efficiat,vt in nullius reſideat fauore.parte 1. 199.E.
culpabiliores eſſe ſolent qui loqui in contentione inchoant, quàm qui reſpondent.parte 3. 65.B.& C.
culpæ creſcentis caſus ſunt iſti, vt lingua cum non reſtringitur nequaquam vbi ceciderit iaceat, ſed ſemper ad deteriora deſcendat. parte 3. 46.A.& B.
culpæ grauis ſicut eſt ſibi arrogare quod non eſt, ſic plerumque culpa nulla eſt,ſi humiliter bonum dicat quod eſt. parte 3. 34.F.
culpę memoria erit in beata vita, non quæ mentem polluat,ſed quæ ſine læſione beatitudinis,artius beatitudini & lętitiæ aſtringat.vt ſanati,dolorum ſine dolore recordemur,parte 3. 12.E,
culpæ quædam in hoc ſęculo laxantur, quædam vero (paruę ſcilicet) etiam in futuro,parte 5. 42.F.
cultus diuinus duplex, ſcilicet interior & exterior, parte 1. 65. D.& 214.D.
cultus diuinus principaliter eſt in actibus interioribus mentis, requiritur tamen etiam cultus exterior qui eſt quædam proteſtatio interioris cultus &c. Et in quo ille fuit in vete. Teſtamen.parte 1. 65.D, & 214.D.
cultus interior qui conſiſtit in fide & deuotione,bene ſupplet aliquem defectum,qui conſiſtit in exteriori cultu.Et de hoc exempla.parte 2. 233.G.
cultus verus vnius Dei eſt illud per quod poſſideri poterat terra illa Abrahæ promiſſa. Et ideo idololatrantes Iudæi ſemper puniti ſunt &c,parte 1. 65.D.
cultus latriæ debitus conſiſtit in duobus,ſcilicet in ſacrificij oblatione, & debita oratione.parte 3. 422.G.
cultum diuinum ut homo faciat congruenter, aptus redditur per gratiam, & ineptus fit per peccatum, & ſecundum quid per immunditiam corporalem quo ad vetus Teſt.&c.parte 6. 149.D.
cultui diuino & ſtudio deputati debent prouideri de victu ab his qui habent curam regendæ communitatis.parte 1. 214.H.
cultu de diuino multa vſurpata ſunt quæ honoribus deferuntur humanis, ſiue humilitate nimia, ſiue adulatione peſtifera &c. parte 2. 309.B.
cultus feſtiuitatis paſchalis vocatur religio, quæ dicitur a religando; quia per cultum diuinum homines religantur Deo.parte 1. 149.D.
cultus diuerſorum idolorum erat varius,& aliquando contrarius, ſicut in ſacris veneris colentes erant nudi,& in ſacris Martis erant armati. parte 4. 282.D.
cultus Dei in ve. Teſt.fuit figuralis reſpectu cultus qui obſeruatur tempore noui Teſt.Cultus vero Teſtamenti no.eſt ſuo modo figuralis reſpectu cultus cęleſtis.parte 6. 273.H.
cuna regis Og (vt dicunt Hebræi) in qua poſitus fuit, quando erat ferrea, quia erat iam tantæ fortitudinis & magnitudinis quòd non poterat teneri,& habebat nouem cubitos vſuales in longitudine.parte 1. 333.G.
cuneus quid ſignificat,& vnde dicitur:parte 1. 267.H.& 353.H.

C V P

cupiditas ſiue auaritia dicitur radix omnium malorum, ſimiliter & ſuperbia,& quomodo.parte 6.123.A.G.Item parte 3. 397.A.
cupiditatis vitium eſt exigere velle quod cognoſcis te non commodaſſe.parte 3. 358.B.
cupiditas impellit ad omnia mala.parte 4. 141.D.
cupiditas accipitur in duobus.ſ.in male accipiendo, ſecundo in male poſſidendo.parte 5. 36,D.& F.
cupiditatibus ſeculi amentes facti, vel vitijs inebriati, non ſentimus quanta vulnera animæ acquirimus peccando, ſicut dæmoniaci non ſentiunt ſi vulnerantur.parte 1. 288.E.
cupiditatis vitio datur iudicium æquitatis,& de eiuſdem vitij conditionibus.parte 4. 307.B.& C.
cupiditates beſtiales & libidines quæ ſolent de repentino ſucceſſu terrenæ felicitatis exiſtere,beſtiæ feræ dicuntur. parte 2. 34.A.
cupidi Deos ſuos fecerunt de auro & argento & lapidibus precioſis. parte 1. 370.D.
cupidus non facile mercede caret.parte 1. 303.F.
cupiditatis igne & luxuriæ diabolus ſuccendit clerum,nobiles,& communem populum,& de hoc figura.parte 2. 186.H.
cupiditas cæca diuitiarum generat vermes his qui habent pecuniam & videntes in neceſſitate fratres ſuos,claudunt viſcera ab eis,& de hoc figura.parte 3. 156.F.
cupiditatis immunditia teterrimos figurat coruus, qui non redijt aut aquis interceptus, aut cadauere natante illectus. parte prima. 54.E.
cupidi qui fraudibus & violentijs auferunt aliorum hæreditates, per quos ſignificantur.Ibidem.
cupidus homo boni alieni, ſignificatur per Achab &c.parte 2. 159.D.
cupiditates naſcentes antequam robur accipiant,facilius vincuntur.parte 3. 290.F.
cupidis & auaris formidabilis eſt iudicis futuri aduentus propter duo, ſcilicet propter indebitam bonorum temporalium congregationem & conſeruationem, propter pauperum defraudationem. parte 6. 215.H.

C V R

cura maior eſt Deo humanæ ſalutis, quàm diabolo perditionis. parte 1. 311.C,
cura Iudæ Machabæi de Iudæis mortuis in bello fuit ratione corporis & animæ:quia valuit eis,quia mortui fuerunt in ſtatu ſalutis. parte 4. 476.C,& D.
cura præſentium malitia dicitur,& quare.parte 5. 27.F.& G.
cura præſenti mens obruitur.Ibidem.
curæ ſæculi ſunt ſpinę & tribuli.parte 5. 29.A.& 342.G.
curæ carnalium deſideriorum inſolentes figurantur per muſcas, parte 1. 140.F.
curam animarum aſſumentes in quibus & quot examinandi ſunt. parte 5. 243.D.
curam proximorum agere cum quis fidelis ſollicite accingitur,hoc duobus modis facit.parte 3. 338.F.
curam aliorum debet quiſque pro quantitate virium ſuſcipere, & ideo proprias vires perpendere, ne fiat ſubditis auctor ruinę &c. parte 3. 394.E,
curam eccleſiarum Dei non immerito accipit, qui dono Dei accipit lumen ſcientiæ, & rectitudinem fidei fortiter ſeruat in opere. parte 2. 212.A.
curam aliorum ſuſcipere non præſumant, qui adhuc impugnantium vitiorum certamina per conſenſum delectationis tolerant, & de hoc figura, parte 1, 278.E.Vide etiam in Animarum curam,
curatorum aduerſus pauperes prædicatores ſuggeſtio ad populum, dicentium, quia non habent poteſtatem niſi de licentia proprij ſacerdotis: quod tamen falſum eſt. parte 4. 137. H. Item parte 2. fo. 152. H. & 245. H. & 259. H. Item parte 1. 282. E. & 298. D. & 358.F.
curatorum ſtatui conuenit audire ſynodalia ſtatuta ab epiſcopis, & denunciare ſuis parochijs.parte 2. 25.H.
cura laicalis iuſtius agit quàm clericalis;Pilatus enim pronunciat innocentem & iuſtum, quem principes ſacerdotum condemnant tanquam reum mortis,parte 5. 179.H.
curioſi qui facta mirabilia bonorum uidere quærunt & audire, ſed non imi-


VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

non imitari, ſignificantur per Herodem tetrarcham &c. parte 5. 143.H.
curioſitas perſcrutantis impedit in contemplatione diuinæ veritatis. parte 3. 271.D.
curioſitas humanæ mentis per tria oſtenditur, & in his tribus omnia vitia concluduntur.parte 3. 415.A.
currus plures pro perſonis ſuis habebant olim reges, pugnantes in curribus, ſicut principes nunc in bellis habent plures equos. parte 2. 237.H.
currus falcati qui dicuntur. parte 2. 24.G.
curuati ſub manu domini quid ſit.parte 4. 192.F.

C V S

cuſtodia noſtræ ſalutis & dux,doctrina eſt.parte 1. 242.A.
cuſtodia ſanctæ eccleſiæ ſic rite perficitur, ſi quiſque ita ſollicitudinem omnium fidelium gerat, vt ſpecialiter eis quibus prælatus eſt curam diligentiores ſtudij impendat.parte 6. 261.B.
cuſtodiam animarum ſortiantur, qui tentationum bella ſubegerunt & cum apud ſe iam de intima tranquillitate ſunt ſecuri,ſed quis hęc perfecte ſubigat.parte 1. 278.E.
cuſtodes animarum non ſunt de neophytis vel de plebe conſtituendi, ſed de illis qui a certamine vitiorum Dei gratia liberati, iam mentem in viſione tranquillæ pacis habent.parte 1. 261 B.
cuſtodire qui vult diligenter rem aliquam, habet attentos oculos ſuper ipſam.parte 3. 129.B.
non cuſtodiſſe dicitur rem ſuam qui ſic agit vt perdat, & ſi alijs ſit ſalua. parte 1. 37.E.
cuſtodiuiſſe paradiſum quomodo dicatur homo. Ibidem.C.E.

C V T

cutis deſiccatur & nigratur ex defectu nutrimenti.parte 3.21.D. & 36. G.Item parte 4. 201.B.
cutis ſunt in eccleſia qui ſolis exterioribus curis vacant,quorum corda deſperatio ſiccat.parte 3. 21.C.
cutis eſt exterior pars corporis,quæ dum non trahit humorem de interioribus,areſcit & contrahitur.parte 3. 21.A.Interl.
cutis ſunt in eccleſia,qui ſolis exterioribus vacant,& quorum corda deſperatio ſiccat &c.Ibidem.

D A B

DAbar & Deber dictiones ſunt Hebraicæ & differunt. parte 4. 25.A.

D A G

Dagon idolum quod colebatur a Philiſtæis, habebat caput piſcis:& ideo vocatur Dagon, quia dag piſcem ſignificat in Hebræo.parte 2.163.H.Item parte 2. 68.F.& G.

D A L

Dalmanuta:vide in Magedam.

D A M

Damaſcum ſecundum Hebræos campus eſt, vbi Abel a Cain interfectus eſt.parte 4. 250.B.& 359.A.& 362.C.
Damaſcus eſt metropolis in Syria:& quis eam condidit &c.parte 4.26. E.& 37.D.Item.parte 1. 16.A.
Damaſus Papa,ſtatim poſt Iulianum apoſtatam præfuit eccleſiæ, & ordinauit per omnes eccleſias pſalmos die noctuque canere, & vt in fine pſalmorum diceretur: Gloria patri & filio &c. Sicut erat &c. parte 6. 252.D.
damnare & perdere quam inter ſe habeant differentiam. parte 2. 239.A.
damnandorum quamuis ſpacioſa via ſit quæ ducit ad mortem, tamen preſſura corporis coartati,rectum iter inuenire non poterunt, ſed in ſe inuicem collidentur,ibi ſpirabunt veterem furorem,& ſicut fulgura huc illucque diſcurrent &c.parte 4. 387.B.
damnationis noſtræ malum leue creditur:ſed vtinam veniat qui oſtendens patriam,graue eſſe exilium doceat.parte 3. 18.E.
damnandus vt ſemper in ſe mœrores inueniat dignum eſt, qui relicto creatore in ſe gaudium quærebat. parte 5. 3..B.
damnati an & quomodo potuerunt dici patres ſancti in limbo exiſtentes.parte 6. 20.F.& G.
damnati,an eadem ratione poſſit dici, q; redirent a pœna ad gloriam, & quòd beati poſſent cadere a gloria. parte 6. 138. G.& 144. G.& H.
damnati ſicut intus & extra deliquerunt, ſic intus & extra punientur. parte 3. 47.G.
damnatorum omnium dolor,quamuis ſit infinitus, grauiora tamen tormenta recipiunt,qui multa iniquitatibus, ex ſuis quoque deſiderijs inuenerunt.parte 3. 43.A.
damnatis pœnas propria eorum gignit conſcientia. Sicut enim quamdiu humor eſt in cadauere, vermes naſcentur ex putredine, ſic ex ipſa materia peccatorum gignuntur ſupplicia. parte quarta. 32.E.
de damnandorum iudicio Dei humana non poteſt ſcire fragilitas, nec de pœnarum magnitudine vel menſura ferre ſententiam:quod domini arbitrio derelictum eſt.parte 4. 27.F.
damnati & ſi non pertingunt ad vltimum finem humanę vitæ, quæ eſt felicitas æterna,non tamen ideo ſunt fruſtra creati,& quare.parte 3. 220.G.
damnandus pſoluet in tormento ea quæ hic illicita ſeruauit deſideria: nec in morte conſumetur, ſed vt ſine fine crucietur: viuere ſine fine compellitur,vt cuius vita hic mortua fuit in culpa,illic eius mors uiuat in pœna.parte 3. 43.A.& etiam Interl.
damnati quomodo murmurabunt contra Deum punitorem, & quare, & quomodo nudabuntur conſcientiæ eorum in iudicio. parte 4. 387.A.& B.
damnatorum pœna eſt æterna,& quare.parte 3. 335. A. Item parte 5. 28.A.
damnati recordabuntur facinora,non ad conſolationem, ſed ad aggregationem pœnę,& quomodo.parte 4. 180.H.
damnatus quam hic amauit,nec relinquere voluit,tunc propter tormenta relinquere volet,ſed non poterit.parte 3. 43.E.
damnatus anima & corpore punietur, quia in vtroque peccat. parte 3. 43.E.Interl.
damnati beatos in requie vident, vt eos videntes & conſpicientes in gaudio,non ſolum de ſuo ſupplicio, ſed etiam de illorum bono crucientur.parte 5.167.F.& quomodo hoc intelligendum,quia non habetur de hoc certitudo.Ibidem.G.H.
damnati quomodo conquerentur in inferno, quæ noluerunt hic preuidere.parte 4. 188.C.
damnati quòd vellent venire ad locum electorum, ſi eſſet poſſibile, non eſt dubium.Sed de electis,quòd vellent ire ſi eſſet poſſibile ad locum damnatorum,certum eſt quòd non ad manendum:uellent tamẽ ire illuc ſi eſſet poſſibile ad propinquos ſuos liberandum: & hoc ſecundum voluntatem naturalem &c.parte 5. 168.B.
damnantur multo plures quam ſaluantur, & de hoc figura. parte 1. 287.D.
damnandi poſt hanc ſententiam, Ite maledicti in ignem æternum:poſt multos dies.i.poſt mille annos,viſitandi & liberandi ſunt,vt dicit Origenes,Sed hoc eccleſia non recipit.parte 4. 47.E.
damnandorum ſpiritus inde in perpetuum interit, vnde ad tempus caro ſuauiter viuit.parte 3. 29.A.

D A N

dan, ex patriarchæ nomine Dan, & tribus & locus in quo habitauit, nomen accepit, ubi hodie Paneas, quæ quondam Cęſarea Philippi dicebatur:unde Iordanis id eſt fluuius Dan qui fluit de Libano.parte 4. 250.B.
daniel apud Hebræos non reponitur inter prophetas ſed inter agiographa.parte 4. 337.B.
danielis prophetiam Porphirius negauit, ſed alteri eſſe aſcribendam contendit.parte 4. 294.A.
danielis liber continet cum alijs apocrypham partem,& hiſtoriam Suſannæ,hymnum puerorum, & Belis draconiſque fabulas. parte 4. 292.H.& huius declaratio 293.C.D.Item parte 1. 2.E.
danielis interpretatio per ſeptuaginta repudiata eſt ab eccleſia, quia diſcrepat multum ab Hebraica ueritate.parte 4. 292.F. & 303.E.
daniel dictus eſt uir deſideriorum.i. deſiderans ſcire ſecreta diuina, & quare parte 4. 315.G.& 321.C.
daniel uidit non ſolum angelum apparentem,ſed audiuit eum loquentem,& intellexit, uiri autem qui erant cum daniele uiderunt ſolum angelum apparentem.parte 4. 321.C.
daniele nullus prophetarum apertius de Chriſto ſcripſit.parte 4. 294. A.Item parte 1. 17.F.
danieli utrum intelligentia occultorum fuerit collata per aliquem habitum ſibi infuſum.parte 4. 295.F.
daniel habuit ſolutionem quantum ad intellectum ſcripturarum alijs occultarum,quæ dicuntur eis ligatæ, quia non poſſunt uidere intellectum interius &c.parte 4. 306.C.
danieli dedit dominus ſcientiam & intellectum in omni arte grammatica, dedit & intellectum in omni uerbo & uiſione, & inuentus eſt decuplo ſapientior quam ſophiſtæ & philoſophi & incantores & magi &c.par 2. 308.F
daniel fuit Iudæus natione, & bis fuit miſſus in lacum,quibus de cauſis, & per quot dies.parte 4. 308.D.& 331.B.& C.
daniel permiſſus eſt a Deo captiuari per regem Babylonis ad ſui humilitatem,& vt conſequeretur ſapientiam.parte 4. 294.E.
daniel duplici pœna fuit punitus, vna pœna mortis, & quomodo, alia fuit pœna famis &c.parte 4. 331.A.B.
daniel & ſocij eius propter inuidiam & cupiditatem non fuerunt cum illis ariolis ad ſomnium interpretandum.parte 4. 296.F.
daniel quare non prohibuit ſtatuam erigere & illius adorationem.parte 4. 299 F.
daniel fuit honore & gloria dotatus propter ſapientiam a Deo ſibi collatam,in regnis Perſarum,Medorum & Chaldęorum a tempore Nabuchodonoſor vſque ad tempus Cyri,qui deſtruxit regnum Chaldęorum.parte 4. 294.H.& 296.A.
daniel in triplici gradu honoris ſublimatus eſt per Darium regem.ſ.poſitiuo,comparatiuo,& ſuperlatiuo.parte 4. 307.C.
daniel quando liberauit Suſannam,cuius ætatis,& ſub quo rege accidit &c.parte 4. 330.A.B.& C.
daniel interfecit Draconem cum pice,adipe & pilo.parte 4. 331.A.
daniel non peccauit orando pro liberatione a populi captiuitate. parte 4. 314.G.H.& 315.H.
daniel cum eſſet ſenex & iam ſeptuaginta annorum, non fuit tantæ auſteritatis in ſe ſicut iuuentute:& quãdo bibit ſolum aquam,& comedit legumina. parte 4. 320.H.
daniel non legitur rediſſe de Babylone in Ieruſalem,ſed magis dicitur ſepultus in Babylone &c.parte 3 241.G.
daniel cum ſocijs rediјt in Ieruſalem cum muneribus poſt tranſmigrationem,ſecundum Hebræos.parte 4. 412.B.
daniel quomodo conſequutus eſt interpretationem ſomnij. Ibidem.
dans vt careat tędio interpellantis, non vt reficiat viſcera indigentis & meritum & rem perdit.parte 6. 72.A.
dans iuſto pro alia cauſa quàm quia opus Dei eſt, non dat iuſto. parte 3. 238.A.

D A R

dare calicem aquæ frigidæ,tantum eſt quantum fuit Zachæo dare dimidium patrimonij.parte 6. 54.A.
dare pertinet ad rationalem ſenſum,& ad offerentis voluntatem. parte 3. 87.E.
dare ponitur aliquando pro ſuſtinere,& quare.parte 6. 214.B.
Beatius eſt magis dare quàm accipere,quomodo intelligendum eſt.parte 6. 199.F.G.& H.
darius de quo meminit Aggęus propheta in principio, cuius filius fuerit,ſcilicet an filius Hyſtaſpis,vt dicit Ioſephus,vel filius Aſueri & Heſter.parte 4. 402.D.& 456.D.Item parte 2. 305.D.F.
darius,hoc nomen quatuor habuerunt: primus fuit filius Aſtyagis, ſecundum filius Hyſtaſpis, tertius Darius dictus eſt cognomento nothus, quem præceſſit ſecundus Xerxes, quartus fuit filius Arriami, quem interfecit Alexander: & fuit vltimus de regibus Medorum & Perſarum.parte 4. 401.G.H.& 402.D.Item parte 2. 305.D.F.
darius ſub quo defecit regnum Perſarum per Alexandrum magnum, qui debellauit eum,cuius filius fuerit.parte 4. 313.B.


DAT


D A T

datio ſpiritusſancti in ſigno viſibili fuit manifeſtatio Chriſti glorificati ſedentis ad dexteram patris.parte 4. 355.H.
datio legis appropriatur filio,licet opera trinitatis ſint indiuiſa:quia illa que pertinent ad ſapientiam,appropriantur filio,cuiuſmodi eſt datio legis.&c.parte 4. 83.B.
datio coturnicum ſiue recreatio, quomodo & quibus fuit ad conſolationem bonorum,& ad mortem malorum,parte 3. 386.D.
datum & fructus quomodo differunt.parte 6. 103.E.
datum ex dantis corde accipitur vel refutatur. parte 1. 45.A.Interl.

D A V

dauid fuit primus rex de tribu Iuda,inunctus per Samuelem:& tunc reges de illa tribu ſucceſſerunt.parte 1. 117.D.
dauid an fuerit eximius prophetarum & excellentior propheta quàm Moyſes. Et arguitur contra & pro, cum reſponſione & ſolutionibus argumentorum. parte 3 83. H.& 84. D.E. F.& extenſius hæc quæſtio ventilatur 85.per totum.
dauid quomodo comparatur ad alios prophetas noui Teſtamenti,ſicut ſunt apoſtoli & veteris Teſtamenti.parte 3. 84.D.
dauid prophetia reſpectu aliorum prophetarum in communi in duobus excellebat.parte 3 87.F. Item parte 2. 122.B.
dauid dicitur ſtella, vt dicunt aliqui Hebræi propter ſanctitatem. parte 1. 308.H.
dauid inter alias virtutes maxime reſplenduit in eo manſuetudo. parte 3. 132.C.
dauid humilitas magna in multis oſtenditur.parte 2. 203.F.
dauid ſecundum Hier.Hilarium & omnes doctores Hebraicos non fecit omnes pſalmos, ſed maiorem partem. Aliter ſentit Auguſtinus, parte 3. 83.E.& 88.A.& elucidate B. C.
dauid ab ineunte pueritia, patris ſui paſcebat oues, & deinde aſſumptus eſt ad militiam &c.ideo ſtudio vacare non potuit,vt metrice & ornate pſalmos conſcriberet &c. niſi quis dicat ſcientias liberales eum habuiſſe infuſas.parte 3. 88.B.
dauid primo floruit innocenter, & ſic fuit a Deo exaltatus: ſecundo vixit inſolenter, propter quod fuit a Deo caſtigatus. parte 2. 101.F.
dauid a ſua iuuentute laudes Dei canebat in cithara, non ad diſſolutionem,ſed ad deuotionem.parte 3. 432.H.
dauid mater quæ fuerit, nulla mentio penitus legitur in ſcriptura fieri,quamuis de patre ſæpe ſit mentio.parte 3. 214. D.Item parte 2. 207.B.
dauid quamuis in vtero matris fuerit protectus a Deo, ſine qua protectione non fuiſſet natus de vtero matris, non tamen in vtero matris ſanctificatus.parte 3. 184.F.
dauid pater trinomius fuit.ſ.Ieſſe,Iſai,& Naas.parte 2. 115.G.
dauid a iuuentute a Deo magna beneficia recepit: qui ex tunc leonem, vrſum, & Goliath gigantem interfecit. parte 3. 237. H. & 184.G.
dauid quot nominibus nuncupatus fuit, & eorundem ratio. parte 2, 207.B.
dauid non motus cupiditate lucri vel honoris principaliter voluit pugnare cum Goliath, ſed propter gloriam Dei & liberationem populi.parte 2. 82.D.
dauid fecit ſibi nomen magnum quia fecit ſepeliri Idumæos mortuos in prælio:& exercuit opus miſericordiæ.parte 2. 106.F.G.
dauid fuit inunctus in regem, non ad hoc vt ſtatim poſſideret regnum, ſed quando accederet beneplacitum diuinum.parte 2. 80.B.
dauid illo die quo vnctus eſt in regem, cœpit pſalmos canere, parte 2. 80.F.
dauid quaſi continue erat intentus diuinis laudibus,parte 3. 184 G.
dauid de eadem materia aliquando fecit plures pſalmos. parte tertia. 163 F.
dauid dicitur columba muta elongationum, & quare ſic dicitur, ratio. Ibidem.
dauid ter fuit inunctus.primo in domo patris,ſecundo in Hebron. tertio ſuper totum Iſrael &c.parte 2. 98.G.& 101.H.
dauid nunquam fuit ita firmatus in regno nec ita potens,ſicut Salomon filius eius.parte 3. 235.D.
dauid dicitur pauper in reſpectu ad Salomonem, & quare. parte 2. 208.D.
dauid an uno lapide vel tribus Goliath gigantem ſtrauerit. parte 2. 73.C.
dauid habendo plures vxores, an fecerit contra mandatum.ſ.quòd rex conſtitutus de Iſrael,non debebat ſibi multiplicare vxores, &c. parte 2.92.C.Item parte 1. 305.E.F.G.
dauid ex viſione angeli percutientis populum pro numeratione populi,ſic territus eſt, quòd de cætero fuit quaſi languidus, nec calefiebat veſtibus:& ex hoc fuit motus clamare ad dominum.Ego ſum qui peccaui.parte 3. 94.C.
dauid vtrum peccauit iurando facere miſericordiam ipſi Sauli, cum ſciret eum eſſe a domino reprobatum.parte 2. 90.F.& H.
dauid habebat bellatores ex tribus partibus. vna erat tribus Iuda &c. parte 2. 118.B.& D.
dauid non legitur habuiſſe viros ante mortem Saul,niſi tantum ſexcentos.parte 2. 201.F.
dauid ordinauit milites per duodecim cohortes, & in qualibet erant viginti quatuor milia bellatorum.parte 1. 211.E.
dauid tria bella principaliter,leguntur in Parali.In Regum quatuor &c. parte 2. 107.A.B.C.& D.
dauid an peccauit quando promiſit ire ad bellum cum rege Achis contra filios Iſrael &c.parte 2. 93.E.& 94.F. G.H.& 95.B.& C.
dauid in cithara ſua malignum ſpiritum compeſcuit,non quòd tanta vis eſſet in cithara,ſed in figura crucis Chriſti &c.parte 2. 80.E.
dauid a ſua iuuentute laudes Dei canebat in cithara, cuius exemplo non ad diſſolutionem, ſed ad deuotionem modi muſici inuenti ſunt. parte 3. 432.H.
dauid ego plus ſaltantem ſtupeo quàm pugnantem, pugnando hoſtem ſubdidit,ſaltando coram domino ſemetipſum vicit.parte 2.104.A.& 103.F.
dauid non habuit præcognitionem ſui caſus, quæ requiritur ad prophetiam.parte 3. 314.B.
dauid peccata ſeptem ſcripta in veteri teſtamento enumerantur &c. parte 6. 280.B.& C.
dauid propter otium & incautum aſpectum mulieris, fuit inuitatus ad adulterium, & ex conſequenti ad homicidium proditorie procuratum.parte 2. 107.H.& 108.C.
dauid facto quid ſceleſtius,quid Vria mundius, literaliter.Sed ad myſterium:quid Dauid ſanctius,quid Vria infidelius,parte 2. 108.E.
dauid quare numerando populum peccauit.parte 2. 297.E.
dauid valde grauiter legitur peccaſſe in adulterio cum Bethſabee, & homicidio Vriæ, & in numeratione populi, & tamen de iſtis obtinuit remiſſionem a Deo.parte 3. 237.H.
dauid regi quomodo peccata dimiſſa ſint, plures fuerunt reuelationes diuinę.parte 3. 128.C.
dauid an non grauiter peccauerit, quia non increpauit Amnon filium de ſtupro Thamar,quem etiam vt videtur, debuit interficere pro violenta virginis defloratione.parte 2. 110.F.& 125.G.
dauid non receſſit a ciuitate timore Abſalon,ſed timore Dei,quem ſciebat ſe prius offendiſſe:ideo ad placandum iram Dei,voluit ſe humiliare coram Deo,parte 2. 113.A.
dauid an arguendus ſit mendacij, inducendo alium ad mentiendum. Ibidem.E.
dauid non fuit tranſgreſſus iuramentum Semei: dum iniunxit filio ſuo Salomoni de morte eius.parte 3. 117.F.
dauid an fecerit contra legem, corpora ſuſpenſa dimittendo in patibulis, cum ſcriptum ſit, quòd appenſus in patibulo deponatur eadem die & ſepeliatur.parte 2.119.G.& parte 1. 355.D.
dauid inſtituit ducentos octoginta cantores ad diuinas laudes canendas coram arca domini.parte 3.140.B.Item parte 3. 110.C.
dauid in vigintiquatuor ſortes Leuiticam tribum & ſacerdotalem ordinem diſtribuit, oſtendens eccleſiam ſacerdotalem & regiam dignitatem habere plene, & legis & euangelij doctrinam perfecte ſeruare. parte 2. 209. F.G.H.& 210. A. B. Item. parte 3. 140.B.
dauid quando fecit diſtinctiones & numerationes Leuitarum,erat quadrageſimus annus regni ſui,& vltimus vitæ ſuæ.nam quando incepit regnare erat triginta annorum.parte 2. 211.D.
dauid volens ampliare cultum Dei, ordinauit de vigintiquatuor generationibus vigintiquatuor ſacerdotes,qui ſucceſſiue ſeruirent per hebdomadas in templo domini. parte 5.folio. 122. H.Item parte 4. 432.D.
dauid duplici modo obtulit donaria pro domo domini ædificanda. parte 2. 213.F.
dauid certificatus eſt de exauditione orationis propter ædificationem altaris,& propter deſcenſum ignis de cęlo ſuper holocauſtum ſuum, parte 1. 94.F.& G.
dauid in ſpiritu vidit futuras octo generationes &c. ab illis regnum ſuum ad tempus præſcindendum &c.quare pſalmos fecit intitulatos Pro octaua &c.parte 2. 193.D.
dauid pro declaratione diuinæ ſapientiæ non eſt uſus creaturis ſpiritualibus,cuiuſmodi ſunt angeli, quia non ſunt uiſibiles, ſed corporibus cæleſtibus,quæ ſunt manifeſta omnibus.parte 3. 110.F.
dauid vnde ſic infrigidatus, cum fuerit bene complexionatus, nec in tam magna ſenectute conſtitutus, parte 2. 125. A. B. D. E. & 126.G.& H.
dauid præuidit ſecundum Ra. Sa. in ſpiritu ſe habitaturum in præſenti tabernaculo Dei, & in futuro tabernaculo, qui eſt locus ſanctorum. parte 3. 170.C.
dauid ſecundum animam & carnem deſiderauit Chriſtum venturum & naſciturum de ſemine ſuo.parte 3. 172.B.
dauid quare adoleſcentulam appetijt vt calefieret,cum multo grandæuiores patres cum uxoribus uetulis non refrixerunt.parte 2. 125.A. G.& 127.A.& C.
dauid non in Bethleem (vt quidam putant) ſed in Ieruſalem eſt ſepultus certa ratione myſterij &c.parte 2. 257.F.
dauid quomodo declaratur quòd fuit ex inferno inferiori erutus. parte 3. 214 B.
dauid & Petri peccata ad hoc in ſcriptura ſunt indita, ut cautela minorum ſit ruina maiorum.parte 2. 108.E.
dauid ſpecialiter nominauit Amaſe, quia paratus erat remittere offenſam,ſicut & Chriſtus poſt reſurrectionem ſuam per angelum expreſſit Petrum ſpecialiter. parte 2. 117.C.
dauid in curia ſua habebat cantores & cantatrices,inſtrumentis & uocibus humanis.Nam talibus licitum eſt uti pro recreatione uirium animæ moderate.parte 2. 118.A.
dauid ueniens in Ieruſalem,reperit ſe eſſe fędatum in uxoribus ſuis per Abſalon: ideo recluſit eas, prouidens eis de uictu & ueſtitu duplici ratione.parte 2. 118.C.
dauid petiuit aquam, non propter concupiſcentiam aquæ, ſed quia uolebat experiri audaciam ſuorum:quam noluit bibere,ſed libauit eam domino &c.parte 2. 123.D.
dauid petijt a domino Deo tentari,ut eius innocentia fieret alijs manifeſta.parte 3. 130.G.
dauid oſtendit homines eſſe peregrinos, & quòd patria noſtra propria non eſt hic inferius,ſed in cæleſtibus,& hoc etiam intellexerunt patres antiqui,parte 2. 213.G.
dauid orando Deum allegat diuinæ exauditionis decentiam ſeptem rationibus.parte 3. 113.B.C.& D.
dauid fecit aliqua uota ſpecialia Deo, ut liberaretur a periculo,quæ deſiderabat implere.parte 3. 164.F.
dauid ex anguſtijs & doloribus uenit ad defenſionem, & præciſe uixit ſeptuaginta annis, quia triginta annorum erat cum regnare cœpiſſet,& præciſe quadraginta annis regnauit,parte 3. 126.G.
dauid fugiens Geth, & agnitus a Philiſtæis, ductus eſt ad Achis ut interficeretur, propter quod Dauid in periculo poſitus, ſimulauit ſe inſanum &c. & ideo Achis tanquam inſanientem eum eiecit. parte 3. 132.B.
dauid bis legitur fugiſſe ad ſpeluncam Odolam, ubi uenerunt ad eum


illi qui

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

illi qui erant de cognatione ſua &c.parte 3. 104.G.
dauid bis legitur notabiliter peccaſſe, primo in facto Vriæ. ſecundò in numeratione populi.parte 3. 140.G.H.& 141.F.
dauid quinque modis contra Deum deliquit, primo adulterando, ſecundo peccatum celare volendo, tertio falſum hæredem inducendo, quarto Vriam militem fideliſſimum proditorie interficiendo, quinto plures de ſeruis interimendo: & ſic pro his omnibus orauit Deum ſibi miſereri.parte 3. 157.D.
dauid ſanctus & Ezechias deuotus nominantur nominibus colubri & reguli, propter nocumenta quæ fecerunt infidelibus: ſicut Sanſon qui in catalogo ſanctorum habetur, nominatur coluber & ceraſtes. parte 4. 34.C.
dauid & Abraham in genealogia Chriſti ponuntur duo patres tâquam radices:quia ad iſtos facta eſt ſpecialiter de Chriſto promiſſio &c. & præponitur Dauid Abrahę,& quare.parte 5. 5.D.
dauid unde & a quo originem & polimitarij nomen duxiſſe dicatur. parte 1. 197.B.C.
dauid & Daniel,ſimiliter & Iob, cum prophetæ veraciter fuerunt,quare inter prophetas a beato Hieronymo in prologo galeato non enumerantur.parte 2. 61.B.

D E

de prepoſitio aliquando tenetur materialiter,aliquando terminatiue & localiter.parte 4. 289.G.H.

D E A

deambulare non eſt conſtricti ſed liberi.parte 3. 71.F.
deambulat qui viam eundo vel redeundo conculcat.parte 1. 82.B.

D E B

deber & Quereb,ſunt nomina demonum: & primo eſt eis permiſſa poteſtas magis nocendi in tenebris, ſecundo magis in meridie ſiue de clara die.parte 3. 224.C.
debilitas accipitur generaliter vel ſpecialiter, ſecundum totum vel ſecundum partem.parte 5. 50.G.
debita pecuniæ alicui repetere conceditur, ſed debita peccatorum petenti veniam nunquam iuſte negamus. parte 5. 25.E.
debita, an in anno ſeptimo remittantur tantum non potentibus ſoluere.parte 1. 26.D.Et extenſius 348.C.D.E.G.
debitum exigere ab eis qui non poſſunt reddere, ſi impium eſt: multo magis ab his quis non debent.parte 4. 95.E.
debitorum male ſoluentium excuſationes quas fingunt. parte tertia. 417.F.
debitor noſter efficitur proximus cum in nos aliquid peccat,quia peccata debita vocantur &c.parte 1. 171.A.
a debitore pignus accipimus. cum ab eo qui in nos peccauit, peccati confeſſionem tenemus, per quam relaxare peccatum poſtulamus. parte 1. 171.A.
debitores ſumus Deo in tribus,ſ.ad fidelitatem,reuerentiam,& famulatum debitum,ad quæ tria prima decalogi præcepta nos obligant. parte 1. 163.D.
debita non ſoluta debitorum hæredibus negantes,a mortuis veritatem quærere dicuntur.parte 1. 351.D.

D E C

decalogi præcepta aptantur pſalterio decachordo & quare. parte 3. 427.E
decalogum implere poſſunt quos iuuat gratia euangelij. parte 1. 275.E.
decaluari quando homo incipit,dicitur habere feneſtram vel feneſtras in capillis.parte 1. 238.D.& E.
decanus eſt qui præeſt ſuper decem homines &c.parte 1. 161.B.
decapolis,eſt nomen regionis,cuius vna pars eſt vltra Iordanem,alia citra.parte 5. 103.H.
decem præcepta legis quomodo ſint diuidenda.vtrum ſint quatuor vſque ad præceptum de ſabbato quæ ad Deum pertinent, & reliqua ſex ad hominem &c.parte 1. 163.E.& 164.C.
decem requirebantur ad minus in Sodomis, per quos vix ſaluarentur qui habitabant Pentapoli: nunc autem duo inueniuntur, Moyſes & Aaron, qui ſufficiunt, vt tota gens Iſraelitarum ſaluetur. parte 1. 191.F.
decem tribus dicuntur Ephraim,Ioſeph,Samaria &c. & quare.parte 4. 333.F.
decem tribus captiuatæ ſunt a Salmanaſar rege Aſſyriorum(alias Chaldæorum) & in montibus Medorum locatæ.Ibidem.B.
decem tribus quæ dicuntur Iſrael: vſque hodie in montibus & vrbibus Medorum ſeruiunt captiuæ, duæ autem quæ Iudas dicuntur, a Chaldæis captiuatæ, poſt ſeptuaginta annos in terram ſuam rediere. parte 4. 244.A.& 262 F.
december,qui ab Hebræis vocatur Caſleu,in medio hyemis, pluuialis & tempeſtuoſus.parte 2. 253.F.
deceptio quot & quibus modis proueniat.parte 6. 20.E.F.
decipere quemlibet, & ab alio decepi poſſe, non multam differentiam habent.parte 4. 459.B.
decimas qui ſoluit alteri, in hoc deſignat ſe imperfectum, & alterum perfectum,retinens ſibi nouem partes,dando decimam alteri, quæ ſignat perfectionem. parte 2. 268.C.
decimas eccleſia non repetit ad ſcandalum vitandum,vbi non eſt conſuetum decimas dare.parte 5. 55.F.& 22.G.
decimas animalium & terrænaſcentium miniſtri eccleſiæ habent, parte 499.G.Item parte 1. 295.A.
decimæ tres erant,vt dicunt aliqui, vna erat ad ſuſtentationem leuitarum, ſecunda erat de nouem partibus reſiduis &c.tertia fiebat tertio anno ſolum &c.parte 1. 362.F.
decima quædam fiebat in tribus annis pauperibus diſtribuenda, ne Iudæi pauperes cogerentur quærere eleemoſynas a gentilibus, & quædam oblationes a diuitibus, & quædam depoſita quæ conſeruabantur in ærario. parte 4. 464.C. Item parte 1. 347.B. & 362.F.
decimas duas faciebant Iudæi,vt dicunt aliqui quolibet anno de omnibus bonis ſuis &c.Sed hoc dictum non habetur ex ſcriptura &c.parte 2. 345.D.
decima quadruplex dabatur,cui & quare.parte 4. 284.B.& C.
decimare eſt decimam partem dare, & nouem ſibi retinere. parte 4. 427.D.
decimationem infert in horreum Dei moraliter,qui de omnibus operibus ſuis quidquid eſt ibi perfectionis, attribuit diuinæ bonitati &c. parte 4. 427.D.
decimationes omnium fructuum, & primitiua omnium pecorum quomodo iubet dominus non manducari niſi in ciuitate vbi templum erat, cum eas Leuitis dari in lege præcepit.parte 1. 344.E.G.
decimæ & primitiæ quodammodo inter res ſacras computantur, quia determinantur per legem deberi Dei miniſtris.parte 1. 273.F.
decimas ſacerdotibus deberi a quibus populus bene dicitur, comprobatur exemplo Abrahæ ante legem.parte 1. 64.A.D.
decimas & primitias atque oblationes deputauit dominus ſacerdotibus. parte 1. 273.F.
decimæ de minimis,quamuis non eſſent ſoluendæ de neceſſitate,tamen non fuit malum perſoluere illas, ſed bonum &c.parte 1. 362.F.
declinare ad dexteram quid ſit, ſimiliter quid ſit declinare ad ſiniſtram &c.parte 3. 314.A.
declinatio in grammatica ſicut eſt de caſu in caſum,ſic declinatio a iuſticia eſt ruendo de peccato in peccatum. parte 3. 113.F.
declinandum non eſt a veritate in iudicio propter maiorem partem iudicantium, nec propter maiorem autoritatem habentes. parte 1. 172.B.
declinandum eſt ſemper in dubijs caſibus inter miſericordiam & iuſtitiam, ad miſericordiæ partem, vt etiam notat Rab. Sa. parte 6. 212.G.
decor duplex eſt ſcilicet hypocritarum, & decor ſanctitatis. parte 2. 305.B.
decretum ſi pro determinatione eccleſiæ habeatur de ſuſcitatione Samuelis, tenenda eſt pars iſta determinate &c. Si autem non ſit determinatio eccleſiæ, videtur probabilior modus dicendi, quod anima Samuelis virtute diuina & eius diſpenſatione apparuerit &c. parte 2. 93.H.
decuriones dicuntur,qui ſunt de curia alicuius magni principis,vel qui ſuſcipiunt curam plebis.parte 5. 119 G.

D E D

dedicationis templi feſtum inſtitutum eſt celebrandum per Felicem Papam.parte 6. 255.H.
dedicatio bifariam poteſt accipi, vna in ſpe deſiderantium & mundantium oculos cordis,alia in vita futura &c.parte 2. 266.F.
dedicatio prima templi tempore Salomonis facta fuit in menſe Septembri. alia poſt reditum Babylonicę captiuitatis fuit in vere. parte 4. 439.D.& 449.A.
dedicatio templi Salomonis prima, ſecunda, & tertia, a quibus factæ ſunt,& in quibus temporibus.parte 5. 217.B.
dedicatio templi primi & ſecundi, vide in Encenia.
defectibilitas impiorum vt notetur,datur exemplum de ſpuma aquæ,& fumo,& heſpite vnius diei,quæ ſtatim diſſipantur,& dantur obliuioni.parte 3. 372.C.
defectus ſimpliciter ſolet accipi in malo,ſicut profectus in bono,niſi addatur in quid.parte 3. 267.F.
defectus quos & quales aſſumpſit Chriſtus in perſona propria, & quodammodo in perſona aliena.parte 5. 31.B.& C.
defectus quidam ſunt ſcientiæ & gratiæ, quidam ignorantiæ & fomitis inclinantis ad peccatum: quidam qui ſequuntur totam naturam humanam,quidam qui non ſequuntur, & iſti contingunt dupliciter &c.parte 6. 31.B.& C.
defendere nunquid non potuit Deus populum a dæmonibus, vimque eorum compeſcere, quid opus erat vt veniret ad Balaam, prohiberet dæmones, ne vel tentarent lędere populum Iſrael, parte 1. 302.G.
deformitas corporalis cauſatur vel a cauſa intrinſeca, vel ex defectu materiæ,aut eſt cauſa extrinſeca &c.parte 6. 146.H.
defraudans bona aliena non recompenſat per afflictionem ſui corporis in ieiunijs:& huiuſmodi,vel per orationem religioſorum quibus benefacit,& ponuntur exempla.parte 3. 422.H.
defraudans proximum ſuum in negatione depoſiti vel de quocunque alio per fraudem vel violentiam habito, qualiter tenetur ad reſtitutionem. parte 1. 222.F.
defunctis quæ & qualia, quibus & quando proſunt adiutoria quæ a viuis offeruntur.parte 6. 111.F.Item parte 4. 476.B.& C.
defuncti maxime amici,propter ſpem reſurrectionis moderate lugendi ſunt:de amicis enim mortuis non dolere, duri & inſenſibilis cordis videtur eſſe &c.parte 3. 8.C.

D E I

deiecti prima pœna,quòd ſit fugitiuus de loco proprio &c. ſecunda eſt priuatio ſuæ ſubſtantiæ.parte 3. 35.H.
deitas non eſt communicabilis creaturę,tamen aliqua ſimilitudo & participatio ipſius communicatur ei.parte 1. 137.D.
deitas propriè non eſt nominabilis a quacunque creatura, quia eſt incomprehenſibilis ab ea.parte 6. 90.H.
deitas Chriſti teſtificata eſt verbis & factis.parte 3. 156.C

D E L

delbora quomodo erat cum Iacob, ipſo pergente in Meſopotamiam Siriæ,quæ tamen remanſerat cum matre ipſius.parte 1. 99.C.
delbora mulier prophetiſſa vxor Lapidoth,iudicabat Iſrael &c. quæritur quid habet illa ſcriptura doctrinæ vel increpationis vel diſciplinæ &c.parte 2. 35.F.
delectat nos dominus in factura ſua, ſcilicet in decore ipſius mundialis fabricæ, & in obedientia & in diſpoſitione, & in cauſis, & in effectibus, & in operibus manuum quibus vtor vel quæ miror. parte 3. 226.A.C.
delectari in domino eſt de bonitate eius lætari, quæ ſugitur per cognitionem & amorem.parte 3. 136.H.
delectatio in opere eſt ſignum habitus generati vel acquiſiti. parte 3. 263.H.& 324.B.
delectabile eſt vnicuique quod conſonat eius habitui.parte 3. 416.C.
delectatio inducit ad fortius operandum & meditandum. parte 3. 263.G.

delectatio



delectatio quæ eſt in ſenſibus exterioribus, vſque ad cor redundat: ſic econuerſo ſenſus & motus de corde procedunt ad exteriores ſenſus. parte 3. 334.H.
delectatio proueniens ex ſapientia eſt ſuper lætitiam quæ ex vino vel muſica,& quare.parte 3. 429.B.
delectatio carnalium paſſionum fortius militat in membris noſtris quâ ſtudia virtutum:quæ ſumma cordis & corporis contritione acquiruntur.parte 1. 340.A.
delectationem carnis qui in occulto pectoris celat, facile in culpam prauæ actionis exorbitat.parte 1. 319.A.
delectatio culpæ vt nulla nos poſſit pulſare, dum adhuc carnis corruptibilis pondere grauati ſumus, ſic viuere non valemus. parte 1. 108.A.
delectatione ſiniſtra viri ſancti cum pulſari ſe ſentiunt, ipſa (per quæ formæ ſpecies ad mentem ingreditur) diſciplinæ magiſterio lumina reſtringunt,ne prauæ cogitationi viſio lenocinata famuletur. parte 2. 18.B.
delectationes corporales in alia vita ſe habituros, licet aliqui Iudæorum credant,communitas tamē eorum hoc omnino reſpuit.Eſt enim contra illud Iſaiæ:A ſeculo non audierunt. nec auribus perceperunt, quæ præparaſti expectantibus te &c.parte 1. 33. A. Vide etiam Iudæorum traditiones thalmudicas.
delectatio bonorum in terrenis licèt bonis, quare a Deo permiſcetur amaritudinibus.parte 3. 144.B.
delectatio peccati verius dicitur amaritudo.parte 6. 159.E.
delectatio præſentis vitæ dicitur panis.parte 3.62. E. Et dicitur lectulus ibidem.H.
delectabilium carnis & mundi.indebitus vſus,ſignificatur per potationem vini,quæ maxime decipit.parte 4. 352.D.
deleri de libro vitæ quomodo fieri poſſit,cum ſit idem quod diuina prędeſtinatio,quæ eſt immutabilis.parte 1. 200.B.
deleri de libro quomodo Moyſes a domino petiuit,& de quo libro &c. parte 1. 200.B.
delibatio quid ſignificat.parte 6. 25.E.& 127.E.C.& D.
deliberatione qui cohæret vel coierit cum voluntatibus prauis ad terram pronis,reus eſt mortis,de hoc figura.parte 2. 250.E.
deliberare eſt quoddam dicere.parte 3. 128.F.
delicata dicebant antiqui dijs conſecrata, quæ nunc dicimus dedicata. parte 2. 100.F.
deliciæ corporales cum non habentur, graue in ſe deſiderium accendunt, cum vero habitæ eduntur, comedentem protinus in faſtidium per ſatietatem vertunt &c. parte 3. 343.H. & 344.C. & 375.E.
deliciæ inclinant ad actum luxuriæ.parte 6. 121.D.
delictum duplici modo dicitur. parte 1. 221. E. & 224. H. & folio 225.A.
delictum & peccatum differunt.parte 6. 88. A.
delictum Deus delet, ſed inultum non deſerit: aut enim homo in ſe pœnitens punit,aut Deus hæc cum homine vindicans percutit. parte 2. 109.E.
delicta ſolent capillis capitis aliquotiens coaptari,plerumque arenę maris,& quæ differentia inter has comparationes.parte 2. 238.F.
delinquere facit populum ſacerdos, & intelligitur dupliciter. parte 1. 219.G.
delinquimus non ſolum per exceſſum,ſed etiam per voluntatis peſſimę deſiderium.parte 4. 201.F.
delinquentis animus corrigitur per triſtitiam vultus.parte 3. 334.E.
delubra vnde & quid dicuntur.parte 4. 104.E.Et quomodo ibi dormiebant ad habendum reuelationes in ſomnis. Ibidem.F.

D E M

dementare quid eſt.parte 6. 179.E.
dæmon vel dæmonium quid ſignificat &c parte 6. 194.E.Et an Hebraicum vel Græcum.Ibidem.G.H.
dæmones de cælo empyreo ceciderunt in inſtanti,& videntibus ſanctis angelis,& cum fœtore peccati proprij, & ad inflammandum homines per tentationem parati.parte 5. 152.D.
dęmonum cunctorum qui in hoc ſęculo dimicant caput eſt Beelzebub. parte 4. 394.F.
dæmones eò quòd in eis remanſerunt naturalia integra,intellectus perſpicacitate & experientia longi temporis, multa ſciunt hominibus incognita.& de talibus diuinantes,ab eis inſtruuntur. Aliquando etiam dæmones ad dicendum diuinis aliqua vera a deo coguntur &c. parte 2. 69.C.
dæmones non niſi virtute diuina poſſunt a corporibus expelli immediate:uel mediantibus ſanctis angelis,qui frequenter in talibus ſunt executores uoluntatis diuinæ.parte 2. 81.A.
In dęmones nulla res ſenſibilis aut uirtus corporalis,poteſt aliquid agere directe uel indirecte,cum ſint omnino ſpirituales ſubſtantiæ, per quod poſſint ad aliquid compelli,nec per conſequens ab obſeſſis corporibus expelli.parte 2. 81.A.
dæmones cum ſint intellectuales ſimpliciter: non poſſunt habere corpora ſibi vnita, nec vlla corporalis creatura poteſt in eis aliquam facere impreſſionem.parte 2. 80.H.& 81.A.& B.
dæmon permiſſus poteſt uirtute propria facere ignem cadere de cælo, ſicut & Antichriſtus ante diem iudicij faciet ignem de cælo deſcendere.parte 2.155.G.Item parte 6. 259.F.& G.
dæmones propriæ virtuti dimiſſi,poſſunt facere ea quæ cauſari poſſunt ex motu locali,& conſequenter ignem de cælo aereo inferius mittere,& uentum turbinis commouere, parte 3. 8.C.
dæmon dicitur principium uiarum Dei, quia inter creaturas angelicas eſt prima &c.parte 3. 78.A.
dæmones in quibus remanſerunt naturalia integra,& in quibus conueniunt cum angelis ſanctis ſunt de militia cæli, eo quòd volitant per cælum aereum.parte 4. 47.G.
dæmones ceciderunt in hunc aerem caliginoſum, quomodo & quare ibi ſunt,poſt iudicium autem detrudentur in infernum.parte 6. 225. D.& 237 H.Item parte 3.423.B.Item parte 1. 27.C.
dæmones ſi haberent corpora ſibi naturaliter vnita, ſicut dixit Apuleus, quòd ſint animalia corpore aerea, non eſſet impoſſibile quod res corporales in eis facerent impreſſionem ratione corporum, ſed aliter ſentit fides & philoſophus. parte 2.288.C.Item parte 4. 296.H.
dæmones aerea dicuntur animalia, quia corporum aereorum natura vigent, nec per mortem diſſoluuntur, quia præualet in eis elementum aptius ad faciendum quàm ad patiendum &c. parte 1. 27.C.
dęmones quidam noſtri non putant cæleſtes vel ſupercæleſtes angelos fuiſſe.parte 1. 27.C.
dæmones non ſunt æquales in virtute naturali, parte quinta. 106.G. Et ſingulæ eorum turmæ habent capita & principes ſuos. parte 4. 394.F.
dæmones ſuperbiæ faſtu elati omnem militiæ ſuæ paraturam aſcribunt propriæ uirtuti.parte 1. 332.A.
dæmones vtrum virtute melodiæ poſſint expelli de corporibus obſeſſis: Arguitur Pro & contra,cum reſponſione & ſolutionibus argumentorum.parte 2. 80.G.H.& 81.A.B.C.& D.
dæmonis poteſtas tanta eſt ꝙ nulla virtute hominis,carminibus,herbis, lapidibuſque,characteribus,& ſimilibus poteſt aſtringi,licet aliquãdo hoc fingat, vt homines talibus intentos,in erroribus detineat.parte 3.79.C.Item parte 2. 288.C.
dæmones & ſi aliquando ab obſeſſis corporibus recedunt, ad deportationem aliquorum lapidum & herbarum, & pronunciationem carminum, & huiuſmodi:non ſit virtute talium, ſed dæmones hoc fingunt uoluntarie,ut teneant homines in errore. parte 2. 282.D.
dęmones quibus eſt permiſſa poteſtas magis nocendi in tenebris &c,& nomina ipſorum ſunt Deber & Quereb, & quid de hoc tenendum ſit.parte 3. 224.B.
dæmones communius apparent magis in tenebris & in ſolitudine,quã in luce vel ſocietate, quia ſpiritus ſunt tenebrarum, & per pacta occulta & priuata,& non per ſigna publicæ iuſtitiæ faciunt quod, & faciunt quare.parte 1. 304.F.
dæmones per pacta cum diuinis inita tacite uel expreſſe, aliquando coguntur a Deo ad dicendum uera.parte 2. 69.C.
dæmones ſolent plerique gentilium colere ne officiant, & alios exorare ut proficiant.parte 4. 126.A.
dęmones multa dicunt hominibus incognita,unde & propter quid &c. parte 2. 69.C.
dæmones a Deo permiſſi poſſunt hominibus aliquas ueritates reuelare, & quomodo & qualiter.parte 1. 301.F.
dæmonibus non eſt credendum,etiam ſi uera dicant, & quare. parte 5. 92.H.Item parte 6. 113. A. Item parte 4.73. B. Item & ſi uerum eſt quod dicit, ex fine tamen mendacium iudicatur, quia dicit ut decipiat &c.parte 2. 422.C.
dæmones dum malefici per incantationem eorum aliquid efficere conantur:diſcurrunt per mundum, & ſubito ſemina eorum de quibus hoc agitur,afferunt.parte 1. 138.A.
dæmones concubitus exercentes, vulgus vocat incubos, & quomodo per eos generatio contingat.parte 1. 52.A.
dæmonum filij per eorum adminiſtrationem nati, quomodo tam proceræ naturæ erant,vt alij homines quaſi locuſtæ videbantur in comparatione eorum.parte 1. 52 A.B.
dæmonum virtute qua magi vtuntur, vtrum potuit fieri conuerſio virgarum in dracones: Arguitur contra cum reſponſione & ſolutione argumenti.parte 1. 138.C.& D.
dæmones pro voluntate ſua per linguam hominis diuerſa poſſunt formare verba, & ſic arrepticij aliquando loquuntur idioma ignotum, ſicut,purus laicus latinum: quod eſt manifeſtum ſignum dæmoniaci. parte 5. 35.A.
dæmones poſſunt commouere humores interiorum ſenſuum & exteriorum,& ſic poſſunt ad organa ſenſuum aliquas formas reducere,ac ſi venirent ab extra,non ſolum in dormientibus, ſed etiam in vigilantibus &c.parte 1. 138.D.
dæmonum operatio quædam eſt in miniſterio præſentiæ: quæ artibus quibuſdam ab his qui ſe dæmonibus mancipauerunt, colligitur, & nunc per ſortes, & nunc ex contemplatione fibrarum, & huiuſmodi præſtigijs compræhendi uidetur & intelligi. parte 1. 306.D.
dæmones (quorum virtute vtuntur magi) non habent poteſtatem ſuper aliquod corpus,quod eſt minus grano hordei ſeu lenticulæ: vt dicunt aliqui Hebræi, ſed apparet irrationabiliter dictum.parte 1. 140. D.Et lucidius 141.B.C.F.& G.
dæmonis operationem poſſunt impedire res ſenſibiles, quia poſſunt aliquam diſpoſitionem facere in corpore humano propter quam eſt minus diſpoſitum ad patiendum a dæmone. parte 2. 288.B.
dæmon antequam caderet per peccatum, licet eſſet ſuperior homine, deprauatus tamen per peccatum factus eſt inferior, & cecidit quodammodo in beſtialem mõſtruoſitatem, vnde & in animalibus monſtruoſis ſolet apparere &c.parte 3. 77.F.
dæmones ut frequentius apparent hominibus in forma brutorum, ſicut Euæ in ſpecie ſerpentis, & ſignantur per Amalechitas &c. parte 2. 96.C.
dæmones permittit aliquando dare reſponſa Deus idololatris, quia ex malitia ſua demerentur,quod ſic in erroribus nutriantur:& talia reſponſa aliquando ſint vera.parte 2. 53.B.
dæmones gaudent ſanguine.parte 1. 241.E.
dæmones ſemper ſitiunt ſecum trahere plures.parte 3. 335.C.
dæmones quoſdam eſſe malos conſtat, qui inuocati a magis, aſſunt eis ad malum non ad bonum.parte 1. 302.E.
dæmones ad maledicendum inuitantur, non ad benedicendum. parte 1. 302.B.
dæmonia proiecta de ſuperioribus in hoc mundo, prauis ſuperborum operibus delectantur.parte 3. 78.B.
dæmones de cælo abiecti ſunt per ſuperbiam, ideo oportet illuc homines venire per humilitatem, ſcilicet per viam contrariam. parte 5. 55.G.
dæmon in peccato luxuriæ maxime delectatur,quare & quomodo. parte 3. 77.H.

dæmones

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

dæmones cum omni peccato gaudeant, præcipue tamen fornicatione & idololatria,& quare.parte 1. 246.B.
dæmones circumeuntes quærunt quomodo vnumquemque myſterijs ſuis conſecrent.parte 1. 311.C,
dæmones vnumquemque pertentant,illis affectibus animæ laqueos tradentes,quibus nos ſenſerint ægrotare,parte 1. 319.A.
dæmones diuerſi tentant de vitijs diuerſis,& ſic diuerſimode nominantur ab effectu,parte 3.224.D.Item parte 5. 55.B.
dæmones ſinguli ſi per ſingula genera peccatorum aſcribantur,quid mirum,cum ſcriptum ſit in vno homine integram fuiſſe legionem.parte 2. 13.G,
dæmones tentant ex inuidia homines, licèt non ignorent eorum pœnam in futuro creſcere ex hominum damnatione.parte 1. 41.F,
dæmones propter odium quod habent aduerſus nos, dum non poſſunt nocere nobis in perſona,cupiunt nocere in ſubſtantia, parte 5. 32.D.
dæmones nos tentant de tribus,parte 2. 76.H,
dęmones ante aduentum Chriſti,quieti & ſecuri animas poſſidentes regnabant,ſed vbi gratia & miſericordia apparuit,& docuit vt libertatem & imaginem ſuam anima quæque ſuſcipiat, antiqui poſſeſſores ad pugnam prouocantur.parte 4. 17.E.
dæmones quantis putas agi tormentis, ſi quem videant vendere omnia ſua & dare pauperibus, & tollere crucem ſuam, & ſequi Chriſtum, parte 1. 322.D,
dæmon vritur lachrymis pœnitentiæ fornicatoris, cum ad pudicitiam conuertitur,vel de ſuperbia ad humilitatem, de luxuria ad parſimoniam.Ibidem.
dæmones videntes ſe ſanctos homines impedire non poſſe per apertas tentationes; per malitias occultas ſub ſpecie boni quærunt impedimentum,& de hoc figura & exemplum.parte 2. 260.H,
dæmones ſicut ſe ingerunt peccatoribus,ut faciant eos ruere de peccato in peccatum,ſic refugiunt quando vident pęccatorem a Deo exauditum & liberatum.parte 3. 94.G,
dæmonum malitia qua ceſſant aliquando a tentatione hominum eſt,vt homines decipiant.parte 4. 161.D.& 378.H,
contra dæmones viriliter pugnare non poteſt qui mundi dulcedinem neſcit declinare,parte 2. 78.A,
dæmones & homines mali nituntur impedire bonos in proceſſu virtutis,ſed cum Dei adiutorio a bonis ſuperantur: & de hoc figura. parte 2.
dæmones lites ſuſcitant & contentiones,& tela nequitiæ parant contra fideles,& ſignificantur per Emim.parte 1. 332. A,
dæmones qui affligunt fideles, ſuis eos tentationibus impugnantes, ſignificantur per Aegyptios.parte 1. 362.D,
dæmones feſtinantes ad deſtruendum bonorum operum initia, ut ſic ſequens fructus impediatur,ſignificantur per locuſtas ſaltantes, ad corrodendum viridia.parte 2. 144.D.
dæmones qui fideles Chriſti ſemper deſiderant mergere in cœnum vitiorum,ſignificantur per principes qui Ieremiam miſerunt in lacum, parte 4. 161.E,
dæmon qui eſt caput omnium malorum:ſignificatur per verticem.parte 1. 375 D,
dæmon ſub ſimilitudine ceti, qui eſt animal maximum & marinum, oſtenditur omnibus creaturis terribilis,parte 3. 78.H.
dæmones ſignificantur per ſcribas & phariſęos, & quare, parte 5. 210.H.
dæmones ſignificantur per Sabæos. parte 3. 7. H. Et etiam per Chaldæos.Ibidem.
dæmonibus congruit interpretatio Aſſyriorum id eſt ſublimium, & Philiſtijm id eſt cadentium,& quare, parte 4. 25. H. Item parte 2. 76.D.
dæmones volucres cæli dicuntur,& quare.parte 5. 97.E.Item parte 6. 167.B.Item parte 4.352.H.Item parte 2. 119.H.
dęmones per Philiſtæos figurantur, qui ante aduentum veri Dauid ſuperari non potuerunt &c.parte 2. 83.A.& 96.H.
dæmon per Saul ſignificatur, & quare, parte 3. 91.D.& 92.B.& 119.D.
dæmon dicitur ſpiritus domini,& quare. parte 2. 80.F.
dæmones ſignificantur per Aethiopes, & quare. parte 4. 252.H.& 394 A.
dæmon ſignificatur per vulpem.parte 1. 294.G.
dæmonis doloſitas qua quærit bonum prælatum uel doctorem gladio peccati mortalis occidere:& ſic eum infamare &c.ſignificatur per triphonem &c parte 4. 453.H.
dæmonis perſuaſionibus vir ſapiens & bonus non acquieſcit,ſed magis repellit.parte 4. 433.D.
dæmones, an ex prophetis, qui tempus, locum & modum veniendi ipſius Chriſti determinauerant, ſciebant ipſum eſſe Chriſtum. parte 5. 92.B.& C,
dæmones ſi Chriſtum Deum eſſe cognouiſſent,an Iudæos ad eum crucifigendum induxiſſent.parte 5. 93.D.G.& 138.C,
dæmones credebant aliquando Ieſum eſſe filium Dei, & ruſum non credebant,& quare parte 5. 32.B.
dæmones in terris dominum cernentes,ſe continuo eſſe iudicandos credebant. parte 5. 92.A.
dæmones magis ſuſpicati quam noſſe Ieſum eſſe filium Dei credendi ſunt,parte 5. 32.B.
dæmon qui Ieſum tentauit, acutioris ingenij fuit quam cæteri, nec tamen eum Dei filium eſſe potuit compræhendere, parte 5. 22.C. & 32.Ç.
dæmon quare lunaticos magis vexat in nouis lunationibus quam reliquis temporibus parte 5. 54.C.
dæmones quare permiſit Chriſtus in porcos intrare & præcipitare eos in mare,parte 5. 32.D.
dæmones multo minus poſſunt nocere hominibus qui nec pecoribus. Et quibus nocere poſſint. parte 5. 32. B. Item. parte 4. 73.B.
dæmones de obſeſſis corporibus ſolent exire, non ſolum cum afflictione corporis ſed etiam cum mutilatione alicuius membri. parte 5. 92 C.D.& 138.D.
dæmon ſi alicuius corpus perturbet & ſopiat mentem,adhibeantur multæ orationes,multæ exorciſtarum inuocationes: & ſi penitus expelli non poterit,tributarius tamen fiet &c.parte 2. A.B,
dæmones per deuotam orationem debellantur.parte 2. 295.G,
dæmones & ſi portent ſecum ignem ſuum: tamen reputant ſe torqueri & affligi, quando eijciuntur, ne obſeſſis noceant, & quare. parte 1, 32.D,
dæmones propter multitudinem dicuntur gentes vniuerſæ. parte 1, 246.A.
dæmones aliquando in monumentis habitant, & quare. parte 5. 31.C.
dæmonum hoſpicium fit quicunque in hoc ſeculo propter honores & diuitias laborat, quas poſtquam conſequutus eſt tradit ſe luxuriæ & voluptatibus.parte 4. 394.A.
dæmones tanto præcipites deſcendent, quanto nos ardentius aſcendimus; conuerſatio ergo noſtra ſemper in cœlis ſit &cæt. parte 1. 289.F.
dæmones inter nos habitant vſque ad iudicium, & quare. parte 5. 32.D.
dæmones, quia ſciunt quod tempus eorum hoc præſens ſeculum continet,ideo diabolum dominus non remouit a principatu huius ſeculi,& non vult ante tempus a propoſiti ſui intentione violenter abſtrahere.parte 1. 302.G,
dæmones ſunt exequutores diuinæ iuſtitiæ in inferno.parte 4. 300.H.
dæmonum pœna augetur per damnationem hominum malorum, ſicut per ſalutem hominum augetur gloria ſanctorum angelorum, & tamen ad peccatum homines incitare non ceſſant &c. parte prima. 42.E.
dæmones quod prius blandiendo carnalibus perſuaſerunt vt ſeducerent, furioſe a peccatoribus expetunt vt crucient.parte 1. 370.F.
dæmon.Vide etiam in diabolus.
dæmoniaci vel mente capti non ſentiunt ſi vulnerantur,quia carent naturalibus ſenſibus,parte 1. 238.E.
dæmoniaci poſſunt multa agere & pati quæ non poſſunt alij. parte 5. 39.G.& 147.D.
dæmoniacj & furioſi poſt curationem non promouentur in eccleſia Dei.Et vnde hoc accipitur.parte 5. 98.H.& 147.H.
demoſthenes orator clariſſimus Eſchinem oratorem eloquentia ſuperat,& ab eo beſtia appellatur,& quare.parte 1. 12.H.& 21.B.

D E N

denarius numerus eſt primus limes numerorum, & ſequentes numeri componuntur ex denario pluries ſumpto &c. Ideo denarius bene ſignificat vniuerſitatem.parte 5. 76.F.G.Item parte 6. 244.A C. Item parte 4.349.H.& 383.F.& 415.B.Item parte 2. 268.C.
denarius dicitur eo quòd valebat decem nummos vſuales.parte 6.249.F. Et continere in ſe regis nomen & imaginem conſueuit parte 2. 136.A. Item parte 5. 283.C.
In denario numero terminantur verba legis.Denarius enim ex octonario conſtat & binario, vel ex ſeptenario & ternario vel ex ſenario & quaternario:Et horum ſingulorum myſterium.parte 1. 342.F.
denarius æternæ vitę quatuor partibus fundatur.parte 5. 96.E.
denarius ſuperna præmia deſignat, vbi humana natura in vtraque ſubſtantia ſua immortaliter ſubleuata,in diuinæ viſionis præſentia lætatur.parte 1. 187.A.
denarius notat multitudinem adhærentium apoſtolis ad ſequendum Chriſtum &c.parte 4. 425.B.
denominatio tribus, fit ex parte patris & non matris. parte prima. 174.G.
dentes pro verbis accipiuntur.parte 1. 258.B.& 353.A.
dentes cibum ad interiora traijciunt.parte 1. 377.C.& D.
dentium diuerſum eſt officium, & illius moralitas. parte quarta. 183.G.

D E O

deordinatio non potuit eſſe in uiribus inferioribus niſi prius eſſet in ratione.ideo ſerpens non tentauit primo de comeſtione, ſed de reſtrictione præcepti.parte 1. 40. D.
deordinatio partis iraſcibilis primo & maxime apparet in homicidio, ſecundo in quibuſdam alijs quæ procedunt ex rancore & odio. parte 1. 352.C.

D E P

depoſitum accepimus a Deo animam noſtram & corpus.& quod eſt depoſitum maius, animæ tuę imaginem & ſimilitudinem ſuam commendauit, hoc tam integre reſtituendum eſt quàm a te conſtat eſſe ſuſceptum.parte 1. 222.H.
deprecatio ſiue exhortatio iuſtorum potens eſt apud Deum, quia relaxat, vel ſaltem temperat pœnam comminatam. parte tertia. 402.F,
depreſſorum modus eſt incedere inclinato capite, & quando liberantur caput eleuare.parte 1. 261.C.
deputati diuino cultui & ſtudio debent prouideri de uictu & veſtitu ab his qui habent curam gerere ciuitatis,ſiue communitatis. parte 1. 214.H.Vide in ſeruientes communitati.

D E R

deriſio humana illum facit Deo proximum, quem ab humanis prauitatibus vitæ innocentia ſeruat alienum.parte 3. 29.F.H.
deriſor ille etiam dicitur, qui contemnit uidere dicta antiquorum, & credit inuenire ſapientiam per ingenium ſuum, parte 3. 322.G,
deriſor ſapientiam quam quærit non inuenit, quia & ſi aperte contra illius ſtultitiam diſputando incedes, neſcit intelligere quæ dicis.Ibidem.E,
deriſus quid eſt parte 3. 148.A.

D E S

deſcenſus pluuiæ & modus impetrationis per Heliam propheram eſt diligenter notandus.parte 2. 156.D.& E.
deſcenſus ignis ſuper ſacrificia & illa conſumens,fuit a Deo: quod fuit ſignum acceptationis diuinæ,ſicut de ſacrificio Abel; & de ſacrificio Heliæ in monte Carmeli.parte 1, 203.H.
deſcriptio
deſcriptio qua deſcribebatur vniuerſus orbis,primum incepta eſt in Iudæa,quæ eſt in medio terræ habitabilis.parte 5. 69.C.& 129.D.
deſcriptio facta tempore Auguſti Ceſaris non fuit ſolum ſecundum numerum perſonarum ſed etiam genealogiarum, ut ſciretur numerus determinatus nobilium & ignobilium. In qua profitebantur dupliciter ſe eſſe ſubiectos Romano imperio, ſcilicet ſcripto & facto &c. parte 5. 129.D.
deſiderare ſolent homines quatuor. Primo, proſperitatem domus ſuæ. Secundo inimicorum ſuorum depreſſionem. Tertio, famæ celebritatem. Quarto dominij & honoris ſublimitaté.parte 1. 364.C.D.& horum contraria refugiunt.Ibidem.G.H.365.C,D.
deſiderare ſolent homines proſperitatem domus ſuæ: quæ conſiſtit in fœcunditate prolis & abundantia temporalium bonorum. parte 1. 364.C.
deſiderare ſcientiam & actum docendi non eſt malum, imo meritorium: ſed deſiderare nomen tantum, hoc eſt malum & ſingulare peccatum. Sed ſi deſideret nomen autoritatis magiſterij ad hoc quòd ſcientia iam habita quis poſſit melius uti, non eſt malum &c. parte 5. 71.B.
deſiderium proprie loquendo eſt rei non habitæ, ſicut delectatio eſt rei præſentis.parte 4. 49.D.F.
deſiderium oratio eſt, nec vnquam deſinit orare, qui non deſinit amare:charitas clamor eſt.parte 5. 139.B.
deſiderium bonum eſt oratio,& ſi continuum eſt deſiderium, continua eſt oratio.parte 6. 213.A.
deſiderium & concupiſcentia quomodo differunt.parte 3. 264.A.
deſiderium omne pœna eſt,dum differtur.parte 3. 25.C.
deſiderio hominis eſt tardum,quod citius eſt Deo.parte 3. 145.E.
deſiderantis mos eſt frequenter repetere quæ tantis precibus orat. parte 3. 204.E.
deſiderio nimio tempus longum videtur,& ſi breue.parte 3. 276.A.
deſideriorum finis inter ea quæ honeſte deſiderantur ſunt, vita, ſalus, gloria,pax.parte 6. 58.F.
Sicut deſiderium eſt boni non habiti, ita delectatio eſt boni adepti.parte 3. 322.C.
In deſiderijs eſt omnis ocioſus.parte 3. 332.E.
deſideria terrena prurientia & punctiones vitiorum pullulant in corde negligentium.Ibidem.
deſideria ſpiritualia dum ardent, frigeſcunt carnalia.parte 3. 267.G.
deſiderium perſpiciendæ veritatis non eſt improbandum, ſed ad ordinem reuocandum,vt a fide incipiat,& bonis operibus nitatur peruenire quo tendit.parte 1. 91.F.
deſiderium cæleſtis vitę ſignificat baſis, cuius tanta eſt cauſa, vt perfecti viri ſe quotidianis diluant lachrymis, & gaudium internæ quietis, quod viuendo non ualent, ſuſpirando deguſtant. parte 1. 196.E.
deſiderium quo angeli deſiderant proſpicere, non importat expectationem non habiti.ſed continuationem habiti, parte 6. 217.H.
deſiderium fruitionis diuinæ in præſenti habet aliquid afflictionis ratione dilationis, & habet aliquid delectationis propter ſpem conſequendi optatum.parte 4. 50.A.& B.
deſiderium Iacob pro ſepultura, ut ſepeliretur in terram promiſſionis cum Abrahá Iſaac unde fuit &c.Forte uidit in ſpiritu quòd Chriſto reſurgente, reſurgerent multi ſancti, iam defuncti ſperabat cum ipſis reſurgere.parte 1. 115.B.
deſperatio eſt qua quis penitus diffidit de Dei bonitate.parte 6. 7.A.
deſperatio unde oritur,& eſt blaſphemia in ſpiritumſanctum. parte 1, 45.F.
deſperatione nihil execrabilius,parte 3. 332.A.
deſperantes propter magnitudinem peccati, iam ex damnatione peccati tales habere credendum eſt, quia huiuſmodi affectiones mentis habent,ut ſe non humilient ad petendam ueniam.parte 5. 23.B.
deſperandum non eſt in aduerſis, ſed ſemper de Dei auxilio confidendum. parte 1. 299.A.D.& 324.B.
deſperans nubibus comparatur,& quare.parte 3. 21.E.
deſperare iuſte eſt præſentis uitæ bona æternitatis, electionis deſerere. parte 3. 22.D.
deſperatio Cain & eius fuga,& quomodo dupliciter gloſſatur & intelligitur.parte 1. 45.H.
deſpicere conſueuit bonos qui arbitratur ſe deſpici, & ex ſuſpitione contemptus ad indignationem proſilit & contumelias ingerit. parte 3. 39.A.
deſpiciendus non eſt qui non ſimpliciter amat, & ſi quid inepte agat, parte 3. 319.F.
deſtructio Chaldæorum per Medos & Perſas fuit dictata per digitos ſcribentis in pariete. Et quid per hoc figuratur. parte 4. 306.G. H.& 307.B.
deſtructio Hieruſalem per Titum & Veſpaſianum poſt reſurrectionem anno.xlij.ponitur in.ix.capitulo.Danielis.parte 5. 193.H.

D E T

detectio criminis indebita fit duodecim modis. Et enumerantur. parte 1. 246.C.
deterioribus diſplicent ſæpe facta uel dicta meliorum, quia intelligi non ualent, ſed eo ab eis non temere reprehendenda ſunt, quo apprehendi ueraciter non poſſunt. Sępe aliquid a maioribus diſpenſatoriè agitur: quod a minoribus error putatur. Sępe multa a fortibus dicuntur, quæ infirmi dijudicant, quia ignorant. parte 3. 103.B.
determinatio uitę humanę poſt diluuium non ponitur cũ dicitur.Eruntque dies illius.cxx.annorum, quia multi diutius ſatis uixerunt poſt diluuium &c.parte 1. 50.F.
detractio quid eſt.parte 6. 218.E.
detractor & ſuſurro quomodo differunt.parte 6. 6.C.
detractio quando eſt peccatum.parte 1. 103.C.D.
detractio aliquando diffamato utilis eſt, detractoribus uero ſemper damnabilis & periculoſa.parte 1. 285.A.
detractionis uitio periclitatur totum pene genus humanum. parte 3. 332.B.
detractio eſt uitanda,& quare.parte 6. 6.C
detractio prohibetur in qua comeditur ſanguis animarum. parte 2. 244.H.
detractionis modi duodecim &c. Et enumerantur. parte 4. 309. H.& 311.C.D.Item parte 1. 246.D.
detractorum triplex malignitas, quia aut benedictis oblatrant, aut autoris peruerſam intentionem affirmant, aut ueteres modernis magis ingenioſos æſtimant & præponendos iudicant. parte 1, 10.B,
detractorum tres conditiones ſunt.Sunt enim ueneno ſi in corde,doloſi in ore,& pernicioſi in opere.parte 2. 2.E.
detractores uix poſſunt cognoſci, eo quòd in præſentia ungunt, & in abſentia grauiter pungunt, Et ſignificantur per cyniphes. parte 1, 139.H,
detractor aliquando incipit a commendatione perſonę, cui uult detrahere, ut per eam inclinet corda audientium ad credendum,quòd in dicendo mala de illa perſona non moueatur odio &c. parte 1, 287.B.
detractor omnis eradicatur, & deſpectum inopemque a cunctis bonis operibus mors illum inueniet,quem hic alienæ uitæ exquirendo crimina detractionis ſuæ languor occupauit.parte 3. 331.B.
detractores peſſimi apud magnos accuſantes nequiter innocentes,& eorum pœnam confuſibilem impetrantes ſignificantur per accuſantes inique regi Ieremiam.parte 4. 161.H.
detractores porcis quos dęmones intrauerant comparantur,qui tanquã porci paſcuntur immunditijs aliorum,& grunniunt contra vitam bonorum.parte 5. 147.H,
detractores ſignantur per Paleſtinos,qui interpretantur ore contundentes & ore contuſi,qui ore ſuo maledicto contundunt famã bonorum parte 4. 168.D.in fi.
detractores & adulatores quantum ſint periculoſi principibus, habetur exemplum in Dauid,qui tam ſanctus & iuſtus verbis adulatoris ſeductus fuit &c.parte 2. 117.H.
detractorum plaga ſignificatur per plagam locuſtarum, qui rodere ſtudent vitam & famam bonorum.parte 4. 366.H.in fi.
detractores ſe inuicem comedentes ſignificantur per locuſtas,quia alienos fructus inuide comedunt.parte 3. 200.B.
detractores canibus comparantur,qui contra quemlibet ignotum quantumcunque bonum oblatrant.parte 1. 20.B.
detractor ſcorpioni aſſimilatur.parte 1. 2.F.
detrahens & obtrectans, ſi eſt in eo gratia ſancti ſpiritus recedit ab eo poſt obtrectationem.parte 2. 285.E.
detrahentem ſi hilari vultu audieris, tu illis das fomitem detrahendi. parte 3. 333.E.
detrahentium linguæ quomodo compeſcendæ ſunt. parte 6. 237.A.
detrahere ſuperiori eſt caput radere ſecundum moralem ſenſum &c. parte 1. 251.H.
detrimentum in rebus exterioribus ad ſalutem corporalis vitæ ſicut rationabiliter ordinatur &c.ita rationabiliter ordinatur detrimentum vitæ corporalis ad ſalutem animæ & gloriam Dei, & detrimentum boni particularis ad bonum commune &c.parte 1. 360.B.

D E V

deuotio quid eſt.parte 3. 274.D.
deuotio potiſſime conſiſtit in oratione.parte 5. 170.C.
deuotio vt ſit perfecta requiritur in vtraque vita.parte 3. 274.G.
deuotionis ſigna exteriora in actiua vita & contemplatiua. Ibidem. D.
deuotionis ſigna intrinſeca & per modum cauſæ & per modum effectus.Ibidem.F.
deuotionis ſanctæ regula.parte 3. 193.A.
deuotionem concernentia, ſiue ad eam pertinentia: quædam conſiſtunt in actibus exterioribus, & pertinent ad deuotionem diſpoſitiue quædam etiam ad intenſionem affectus,parte 3. 274.G.& H.
deuotionis piæ actus vel greſſus, ordines ſunt lapidum politorum,quibus in corde noſtro dilectam Deo habitationem conſtruimus. parte 2. 244.C.
deuotus homo aliquando non ſolum præualet diabolo in monte contemplationis,ſed etiam in campo actionis.parte 4. 450.D.
deuotior tanto,vt dignum eſt,ſit in diuinis officijs,quanto quis prælatus eſt cæteris.parte 2. 159.B.
deuotionis tantæ (ni fallor) omnis populus Iſraeliticus cum ſacerdotibus & leuitis, magiſtris.i.ſuis,ex quo egreſſi de Aegypto nuſquam reperiuntur fuiſſe in celebratione Paſchę, quam poſt tranſmigrationem de quo ſcribit Eſdras.parte 2. 249.A.
deitas an & quomodo ſit nominabilis a creatura,licet ſit incomprehenſibilis.parte 6. 89.H.
deitatis non eſſemus participes, niſi eſſet ipſe noſtræ mortalitatis. parte 3. 266.C.
deus vel dominus diuerſis literis Hebræorum ſcribitur. Quando enim ſub ſigno tetragrammaton ſcribitur,nulla dubitatio eſt,quin de Deo vero dicatur,quando vero communibus literis, incertum eſt, an de Deo vero,an de quolibet aliorum dicatur.parte 1. 303.B.C.D.
deus eſt nomen incommunicabile ſecundum rem,eſt tamen communicabile per ſimilitudinem. parte 3. 381.G.
dei nomen Vide in Ego ſum,& in Tetragrammaton.
deum diabolus nominauit primus in Geneſi.parte 5. 138.A.
deum eſſe annum & quomodo, & a quibus ſit creditum.parte 6. 155. C.& 158.G.
deum eſſe, cum ſit per ſe notum, & eius notitia inſerta eſt naturaliter menti humanæ,quomodo dicere potuit Pharao. Neſcio dominum. parte 1. 134.D. & 135.D.
deum exprimere perfecto ſermone non poſſumus, humanitatis noſtræ modo quaſi infantiæ imbecillitate præpediti,eum aliquatenus balbutiendo reſonamus,parte 1. 162.F.
de Deo intelligimus quæ loqui penitus non valemus, & multa recte loquimur quæ intelligere, non ſumus idonei.parte 6. 133.F.
deus in præſenti nominatur a nobis pluribus nominibus,quia nominamus eum ſicut cognoſcimus: In cognitionem Dei deuenimus ex perfectionibus creaturarum quæ ſunt plures & diſtinctæ, ſed in patria Deus uidetur per ſeipſum, & ſic nominatur vno ſimplici nomine,parte 4. 421.G.



VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

deus vnus eſt in eſsentia, trinus in perſonis, quomodo hoc a Moyſe exprimatur.parte 1. 19.G.H.

deus dicitur tribus modis, natura, adoptione, & falſo.parte 5. 217.E.F. Item parte 6.45.A.Item parte 3. 155.E.

deus aliquando nuncupatiue dicitur, aliquando eſſentialiter. Et quādo. parte 1. 137.C.

deus ſolus qui exordium non habet, veræ eſſentiæ nomen tenet. parte 1. 117.A.

deus eſt principium ſimpliciter primum & intellectualis naturæ. parte 5. 185.H.

deus ſiue dominus dicitur viuere, quia eſt vita per eſſentiam, & omnia viuunt in eo. parte 2. 121. G. Item parte 3. 136.A.Item parte 4. 330.D.

deus lux eſt quam non capit locus, vox quam non capit tempus, odor quem non ſpargit flatus, cibus, quem non minuit edacitas, amplexus quem non diuellit ſatietas.parte 6. 229.A.

deus ſolus eſt lux per eſſentiam, & quare.parte 5. 210.H.& 211.H.

deus eſt intellectualis natura, vt ab omnibus ſanctis & prophetis tanquam manifeſtum ſupponitur, & ideo in ipſo ponitur verbum, non tamen ad ſimilitudinem verbi large dicti.parte 5. 185.H.

deus eſt charitas, non quod ſit charitas mouens immediate voluntatem humanam ad actum diligendi ſine habitu medio, ſed Deus mouet ipſam voluntatem ad actum diligendi meritorium per habitum charitatis infuſum &c.parte 6. 233.C.D.& 234.C.

deus per ſuam eſſentiam omnia perfecte repræſentantem cognoſcit res & non per formam extraneam a rebus acceptam. parte 3. 363.H.

deus ſeipſo finitur, & quietatur in ſeipſo, quòd eſt proprium eius.parte 5. 40.F.

deus circumſpicit omnia & ubique parte 3. 401.C.

deus ubique totus, & ſemper eſt, dicitur tamen ſedem habere in cælo, & quare.parte 2. 102.B. E.& 106.A.

deus eſt vbique per eſſentiam & præſentiam, eſt tamen in cælo ſpeciali modo ſcilicet per apertam viſionem.parte 3. 239.G.

deus in parte non eſt: quia vbique eſt, & minus inuenitur ſi in parte quęritur.parte 3. 47.F.

deus eſt præſens vbique tripliciter, ſicut aliquid dicitur eſſe alicubi tripliciter. Vno modo per potentiam, ſicut rex eſt in toto regno. Alio modo per præſentiam, ſicut rex eſt in aula ſua. Tertio modo per eſſentiam, ſicut rex eſt in ſuo loco determinato. Sic Deus præſens eſt vbique hoc triplici modo &c. parte 5. 187.D. Item parte 6. 228.G.

deus eſt ubique per diuinitatis præſentiam, ſed non vbique per inhabitationis gratiam.parte 6. 38.B.& 67.A.& 364.A.

deus an & quomodo a nobis videatur in hac uita.parte 6. 233.B.

deus inuiſibilis eſt ab omnibus in natura, videtur autem cum vult, & ſicut vult, non ſicut eſt, ſed quali ſpecie vult apparere. In futuro vero videbunt eum filij ſicut eſt.parte 6. 117.E.

dei ſubſtantiam nec hominum, nec angelorum, ſicut eſt, quiſquā videre potuit.parte 1. 202.E.

deum conſpici in claritate ſua in regione beatitudinis dixerunt quidam, ſed in natura non videri, ſed non eſt aliud claritas, aliud natura. parte 1. 203.B.

deus quandiu hic mortaliter viuitur, uideri per quaſdam imagines poteſt, ſed per ipſam natura naturæ ſuæ ſpeciem non poteſt. parte 1. 203.B.& 204.G.

dei omnes uiſiones quæ mortalium præbebantur aſpectibus. ſic exhibebantur, ut non in eis ullo ſenſu corporis ſentiretur diuina natura. parte 1. 202.E.

deum apparuiſſe hominibus: ſiue uiſibiliter carnalibus oculis, ſiue inuiſibiliter propheticis uiſionibus: per ſubiectam creaturam intelligendum eſt.parte 5. 188.E.Item parte 1. 175.A.

deum nullus digne conſiſtere uel uidere poteſt, niſi cuncta terrena & mortalia uitia deponat parte 1. 127.E.

deum uident quidam, uel ad quoſdam deſcendit in nube: ad alios autem deſcendit in caliginoſa nube, & quam differentiam illa habeant parte 1. 163.A.

deum nemo uidet, niſi prius Deo appareat, ſol enim ſua luce facit nos uidere, ita & Deus.parte 3. 172.A.

deum cum nemo uidit unquam, quomodo dicit Iacob: Vidi dominum facie ad faciem.parte 1. 96.E.

deum & ſi per fidem nouimus, qualiter tamen ſit eius æternitas ſine pręterito vel futuro non uidemus.parte 3. 48.C.

deum (ſi non creditis uerbis) ex creaturarum magnitudine creatorem intelligere, credite oculis ueſtris, & elementorum omnium ſeruitute omnipotentiam domini cogitate. parte 4. 71.B.

deus licet non poſſit cognoſci a priori, eſt tamen cognoſcibilis a poſteriori, ſcilicet ab effectibus.parte 3. 380.C.

deus licet per creaturas non poſſit cognoſci quantum ad diſtinctionem perſonarum diuinarum, poteſt tamen per eas cognoſci quantum ad eſſentialia attributa.ſ.potentiam, ſapientiam, & huiuſmodi: in quibus improportionabiliter tranſcendit omnem naturam creaturarum mundi.parte 3. 380.D.

deum quo intenſius agnoſcere quæris, eo intenſius eum incomprehenſibilem eſſe intelligis, & non eſt tua culpa ſi eum non cognoſcis, ſed eſt infirmitas humanæ conditionis.parte 3. 364.C.

deus licet ſit immutabilis: tamen mutabilia operatur, ex quibus uarie nominatur. dicitur enim pius, quando dat proſpera: durus quando infert aduerſa, ſecundum communem modum loquendi hominum.parte 3. 57.F.& G.

deus non mouetur ab aliquo alio ad aliquid uolendum de nouo. parte 3.8.H.Item parte 1. 202.D.

dei notitia ex mundi fabrica percipitur.parte 3. 380.B.

deus nihil quaſi repentino conſilio facit, ſed quod ab æterno præſciuit, ſed mutare dicitur quod ſecundum rerum cauſas ſequi uideretur, alijs cauſis econtra interuenientibus: ſed & cauſas & quid fieret immutabiliter præuidit.parte 3. 246.A.

deus oſtenditur in his, quæ creauit indeſinenter operari. parte 6. 195.B.

deum eſſe initium omnis temporis & rerum omnium contra Platonis & Ariſtotelis ſententiam oſtenditur.parte 1. 21.G.& H.

deus fecit mundum & omnia quæ in eo ſunt.hanc propoſitionem concedebant communiter philoſophi: vt vocantes Deum primam cauſam omnium.parte 6. 195.C.

deus antequam faceret cęlum & terram, antequam faceret ſanctos, vbi habitabat.parte 6. 38.A.

deus qua ratione cuncta ſimul condidiſſe dicitur, cum a Moyſe ex dierum mutatione cuncta diſtincte creaſſe legatur. parte 1. 22.H.

deus operatur quatuor modis.Ibidem.A.

deus creauit omnia id eſt de nihilo produxit, quod eſt proprium ipſius Dei, cœlum id eſt corpora cæleſtia omnia in ſuis formis ſubſtantialibus diſtincta, licèt adhuc in aliquibus proprietatibus accidentalibus eſſent informia: & terram in ſua forma ſubſtantiali diſtinctam. parte 1. 23.H.

deus creauit omnia ſimul; intelligitur dupliciter.parte 3. 404.E.

deum dicere vel dixiſſe: Fiat lux &c. qualiter & quomodo & per quid intelligendum ſit.parte 1. 24.B.C.D.& 30.H.& 166.B.

deus quomodo fecit cælum & terram, nullo modo dici poteſt. parte 1. 34.A.

deum creare nouum cælum, & terram nouam in futuro, quomodo intelligatur.parte 4. 105.F.

deus licet ſeptima die quieuerit a nouis operibus condendis, non tamen quieuit a creaturis productis conſeruandis.parte 5. 201.H.

deus & artifex differenter producunt ſuos effectus, & quomodo hoc. parte 5. 201.H.

dei opera ſunt duplicia: publica & ſecreta, Publica ſunt opera ſapiētiæ Dei, vt quos gratis condidit, benigne diſponit, bona aſpirat. perficit, cuſtodit, quod omnibus liquet. Secreta eiuſdem opera ſunt, quod econtra facit in malis quos deſerit, quæ pauci poſſunt inquirere, ſed nullus inuenire.parte 3. 28.C.

deus nullum vel angelorum vel hominum crearet, quem malum futurum eſſe pręſciret, niſi pariter noſſet eos quibus bonorum vſibus commodaret.parte 6. 22.B.

deus cur hominem tentari permiſit, quem caſurum præſciebat.parte 1. 40.C.& F.

deo membra & humani affectus tropica loquutione aſcribuntur, vt ſecundum capacitatem noſtram conformentur eloquia diuina. parte 3. 379.A.

deus quomodo dicatur habere paſſiones, vt furorem, obliuionem, iram, penitudinem &c.parte 4. 104.E.& de pœnitentia clarius. 137.B.& 416.E.Vide etiam in paſſiones.

deus dolere more noſtro dicitur, cum homines, quos ad ſe credendum laudandumque creauit, diabolo ſeruire conſpicit.parte 3. 327.E.

deus dicitur vigilare & dormire, & quando.par.4.214.B.Item parte 3. 22.G.H.& 277.C.

dei audire eſt deſideria noſtra percipere.parte 3. 82.A.

deus ambigentis affectu loquitur, & quare.parte 4. 214.B.

deus dicitur recordari & obliuiſci ſecundum noſtrum modum loquendi, non quod obliuio nec recordatio in Deo cadat: & quando dicitur obliuiſci vel recordari.parte 1. 54.B.& 56.B.

deus quomodo dicitur aliquid experiri.parte 2. 33.G.

deus laudat hominem, quando per aliquem effectum ſiue ſignum virtutis præbet ei teſtimonium.parte 3. 132.C.

deus dicitur tunc uiſitare hominem, quando ei dat beneficia ſpiritualia uel corporalia.parte 3. 27.C.

deus dicitur celare in corde ſuo ea quę pertinent ad hominem, quando non oſtendit erga eum beneficia exteriora, dimittendo eum in afflictione magna.parte 3. 27.C.

deus dicitur ſtare in congregatione iudicum, quia clare uidet & attente facta & dicta eorum.parte 3. 207.H.

deus dicitur habere oculos, quia cuncta uidet: manus quia cuncta operatur: & etiam omnia membra parabolice.parte 3. 363.H.

deus dicitur habere genas, & ſunt ipſius uirtus attractiua, ſicut oculi uirtus cognitiua: trahendo enim ad ſe electos, per fidem & amorem incorporat ſibi eos, ſicut per genas incorporantur materiales cibi. Ibidem.

dei loquutio quomodo intelligenda eſt.parte 1. 37.G.& 38.A.

deus cum oculos ſuos dicit & labia ſua, & cætera membrorum corporalium vocabula, non accipimus eum forma corporis definitum: ſed per hæc intelligimus effectum operationum &c. ſic cum dicit. Et non abijciet vos anima mea.parte 1. 261.B.

deus non habet animam, ſed tropice dicitur animam habere, ſicut manus & pedes, & cætera corporis membra.parte 2. 66.E.

audeo & dico (ait Origenes) anima Dei Chriſtus eſt, ſicut & verbum Dei, ſapientia Dei, & virtus Dei. &c.parte 1. 261.B.

deus vocat voluntatem ſuam, animam ſuam.parte 1. 261.B.

deus ſæpe ternario numero propter eam quæ ipſe eſt trinitatem figuratur.parte 1. 183.A.

deus dicitur bonus, non pater ſolus, ſed & filius & ſpirituſſanctus. parte 5. 108.B.

deus pater an & quomodo dicitur Deus filij &c.parte 3. 411.H.

deus pater eſt uita per eſſentiam, & per conſequens filius, cū ſint una eſſentia & vna vita, & conſequenter vita viuificatiua omnium reſurgentium, parte 5. 202.G.

deus pater inſpirauit Chriſto homini voluntatem patiendi pro ſalute mundi ex maxima charitate qua diligit hominem. parte 5. 229.H.

deus pater vult bonum Chriſto homini diuinum, non ſolum ſecundum vnionem quæ eſt per operationem in fruitione vera, ſed etiam ſecundum realem unionem ſuppoſiti. Fidelibus autem vult bonum diuinum tantum ſecundum vnionem gratiæ & gloriæ, quæ eſt in fruitione, nec tamen ita perfecte fruuntur ſicut anima Chriſti.parte 5. 230.F.

deus pater ſignificatur per Dauid, & quare.parte 2. 212.H.

deum vnum credere, prouidentem ſaluti hominum per modum ſibi congruum, ſufficiebat gentilibus ad ſalutem, & in hoc articulo prouidentia, continetur totum Chriſti myſterium implicite. parte 2. 248.C.


deus licet


deus licet ſit pater omnium per creationem, tamen ſpeciali modo eſt pater pauperum per hæreditatis æternæ promiſſionem. parte 3. 422.G.

deus multipliciter dicitur pater in ſacris ſcripturis reſpectu creaturarum, parte 3. 89.H.

deus dicitur pater, quia iubet, vocat, condidit & regit: mater, quia fouet, continet, collactat, & nutrit.parte 3. 122.B.

deus dicitur pater, magiſter, homo.parte 5. 71. A.

deus ſolus dicitur magiſter & pater.Ibidem.B.C.

deus an, quare & quomodo dicitur magis pater noſter quàm mater.parte 4. 103.A.D.

in Deo quomodo dicimur eſſe, cum non ſimus tanquam eius ſubſtantia.parte 6. 195.B.G.& H.

dei opus proprium eſt miſereri, parcere, condonare, non ſuum ſed alienum eſt iraſci, punire.parte 4. 53.A. D. & 54.C.

deus omnipotens tanquam miſericors & miſerator, modo aquilæ, modo gallinæ, modo matri blandienti ſe comparat, & quare. parte 4. 107.E.

dei miſericordiam ut conſequamur, docemur ad eum recurrere per ſex.parte 4. 189. D. & E.

deus non eſt iudicandus ſeuerus & auſterus. quia & ſi temporaliter punit pro peccatis, hoc ideo facit: ne in æternum puniat. parte 4. 386.B.

deus non tantum benignus eſt, & non ſeuerus: ſi enim benignus tantum eſſet, bonitatem eius contemneremus, ſi ſeuerus tantum deſperaremus.parte 4. 115.D. in princi.

deus alia concedit propitius, alia permittit iratus. quæ tunc in uſum ſui cōſilii uertit, quę eius conſilio repugnant, eius conſilio militent &c. parte 3. 17.C.

deus aliud miſericorditer dat, aliud ſinit habere iratus.parte 3. 30.A.

deus omnipotens cur non talem fecit, qui perire non poſſet. Item cur Deus fecit quem periturum præuidit.parte 3. 25.G.

deum malas hominum uoluntates quas uoluerit, quando uoluerit, vbi uoluerit, in bonum non poſſe conuertere: quis tam impie decipiat, ut, hoc dicat.parte 1. 364.E.

dei facta venerari debemus, quia iniuſta eſſe non poſſunt nec diſcutere, quia rationem conſilii eius quærere eſt contra illud ſuperbire.parte 3. 24.G.

deum quidam accuſant legis duritię & crudelitatis, qui non ſolum gētem Amalech ſed & ſemen eius pronunciat periturum.parte 1. fo. 309.F.

deus cū loquutus eſt de Niniue, quod poſt triduum ſubuerteretur, quo modo permanſit in uerbo ſuo, cum id eſt ſequutum non fuerit. parte 1. 305.G.H.

dei promiſſio immobilis permanebit, ſicut leges cœli & terræ diei & noctis in ordine ſuo immobiliter perſiſtunt.parte 4. 157.F.

deus ſolus eſt, qui probat iuſtitiam, ſicut ſolus eſt, qui cordis uidet conſcientiam.parte 4. 139. A.

deus incommutabilis, quomodo in extremo iudicio: electis & reprobis nequaquam ſub ſpecie eiuſdem incommutabilitatis oſtendetur, parte 4. 146. E.

deus qui ſuper omnia eſt a nullo terreri poteſt: ut ſententiam mutet. parte 1. 305.G.

deus non ſolum bonis utitur ad opus bonum, ſed etiam malis. parte 1. 303.D.

deus actibus malorum bene vtitur in bonum, ſicut per dæmones exercet ſuam iuſtitiam in damnatos.parte 4. 174.G.

deus malitia hominum non indiget ad declarationem ſuæ fortitudinis eos flagellando, ſed perfert eos patienter, quouſq; ſcit oportere &c. parte 1. 142.F. & G.

deus mauult inuenire cui indulgeat, quam quem puniat. parte 5. fol. 25. F. Item parte 4. 110. E. Et declaratur per plura exempla. & 156.H.

deus licet ſit auctor mali pœnæ, tamen non eſt auctor mali culpæ.parte 6. 367.C.

deus auctor eſt mali pœnæ. parte 6. 97.B. Item parte 4.186.B. in fine.

deus an ſit cauſa peccati, arguitur quòd ſic, cū reſponſione & ſolutionibus argumentorum.parte 1.402.B.C.& 401.G.H.Item parte 2.114. E.& F.

deus licet nullo modo ſit cauſa efficiens malorum, ſed tantum bonorū, eſt tamen auctor ordinationis tam bonorum quàm malorum. parte 3. 421.F.

ad Deum ſi uita & meritis accedamus & digne efficiamur vt aſſiſtat nobis, dicetur nobis ut ſoluamus a pedibus animæ noſtræ ſi quid mortalis eſt uinculi.parte 2. 9.B. & C.

deus cur eos quos eligit, quouſq; ad donorum ſpiritualium culmen aſſumit, a vitijs non cuſtodit: parte 2. 108.F.

deus cur non homines ita inſtituit, ut certi peccare omnino nollent, & certi peccare non poſſent, ſi uellent: ſicut tales inſtituit, cum utrunque bonum fuiſſet.parte 1. 40. E.

deus cum iuſtis eſt, uiſitando, miſerendo, & confortando, cum impiis uero ulciſcendo, & puniendo.parte 1. 202. A.

deo nihil uoluptuoſum, nihil ſuaue placet, ſed quod habet aliquid mordacitatis & ſeueritatis.parte 1. 217.F.

dei ſapientia omnia ita ſunt diſpoſita, ut nihil ocioſum ſit apud Deum, uel bonum, uel malum. parte 1. 303.C.

deus cum per intellectum cognoſcitur uoluptatem carnis areſacit: & qui prius duobus pedibus eum uidebantur quærere, & ſeculum tenere, poſt agnitionem unus pes ſanus permanet, alter claudicat, exēplo Iacob.parte 1. 96.A.

deus (cum ſit creator omnium) quomodo dicitur acquiſiuiſſe quod ſuū eſſe dubium non eſt, uidetur enim unuſquiſq; illud acquirere, quod non fuit ſuum.parte 1. 154.H.

dei cognitio & amor poſſunt dupliciter accipi: Vno modo ut ex naturalibus. Alio modo de ſupernaturali.parte 5. 186.F.

deus dicitur ſcire, quæ illi placent, neſcire quæ diſplicent, nō quia ignorat, ſed quia non approbat &c.parte 1. 202.E.

deus nunquid plus aliqua ſcit & aliqua minus &.parte 1. 202.E.

dei ſcientia oſtenditur dupliciter. Vno modo ex certa reuelatione contingentium futurorum. Alio modo ex occultatione eorum. parte 4. 81.B.& C.

deus an & quomodo habeat notitiam determinatam & de ſubſtantiis incorruptibilibus & ſuperioribus: & de inferioribus, & an intellectus eius vileſcat ex talium cognitione.parte 3. 36.G. Item parte 4. 143.D.

deum non putant hæretici uidere terrena ex longinquo: ideo quod cœlo altior ſit, & quaſi in nube latens per caliginem iudicet. parte 3. 46.E.

deus duobus modis aliquas res conſiderat. ſ. ſecundum merita & ſecundum rei naturam, quæ dicuntur cauſæ inferiores eſſe: & ſecundum ſuum conſilium.parte 4. 68.C. in princ.

dei tres quodammodo virtutes eſſe dicuntur, ſcilicet fortitudo, ſapientia, prudentia: & vnicuiq; propria diſtribuuntur opera.parte 4. 126. F. Item parte 3. 30.F.

deus quomodo omnibus & omnifariam adeſt.parte 3. 46.E.

deus ſuo iudicio iuſto mutat tempora & ætates, transfert regna atq; cōſtituit. Et eodem modo dicendum eſt de ſummo ſacerdotio & alijs dignitatibus.parte 2. 66.F.

deum pauent & tremunt omnes angeli, homines, dæmones, uniuerſa rationalis creatura: Et quare. parte 2. 238.E.

deus eſt magnitudinis & bonitatis infinitæ, & per totum conſequens quantum laudabilis eſt, laudari non poteſt.parte 2. 204.G.

deus nihil facit contra naturam (quia.i. natura quod facit) ſed contra conſuetam nobis.parte 6. 16. A.

dei maior uirtus & humilitas in noſtra reparatione cognoſcitur, quàm in noſtra creatione.parte 5. 56.F.

dei maxima uirtus & eius ſapientia apparet in Chriſti crucifixione. parte 6. 35. C.

deus eſt mortuus. Iſte homo creauit ſtellas: & quomodo & qualiter & pro quo verificātur iſtę propoſitiones.parte 5. 235.B.Item parte 6. 3.F.Et Deus crucifixus eſt.35.B.& 36.A.B.

deus vnus colitur modo a Chriſtianis, Iudæis, & Saracenis, licèt uario modo.parte 4. 79.H.

deum qui talem cogitat qualis non eſt, alienum Deum & falſum in cogitatione portat. Quis eſt autem, qui ſic cogitat Deum, vt ipſe eſt.parte 2. 30. F.

deo ſimilis eſt, qui credit Deum eſſe ſummum, nullo egere, ſe uero non per ſe, ſed apud eum eſſe. Qui uero per ſe uult eſſe, ut Deus a nullo eſt, peruerſe uult eſſe ſimilis, ut diabolus, qui noluit eſſe ſub eo.parte 3. 185. E.

deo homines mali, non ſolum æquant hominem mortalem, ſed etiam præponunt, magis timentes offenſam mali principis uel prælati quā offenſam Dei.parte 4. 80.H.

deum ſuum faciunt raptores & auari aurum & pecunias, guloſus delitias, luxurioſus uoluptatem tactus, & huiuſmodi. parte 3. 422.G.

deus eſt hoc unicuique quod præ cæteris colit & diligit &cæ. parte 2. 33.E.

deus recens, dicitur creatura, quæ male amatur, ſicut pecunia eſt Deus auari & ribalda luxurioſi.parte 3. 206.H.

deum recentem putare, & idolis ſeruire, pene par eſt ſcelus. parte 3. 206.E.

deo qui putat placere malum, non eum putat Deum.parte 3. 160. A.

deus non placatur ab homine, niſi in arca cordis per lumen rectæ fidei & uera dilectionis conſtituat illi altare humilitatis. parte ſecunda. 207.G.

deus illos polluit, cum iuſte pollutos oſtendit, qui ſe & alios coram Deo caſtos exhibere & cuſtodire debuerunt & immaculatos. parte 4. 185.B.

deus ſi quoſdam poſt baptiſmum prauæ acturos uidet: & ideo præuenti morte ad baptiſmum non ducuntur, ſi ita eſt, tunc peccata quorundam puniuntur antequā ſint perpetrata &c.parte 3. 67.C. in fi.

deum qui quaſi ſemper præſentem pertimeſcit, neminem fraudare intendit.parte 3. 417. E.

deus quomodo dicitur magis diligere unum quàm alium, cū uno actu ſimpliciſſimo diligat omnia.parte 3. 393.G.

deus & ſi diligendus ſit propter ſe: tamen cum exaudit deprecantē, occaſionem ſibi dat, quòd feruentius ipſum diligat.parte 3. 257.H.

deum poſſe retineri precibus ſanctorum oſtenditur.parte 4. 148.E.

deus dicitur venire & abire, & quando.parte 3. 24. E.

deus ſicut in ſuis veſtiri paſci & refici dicitur, ſic & affligi & pati perſequutionem &c.parte 4. 356.E.

deus Abraham quare dicitur.parte 3. 152.B.

deus Abraham Iſaac & Iacob, quare tantum dicitur iſtorum trium, & non etiam aliorum.parte 2. 238. E.

deus Iacob quare dicitur.parte 3. 93.F. & 205.H.& 302.G.& 411.F. Item parte 2. 191.D.& 204.E.

deus per propitiatorium deſignatur.parte 1. 177.D.

deus per Leuitan, qui dicitur uir poteſt allegorice ſignificari. parte 2. 53.H.

deus quomodo dicitur tradere aliquem. parte 2. 34.A.

dij aliquando in plurali dicūtur in ſcriptura prophetæ & homines ſancti, & quare.parte 3. 155.H.

deus humanandus eſt ſubiectum in omnibus libris propheticis, ſicut deus humanatus in euangeliis.parte 4. 110.C.& 208.D.Item parte 2. 240.A.

deus ſub ratione abſoluta eſt ſubiectum in tota ſacra ſcriptura. Ibidem.

deum dicunt Iudæi in qualibet uigilia noctis dolere de deſtructione tēpli & captiuitate Iudæorum. Item quid facit Deus in duodecim horis diei &c.parte 4. 64.B.C.& 41.F.& 43.G.

deus requirit ultionem de homicidio, ſiue fiat de manu hominis immediate, ſiue etiam ſi fiat mediantibus beſtijs uel per beſtias, & quomodo hoc intelligitur.parte 1. 55.H.& 56.B.

deus Abrahæ de nocte fecit promiſſionem de multiplicatione ſeminis, & quomodo iſta multiplicatio intelligenda ſit.parte 5. 65.B.

deus iurauit per ſemetipſum, quia non poteſt eſſe maius aliquid Deo, ideo per ſemetipſum iurauit.parte 1. 78.C.


B

deus qua-

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

deus qualiter dicitur zelotes, quia non vult, quod homo fornicetur cũ dijs alienis per idololatriam.parte 1. 164.C.

deus nõ ſolum zelotes, ſed zelus etiam in abſtracto poteſt dici propter ſingularem & excellentem animarum zelum.parte 3. 368.H.

deus aliquando in præſenti uita ſanctos homines punit graui pęna, etiã pro leui culpa ſuo iuſto iudicio, licèt occulto. Exemplum habetur de Nadab & Abiu, & de multis alijs.parte 2. 231. F.circa finem.

deus promiſit patribus ante legem duo ſpecialiter.ſ. terræ magnitudinem, & prolis multitudinem.parte 1. 330.B.

deus quomodo ſit diligendus ex toto corde, ex tota anima.parte 1. fo. 338.B.& D.

deus eſt colendus propter ſeptem beneficia exhibita, & quæ ſunt iſta. parte 1. 369.G.

deus populum Iſrael gubernauit & direxit tripliciter. Primo per iudices vſq; ad Saulē regem. Secundo per reges a Saule vſq; ad tranſmigrationem Babylonis. Tertio per pontifices a reditu captiuitatis Babylonicæ vſq; prope aduentum Chriſti.parte 2. 31.C.

deus aliquando permittit dæmones dare reſponſa idololatris, quia ex malitia demerentur, quòd ſic in erroribus nutriantur: & talia reſponſa aliquando ſunt uera.parte 2. 53.B.

deus permiſit filios Iſrael bis in principio debellari vt humiliarentur, & recurrerent ad Deum, magis confidentes de uirtute diuina quam de ſua.parte 2. 54.H.

deus licèt omnia gubernare poſſet per ſeipſum, tamen ad conſeruandũ pulchritudinem uniuerſi (quæ conſiſtit in ordine partium ad inuicē, & ad Deũ, ſicut ad primum ducem) inferiora regit per media, vt corporalem creaturam & ſpiritualem: Et eodem modo uulgares homines per reges.parte 2. 62.B.in fine.

deus ſanctus & fortis per eſſentiam, alia autem ſunt per participationem.parte 2. 64. B.

deus non uult mortem peccatoris per ſe, ſed per ſe uult iuſtitiam ſuã. ſicut & bonitatem, ad quam ſequitur punitio peccatoris: quæ aliquando ſit per mortem corporalem: & aliquando cum hoc per mortem gehennæ.parte 2. 66.B.

deus elegit ſibi populum Iſrael tanquam ſibi familiarem & peculiarē. parte 3. 190. D.

deus adeo eſt omnipotens & bonus, quòd frequenter utitur malis uoluptatibus & actibus hominum in exequutione ſuæ ordinationis: & ponitur exemplum de paſſione Chriſti ad ſalutem electorum præordinato per malos homines.parte 2. 153.F.

deus affligit innocentem, hoc tamen non ſine cauſa.parte 3. 17.F.in princ.

deus licèt ſit Deus totius creaturæ, tamen ſpecialiter dicitur Deus cęli. Nam ibi relucet gloria ſua.parte 2. 29. B.

deus licèt ſit ubiq; per eſſentiam præſentiam & potentiã, tamen dicitur ſpecialiter eſſe in cęlis.i.in beatis per apertam uiſionem.parte 5. 56.G.

deus licèt ſit rex omnium per potentiam & generale regimen, dicitur tamē rex Hebręorum per ſpecialem curam. & etiam protectionem. parte 3. 93.B.poſt princ.

deus licèt ſit Deus omnium per creationem, tamen dicitur Deus Hebræorum ſiue Iudęorum per uerum cultum & fidem, gentilibus alijs ad idololatriam deditis.parte 3. 93.C.

deus licèt ſit ubiq; per eſſentiam præſentiam & potentiam, tamen dicitur ſpecialiter habitare in Ieruſalem ratione templi, ſibi & ſuo cultui ſic dedicati & deputati.parte 3. 93.B.D.

deus non exaudit aliquando ad votum, tamen exaudit ad profectum, ordinans huiuſmodi flagella ad meritum vitæ æternæ.parte 5. 24.H. & 25.B.

deus infundēs animam dat uitam, & uirtutes etiam in quodam ſeminario.parte 3. 26. H. in fine.

deus iuſtos & perfectos ſemper conſolatur ſuis promiſſionibus & donis.parte 2. 64.H.

deus tunc pharetram ſuam contra Iob aperuit: quando diabolo dedit licentiã pcutiēdi eũ in bonis exterioribus & in ꝓle.par.3.57.C.in pri.

deus loquitur ſiue reſpondet hominibus tripliciter, primo dando ei lumen intellectus naturale: quod eſt quædam impreſſio diuini luminis. ſecundo per reuelationē diuinam: quæ ut frequētius ſit in ſomnis. tertio per infirmitatem carnis a Deo immiſſam.parte 3 62.C.& D.

deus ſuper tribus uicibus tantũ recipit peccatorem ad ueniam, ſed ſi quarto recidiuet, non recipitur amplius ſed reſeruatur ad gehennã, ſic dicit Ra.Sa. ſed illud dictũ eſt erroneũ &c.parte 3. 63.B.in med.

deus eſt ſcrutator cogitationum & delectationum, quæ per corda et renes deſignantur.parte 3. 95. H.

deus quando electi cadunt in peccatum, non differt punire uſq; in finē, ſed punit in præſenti & cito de communi curſu.parte 3. 189.B.

deus rex noſter ante ſecula, dupliciter exponitur. Vno modo ſic, Ante ſecula.i.ab æterno, non tamen rex ab æterno, quia nomen regis connotat reſpectum ad creaturam ſubditam. Alio modo, ut per ſecula intelligantur reuolutiones multorum iubilæorum. Seculum enim communiter accipitur in ſacra ſcriptura pro reuolutione.l.annorum.parte 3. 191.C.

deus dicitur dux pubertatis ſynagogę Iudæorum, eam ducendo de Aegypto, & in datione legis eam deſponſando, quem reliquit multipliciter idololatrando.parte 3. 311.D.

deus eſt pater omnium per creationem, & ſpecialiter Iudæorum per legis dationem, quæ non fuit data alijs.parte 4. 424.B.

deus ad hoc creauit res, vt in eſſe permaneant incorruptibiles, ut angelos, animas humanas, corpora cœleſtia, etiam elementa quantum ad totalitatem, licèt in aliquibus partibus eorum ſit generatio & corruptio. Res uero corruptibiles conſeruantur in eſſe ſecundum earum ſpecies per continuam generationem.parte 3. 369.C.

deus curam habet de omnibus æqualiter, & iſta cura idem eſt, quod eius prouidentia.parte 3. 372.G.H.

dei prouidentia prout eſt in mente diuina, ſic non eſt ibi aliqua diſtinctio, ſi autem accipiatur actus exterior, ſic eſt ibi diſtinctio, & quomodo.parte 3. 375 G.& H.

deus eſt iuſtitia & bonitas per eſſentiam, propter quod non poteſt aliquid facere niſi pie & iuſte: & per omnipotentiam ſuam iuſtificat impium, cuius iuſtitiam comitatur miſericordia &cæ. parte 3 379.C.

deus quomodo relinquit hominem in manu conſilij ſui, & quomodo non ſit cauſa peccati, inquiritur, & ſoluitur.parte 3. 401. H.

deus appoſuit homini ignem & aquam.ſ.refrigerium gloriæ, & pęnam gehennæ, per quod oſtenditur peccatum eſſe ab homine. parte 3. 401.H.

deus voluit naturam angelicam & humanam eſſe bonam, quod proceſſit ex ſua ſapientia.parte 3. 402.A.& C.

deus non agit a caſu ſed ſciens & cognoſcens, per hoc, quòd eius effectus attingit a ſummo cœlo vſq; ad centrum terræ. quantum ad omnia, quæ in eis ſunt particulariter.parte 3. 42.G.

deus quare permittit malos doctores & prælatos ad eccleſiæ regimen promoueri, ſoluitur. primo permittendo, exemplum in naturalibus. ſecundo, applicando ad propoſitum in hominibus, tertio confirmando per ſimile, in artificialibus &c.parte 3. 421.C.

deus voluntate antecedente vult omnes homines ſaluos fieri, ſed non e uoluntate conſequente.parte 3. 421.F.

Deus vult omnes homines ſaluos fieri, exponitur tripliciter. parte 6. 118.G.

deus ſubuenit unicuiq; ſecundum conditionem ſuæ neceſſitatis. nam natura non deficit in neceſſarijs, & multo minus autor naturæ ipſe Deus & dominus noſter.parte 3. 423. E.

deus permittit bonos in hac vita tribulari: quod non eſt ex odio ſed ex dilectione, ne ex proſperis eleuentur in ſuperbiam, & per exercitiũ in bono cuſtodiantur.parte 4. 51.A.B.& 390.H.

deus utrum debuit parcere Iudæis propter meritum iuſtorum cuiuſcunq; populi.parte 4. 51.A. B. & 390.H.

deus dicitur dominus ſimpliciter & abſolute, alij autem dicuntur domini diminutiue & participatiue.parte 4. 74. D.

deus dilexit Cirum promouendo de ſtatu infimo ad dignitatem regni: & monarchiæ, non tamen quantum ad bonum gratiæ & gloriæ. quia licèt Deum cœli confeſſus fuerit, tamen idola coluit.parte 4. 82. G.

deus cum ſit veritas per eſſentiam: non poteſt aliquid ſeducere vel fallere ſecundum veritatem, ſed ſecundum extimationem falſam. parte 4. 138.H.

deus pronior eſt ad miſerendum quàm ad condemnandum, & per conſequens ad non inferendum malum comminatum quàm ad auferendum bonum promiſſum, licet tam promiſſio quàm comminatio ſint ſub conditione.parte 4. 149.C.

deus licet ab æterno dilexerit electos prædeſtinando: tamen ſpeciali modo dilexit electos de populo Iſrael, inquãtum erat de eo carnem aſſumpturus: propter quod & illi populo ſpecialia dona contulit. parte 4. 152.B.

deus in terris uiſus eſt, & cum hominibus conuerſatus, dupliciter exponitur. vno modo de præterito, alio modo de futuro. parte 4. 205.H.

deus eſt principium & finis omnium, loquendo ex fine extrinſeco ſiue obiectiue: tamen finis eſt duplex.parte 4. 208. E.

deus eſt principium effectiuum, a quo omnia producuntur, & eſt finis in quem omnia ordinantur: quòd notatur in hoc quod deus eſt alpha & omega.i.principium & finis.parte 6. 271.F.

deus non uult per ſe malum pœnæ, ſed per accidens.ſ.propter ordinē ſuę iuſtitię, cũ eius proprium ſit miſereri & parcere. parte 4.228.G.

deus non poteſt eſſe cauſa mali culpę cauſaliter, ſed conſequutiue. Ad hoc enim quod Deus non reſpondet malè petenti, uel obſcurum reſpõſum dat ei, ſequitur quòd remanet in errore ſuo.parte 4. 229. C.

deus diſtinxit punitionem Iudæorum & gentilium per quatuor particulas ſecundum opinionem Ra.Sa.parte 4. 229. F.

deus elegit ciuitatem Ieruſalem ad ſuum cultum, licet bis fuerit funditus euerſa: tamen bis fuit reædificata, & adhuc ſtat.parte 4. 230.B.

deus præſidens omni creaturæ cęleſti & terreſtri ad cuius nutum omnia diſponuntur, intelligitur per ſedentem in trono ſupra firmamentum.parte 4. 212.G.

deus aliquando ſeruos ſuos non liberat temporaliter, ut melius ſaluet eos inuiſibiliter eos ad requiem transferendo.parte 4. 300.D.

deus ſe dicit perſequutionem pati in populo Iſrael ratione aliquorum bonorum, qui cum malis affligebantur.parte 4. 356.G.

deus ſecundum Auguſtinum adeo eſt omnipotens & bonus, quòd non fineret mala fieri, niſi ex eis maiora bona eliceret.parte 4. 374.H. Item.parte 6. 50.C.

deus qui elicit bona ex malis, non ſemper elicit hoc ad bonum peccantis, ſicut patet in damnatione malorum, ex qua Deus elicit augmentum gloriæ electorum.parte 6. 14.G.

deus aliquando permittit in opere ſibi placito impedimenta occurrere, vt maius meritum habeatur in maiori labore.parte 4. 402.G.

deus quare iuſtos permittit ab iniquiſſimo Antichriſto ante diem iudicij affligi & deprimi: Reſpondetur quòd non eſt mirandum, quia proprio filio ſuo non pepercit &c.parte 4. 420. C.

deus quare exoratur, ex quo ſibi nihil per orationem manifeſtatur, nec animus eius in aliquo mutatur.parte 5. 24.G.

deus quinq; modis immittit flagella ſiue infirmitates in homines. primo ad peccati punitionem, ſecundo ad peccati purgationem, tertio ad gloriæ manifeſtationem, quarto ad humiliationem, quinto ad probationem: Et de hoc uerſus &c.parte 5. 32.G.

deus de reuerſione peccantium ad ſalutem habet ſpecialem rationem gaudij, quam non habet de permanentibus in iuſtitia: cæteris tamen paribus permanentes in iuſtitia, ſunt magis dilecti a Deo. parte 5. 56.G.

deus ad modum recordantis ſe habuit, quando filium ſuum patribus antiquis promiſſum in carnem miſit.parte 6. 126.G.

deus humanatus duos filios habuit.ſ.populum gentilem & Iudaicum, uel iuſtos, & peccatores. Qui filij Dei dicuntur inquantum ſunt ad imaginem eius facti, licet oẽs nõ ſint filij per gratiã.parte 5. 164.G.

deus eſt natura naturans, res naturata.parte 5. 186.G.

deus præcepit vnum tantum eſſe ſacerdotem ſummum & per totam vitam ſuam: quo moriente alius ſibi ſuccederet: Sed Iudæi cupiditate ducti, in quolibet anno ſtatuerunt, quòd vnus eſſet, qui illo officio fungeretur.parte 5. 220.B.

deus eſt infinitus, & ideo offenſa in ipſum commiſſa quandam infinitatem habet.parte 5. 57.D.

deus punit citra condignum, & præmiat ultra condignum. parte 6. 15.H.

deus ſi omnia mala præſentialiter puniret, nihil futuro iudicio reſeruaretur. Iterum ſi nulla mala puniret in præſenti, eius prouidentia nulla hominibus uideretur.parte 6. 51.G.

deus aliquando permittit ſanctos corporaliter affligi uel tentari, & aliquando labi in peccata minora, vt a maioribus preſeruentur: quia ſic humiliati recurrerunt ad diuinum auxilium, de ſe uel ſuis meritis nullatenus confidentes: Et ponitur exemplum de medico. parte 6. 76.F.

deus aliquando tentat prælatos de nimis aſpera correctione ſub ſpecie zeli iuſtitiæ: aliquando de nimis parua ſub ſpecie miſericordiæ. parte 6. 63.G.

deus ſicut per influxum generalem mouet creaturas ad perfectiones ſuas naturales, ſic per influxum mouet creaturam rationalē ad bonũ ſupernaturale: Et talis influxus à doctoribus uocatur inſtinctus diuinus. Et eſt prima præparatio ex parte Dei ad habitum gratiæ conſequendæ.parte 6. 18.H.

deus licet ſit omnium Deus, tamen ſpecialiter eſt Deus bonorum per fidem & deuotionem.parte 6. 33.F.

deus quando benedicit nobis: aliquod donum nobis tribuit. Sed nos quãdo benedicimus Deum, nihil ſibi accreſcit, ſed ſolum ſibi gratias agimus.parte 6. 61. H.

deus quando dat beneficium alicui ad præces aliquorum, non ſolum obligatur ad gratias agendum Deo, ille qui beneficium recipit, ſed etiã omnibus per quorum orationes hoc ſit: propter quod Deus aliquando dat aliquid ad preces multorum, ut omnes obligentur ad gratiarum actiones.parte 6. 62.D.

deus aliquando non exaudit ad nutum, licet exaudiat ad bonum. Exemplum ponitur de Paulo & de medico infirmum curante. parte 6. 76 F.

deus eſt immutabilis, quia immutabiliter facit mutabilia, ſicut noſter intellectus immaterialiter intelligit materialia. Nec ſunt in Deo plures actus intelligendi & uolendi ſibi ſuccedentes: ſed unico actu æterno & ſimpliciſſimo intelligit ſe & omnia alia. parte 6. 211. D.

deus mouet uoluntatem humanam ad actum diligendi meritorium, per habitum charitatis infuſum, ſicut mouet intellectum ad actum credendi per habitum fidei. Et ſic intelligitur dictum illud: Deus charitas eſt &c.parte 6. 433.C.D.

deus permittit filios adoptionis & cohæredes regni in hoc mundo tribulari ad bonum ipſorum. Et notatur exemplum de auro in fornace per ignem purgato.parte 6. 217.G.

deus eſt ſuper omnia diligendus, ſecundo anima propria, tertio anima proximi, quarto proprium corpus.parte 6. 232. C.

deo quomodo ſimiles fieri dicimur, vt Iohannes dicit: Scimus quoniã cum apparuerit, ſimiles ei erimus: cum ſcriptum ſit alibi: Quis ſimilis tui.parte 1. 154.E.

deum ante omnia laudare & ipſi vota noſtra offerre debemus, exemplo populi Iſraelitici.parte 1. 210.G.

deus in promiſſis liberaliſſimus: quia multo maiora cõferre ſolet quàm promittat.parte 1. 292.E.G.

deus eſt inhabitator quorundam nondum cognoſcentium Deum, & non quorundam ſe cognoſcentium.parte 6. 38.B.

deorum cœtum ingredi perſonas excellentes poſt mortem gentilium opinio fuit.parte 5. 52.D.

deuteronomium quid & vnde dicitur.parte 1. 14.H.& 329.B.& 366.B.Item parte 6. 23.G.

deuteronomium an Moyſes uel alius conſcripſerit &c.& quomodo toti populo collecto promulgauerit.parte 1. 329.D.

deuteronomium tradidit Moyſes filijs Iſrael per modum exhortationis, & prædicationis, & ideo repetit frequenter eandem ſententiam in diuerſis locis &c. ſicut ſolet fieri in prædicationibus &c. parte 1. 329.D.& 344.F.

deuteronomij liber quando & ubi inuentus eſt. parte 4. 309.B.D.

deuteronomiũ inuenit Elchias ſacerdos magnus in templo domini in tempore Ioſiæ.parte 2. 398.F.

deuteronomium ſcripſit noſter Ieſus in lapidibus viuis & integris &c, parte 1. 13.G.

deuteroſæ leges, quæ ſint ſecundum Iudæos, quando traditæ & conſcriptæ &c.parte 4. 411.B.Item parte 6. 116.E.& 275.F.

dextera Dei quot modis & quomodo intelligitur.parte 5. 121.C.

dextera Dei, quæ dicitur, ſimiliter & quæ ſiniſtra Dei.parte 3. 277.B. & 291.E.Item parte 2. 226.A.

dextera operatur quidquid facis pro æternis, ſi & alio intenderis, ſiniſtra ſe immiſcuit, & in ea delectatus quaſi in dextera, perdis æterna. parte 3. 290.E.

dextera deſignat fortitudinem & conſtantiam, exemplum, ponitur in Iacob.parte 1. 90.F.

dextera & ſiniſtra ubi in bono ſimul accipiuntur, Iudæam & gentilitatem &c. deſignat, vbi uero abſolute in bono ponitur dextera, æterna ſæpe gaudia monſtrat.parte 2. 142. B.


## D I


diabolus cum ſic ſit obſtinatus in malo, quòd nullo modo flectitur ad bonum, & omnia opera & membra omnino ſunt mala, quæ utilitas fuit in productione talis creaturæ? parte 3. 81. G.& H.

diabolus & ſi actionis ſuæ merito infra homines cecidit: omne tamen humanum genus naturæ angelicæ conditione tranſcendit. parte 3. 81.B.

diabolus in tempore vel in ſtatu innocentiæ non habuit poteſtatē tentandi hominem interius mouendo, ſed exterius proponendo ſenſui. parte 1. 40.B.

diabolus & ſi beatitudinem perdidit, magnitudinem naturæ non amiſit.parte 3. 81.B.

diabolus multis nominibus nominatur, ſ.Sathan, Belial &c.parte 4.50, E. vide etiam in Leuiathan.

diabolus utrum ab initio temporis cecidit, & an beatus fuerit.parte 1. 40.G.H. Et extenſius 81.A.& 42.D.

diaboli naturą utrum habuerit alterum principium a Deo, & non ſit creatura.parte 1. 40.G.

diabolus an tentauit Euã in ſpecie horribili, vel in gratioſa ſpecie &c. parte 1. 40. D.

diabolus protoparentibus non dixit, Eritis dij, abſolute, ſed, ſicut dij, & quare.parte 1. 41.B.

diabolus vtrum ſerpētem per quem ſeducere mulierem conabatur ad hoc faciendum elegerit: vel an in poteſtate ſua erat quodcunq; aliud animal ad hoc aſſumere, & qualiter ipſi mulieri per ſerpentem locutus ſit.parte 1. 40.C.

diabolus mundi princeps dicitur Cæſar.parte 5. 99.D.& 222. H.

diabolus per concupiſcentiam tripertitam aſcendit ad regnandum ſuper mundum, propter quod huius mundi princeps nominatur. parte 4. 477.D.

diabolus inuentor & adiutor malarum cogitationum eſſe poteſt, autor eſſe non poteſt.parte 5. 103.B.

diabolus poteſt ignem de cœlo aereo inferius mittere, & ventos turbinis commouere, & horum ratio.parte 3. 8.C.

diabolus multos habet hic principes, qui ſibi nũc ſeruiunt per culpam, & in futuro ei niſi pœnituerint ſubijcientur per pœnam. parte 4. 147.H.

diabolus bona noſtra tribus modis inſequitur.parte 4. 163. E.

diabolis nuncios mittimus, quando pandimus eis & præbemus ſtangēda in pectore vbera, & ſaturari voluptatibus ad alias tranſimus, & non tam fornicationem quam meretricum numerum deſideramus. parte 4. 244.E.

diabolus illos inhabitat, a quibus Deus non loco, ſed merito recedit. parte 4. 6. A.

diaboli malitia, quando non poteſt homines per apertas tentationes deijcere in peccata: per quandam adulationem quærit eos ſubuertere, infigendo eorum memoriæ ſua merita.parte 4. 433.B.

diabolo non ſufficit ſubijcere ſibi ſimplices laicos, ſed inuadit etiam clericos & religioſos.parte 4. 443.H.

diabolus excitat cupiditatem in hominibus ad deſtruendum in eis mutuam charitatem, nec curat ut terrena tollat, ſed ut charitatem in nobis feriat: & hoc figuratur per regem Aſſyriorum &cæt. parte 4. 41.D.

diabolus ſæpe poſtquam mentem impugnauit, ad tempus ceſſat, ut ſecuram repentè irrumpat, parte 3. 9.A.

diabolus duobus modis impugnat.ſ.in tribulatione vt frangat, & perſuaſione vt molliat.parte 3. 9. C.

diabolus tribus modis impugnat.ſ carnis concupiſcentia, exterioribus mundi oblectamentis &c.parte 5. 19. E.

diabolus exactor eſt, qui ſemel numum deceptionis homini contulit, & quotidie debitum mortis exigit.parte 3. 12. E.

diabolus dicitur exactor, qui ſemel homini numum malæ ſuaſionis contulit, & quotidie ab eo huius debiti reatum quærit. parte quarta 74. E.

diabolus vt inermis vincitur, cum aperta mala ſuggerens, omnia bona ſimul tollere conatur, ſed armatus venit, cum alia bona intacta præterit, alia latenter corrumpit.parte 3. 16.F.

diabolus cupidis proſpera, timidis aduerſa per ſomnia ingerit, ut magis afficiat.parte 3. 21.F.

diabolus princeps falſiloquij habet nunc contra eccleſiam furorem, ſed ſparſus eſt.parte 3. 36 F. poſt princ.

diabolus dicitur princeps mundi, quia dominatur hominibus mundialiter uiuentibus, inquantum ſe ei ſubijciunt: parte 5. 212.H.

diabolus tot teſtes habet, quot iniquitatis ſuæ prædicatores poſſidet. parte 3. 77.G. in med.

diabolus non ui, ſed callide interficit.parte 3. 78.A.

diabolus non pro magno æſtimat, cum eos deuorat qui per ipſa ſuæ vitæ ſtudia deorſum currunt: ſed cum eos quos iam cœleſtibus iungi contemplatur.parte 3. 78. E.

diabolus inimicus nullo alio ſic uincitur, vt de miſericordia. parte 3. 299. D.in princ.

diabolo nuſquam eſt locus niſi ex tuo deſiderio.parte 3. 295 B.

diabolus aliquando vanam gloriam, quæ aliquando grauius peccatum impedit, ſubtrahit, vt per hoc aggrauet ſuam ſeruitutem. parte 1. 134.H.

diabolus exeuntes de ſeruitute ſua tranſeuntes ad meliorem uitam, toto conatu nititur ad priſtinam reducere uilitatem, immittendo eis fortiores tentationes &cæ. & ſignificatur per Pharaonem. parte 1. 152.D.

diaboli ſemen ſuſcipimus, cum ab eo ſuademur ad peccandum: & cum facimus, quod ſuadet, iam genuit nos. naſcimur enim eius filij per peccatum.parte 1. 164.A.

diabolum ſi uicero, & cogitationes immundas quas ſuggerit, uel uenientes repulero, vel ingreſſas intra me, ne ad effectum ueniant necauero, conculcans caput draconis: hoc ipſo tamen pollutus ſum, quo pollutum calcare contendi &c. ſed myſtica ſunt hæc & ineffabilia. parte 2. 319. B.

diabolus quieſcit & habitat in hominibus otio deditis tanquam in locis vmbroſis, quæ ſunt apta quieſcentibus & otioſis.parte 3. 78.G.

diabolus intrante Deo in hominem, fugit.parte 4. 393.A.

diabolus id agit, ut uiam ad Deum præcludat: obiecta idololatria ne quis in Chriſtum credat, concluſio enim præcedit ut rex, concluſio ſequitur vt plebs parte 1. 329.G.

diabolus rex uitiorum humanis ſe immiſcet cogitationibus, & mētem cingit ſuperfluis ſollicitudinibus: ne proferat uerba veritatis, uel exerceat opera pietatis.parte 1. 329 G.

diabolus non implet animam intrando (hæc enim poteſtas ſolius Dei eſt) ſed inficiendo, vel uirus infundendo, trahens per cogitationes & incentiua uitiorum.parte 6. 172. E.

diabolus & exercitus eius ſi interēptus per crucem Chriſti, quomodo adhuc contra ſeruos Dei præualet, & ſicut leo rugiens circumit &c. parte 2. 43.E




VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

diabolus licet afflictionem iuſtorum ſemper appetat, tamen ſi a Deo poteſtatem non accipit, ad tentationis articulum non conualeſcit. parte 2. 80.E.
diabolus duplici reatu conſtringitur.ſ.ſuperbia & inuidia.parte 2. 77. A.circa princ.
diabolus contra bonos reges & eorum populum excitat bellum ſpirituale per ſe & ſatellites ſuos, & aliquando bellum corporale per homines.parte 2. 224. A.
diabolus domino in cruce paſſo (quo momento crucifixus erat) aduenit, quærens ſi quid peccati in eo inueniſſet. parte ſecunda. 288. A.
diaboli aſtutia & nequitia cognita nobis ad medelam proficiunt, quanto enim ea certius exploramus, tanto certius declinamus. Ibidem. B.D.
diabolus ſtudet maxime ut doctrinæ fluenta & virtutum arma auferat, & ſic nequitiam ſuam & interitum ſeruorum Dei velociter expleat. parte 2. 197. E.
diabolus acrius inſurgit & maiora vitia immittit, ex quo in animam ſermo Dei peruenit.parte 1. 134.F.
diabolus ad hoc certat, vt quos regit nunquam intrent ianuam fidei, ſed foris manentes ſemper operibus inſiſtant prauis. parte 1. 329.G.
diabolus Chriſtum nouit ueniſſe in mundum, ſeu per prophetas, ſeu per angelos, ſeu per Iohannem Baptiſtam demonſtrantem: ſed quia humilia uidit in eo, in dubium uenit.parte 5. 15.E.G. Item parte 3. 9. A.
diabolus per ſignorum potẽtiam certior effectus Chriſtum filium Dei arbitrabatur: non ergo eum ideo crucifigit ut filium Dei ignoret, ſed quia eius morte ſe damnandum non præuidit.parte 5. 138.C.
diabolus an Chriſtum cognoſcebat eſſe Meſſiam promiſſum & filium Dei &c. cum dixit: Quid uenisti nos torquere ante tempus? parte 5. 36.A.
diabolum Chriſto in ſpecie hominis apparuiſſe quando eum tentauit veriſimile eſt.parte 5. 15.F.
diabolus veniſſe redemptorem ſenſerat: ſed propter humilia, quæ paſſus eſt, quicquid de deitate ſuſpicatus eſt, ei in dubium euenit pro ſua ſuperbia: & non Deum natum, ſed Dei gratia cuſtoditum credidit.parte 3. 6.G.& 9.A. Item parte 5. 15.E.& G.
diabolus quare, quot, & quibus tentauit Chriſtum. parte quinta.fol. 15.G
diabolus interiora niſi per habitus & geſtus nouit.parte 5. 49.A.
diabolus conuerſos ad dominum plęrunque grauius pulſat, ut uel de ſua expulſione ſe uindicet, vel ut ad vitia reducantur. parte 5. 150. E.
diabolo tormentum eſt a læſione hominis ceſſare, & tanto dimittit grauius, quanto poſſedit diutius.parte 5. 98.E.
diabolus transfigurat ſe in angelum lucis, & hoc multipliciter &c.parte 6. 64.G.
diabolus quomodo & qualiter cor alicuius ingredi poſſit. parte 6. 172. E.
diabolus non habet poteſtatem ſuper creaturas ad libitum ſuum, ſed ſolum quantum Deus permittit ſecundum iudicium occultum ſuũ, ad exercitium patientiæ electorum.parte 5. 136. G.
diabolus gehenna dicitur: quia vbicunq; ſit, vel in aere uel ſub terra ſecum fert tormenta ſuarum flammarum.parte 6. 213. F.
diabolus quomodo circumit tentando, & alliciendo multis modis.parte 6. 223.A.
diabolus habet tres peſſimas conditiones, quas Chriſtus oſtendit Iudæis. prima quod ab initio fuit homicida, ſecunda, quòd non ſtetit in debita obedientia, tertia, quòd eſt pater mendacij.parte quinta. 212. H.
diabolus in ſubſtantia bonus, ſed voluntate malus. parte ſexta. 238.B.
diabolus non eſt malus per eſſentiam, vt dixerunt Manichæi, qui poſuerunt duo principia &c. ſed eſt in malo obſtinatus, & ad malum ſemper ſatentus.parte 5. 45. B.& 186 D.
diabolus ante eius electionem ſeu recluſionem ſic dominabatur ſuis poſſeſſis, quòd trahebat eos ad libitum ſuum, ſicut aſcenſor trahit equum cum fræno.parte 4. 58. D.
diaboli omnis ſæuitia duabus beſtijs monſtratur. parte quarta. fo. 191.B.
diabolus quos captiuat alio nomine vocat, iuſtum uocat iniuſtum, caſtum inceſtum, & huiuſmodi.parte 4. 295. A.
diabolus erubeſcit, qui in beatitudine Deo contumax fuit, cui etiam homo percuſſus hymnum dicit.parte 3. 8.E.
diaboli obſtinatio per duritiam eris & ferri ſignificatur, in qua deſiderat ſibi peccatores aſſiſtere.parte 3. 78.D.circa finem.
diabolus cum domino pactum ferit, & eſt ſeruus eius ſempiternus.parte 3. 78.F.H.& 79.A.
diabolus fœditate peſſimæ lepræ notabilis effectus, de domo eiectus eſt: & perſeuerat uſque in finem leproſus, ſeparatus a populo Dei: & per quem ſignificatur. parte 2. 174. per totum.
diabolus plebem inuadit fidelium, & inflammatos cupiditate ſubuertit, uniuſcuiuſque conſcientiam per flammam illiciti amoris perturbat: & de hoc figura. parte 2. 186. E.
diabolus prædicatorum ſermonem uel conuerſationem maculans & turpia facta, quæ perſuaſerat in oculis hominum reuelans, ſignificatur per Anon. parte 2. 206.E.& F.
diabolus quanto arte pugnandi impugnet fideles, & quod nullum tempus relinquat ſecurum: de hoc figura. parte 2. 254. B.& C.
diabolus ſignificatur per piſcem. parte ſecunda. 288.A.D.
diabolum ſi reges iniqui in malefactis ſignificant, cur non reges iuſti in benefactis Chriſtum demonſtrant. parte ſecunda. 305.E.
diabolus quomodo & qualiter a ſanctis luditur. parte prima. 41. B.C.
diaboli typum gerit Laban, qui interpretatur dealbatio: diabolus a uero cum ſit tenebroſus transfigurat ſe in angelum lucis. parte 1. 91. B.
diabolus ſic loquebatur per ſerpentem ignorantem, ſicut per energuminos vel phanaticos parte 1. 40. B.
diabolus quare dicitur callidus, & quomodo illam calliditatem oſtendit.parte 1. 40.B.in fine.
diabolus vult uitia uiuere, interfectis virtutibus, & fortes uirileſque animi ſenſus nititur occidere &c.& de hoc figura.parte prima. 114.C.
diabolus ſignificatur per Aegyptium (qui tenebroſus interpretatur) qui iaculo peccati mortalis percutere populum Chriſtianum nititur.parte 1. 125.H.
diabolus per principem Aegypti deſignatus, non uult ut totum triduũ a ſe proficiſcatur populus Dei: & quale illud triduum ſit &c.parte 1. 134.C. Item parte 4. 450.D.
diabolus quid dedit, ut nos mercaretur, qui per Chriſtum redempti ſumus.parte 1. 155. A.
diaboli omne corpus.i.omnis ſocietas gentilium idololatriæ deditorũ, in uitulo combuſto & contrito per Moyſen ſignificatum eſt, & quo igne.parte 1. 199.B.
diabolus rex inferni videns fideles ad terram viuentium anhelare, nititur eos impedire.& aliquando debellat eos: & de hoc figura.parte 1. 299. D.
diabolus qui ſe transfigurat in angelum lucis, ut ſchiſmatica incautos decipiat uel per hęreſim, ſignificatur per Seon regem Amorręorum. parte 1. 329. G.
diabolus dicitur ſerpens, cuius anhelitus prunas ardere facit. parte 1 341.F.
diabolus mons dicitur.parte 1. 55. B.
diabolus ſignificatur per regem Ammon, qui eſt caput omnium iniquorum, & huius capitis membra ſunt omnes iniqui.parte 4. 163.G.Itẽ ſignificatur per Iſmaelem, Ibidem. H.
diabolus lupus dicitur, quia eccleſiam fidelium perſequitur. parte 5. 216. E.
diabolus per uiperam ſignificatur.parte 6. 207.H.
diabolus tentans de inuidia, ſignificatur, per Cendebeum ducem maritimum, quare & per quos ſibi repugnatur. parte quarta. fo. 458.G.in fine.
diabolus ſpeciem virtutum aliquando ſimulat, licet ipſe per uitia ſedulo cõtra virtutes pugnet &c.& ſignificatur per Gorgiam præpoſitum Idumææ.parte 4. 475. F.G.& H.
diabolus dicitur malleus uniuerſæ terræ, & quomodo: & per quem fractus eſt.parte 4. 173.B.
diabolus ſignificatur per Nabuchodonoſor.parte 4.234. H.& 241. D. Item parte 2. 241. H.& 305.E.F.
diabolus dicitur gladius acutus: dicitur etiam limatus. parte quarta. 241.D.
diabolus per uenatores ſignificatur.parte 4. 249. E.
diabolus princeps malitiæ, & diſcipuli eius diaboli nominantur.parte 4. 252. E.
diabolus ſignificatur per aquilam, & quare.parte 4. 342. D.Item parte 3. 338. B.
diabolus figuratur per Nemroth, & quare.parte 4.382.A.Item parte 1. 63.D.in fine.
diabolus dicitur ſuperbus, & quare.parte 4. 392. B.
diabolus per Antiochum Epiphanem ſignificatur. parte 4. 442. D.E.
diabolus ſignificatur per Demetrium, & quare. parte quarta. folio. 445.H.
diabolus ſignatur per regem Oziam leproſum & quare. parte 4. 16.D.
diabolus ſecuris, ſerra & uirga dicitur, & quare. parte quarta 26 F.
diabolum ſignat regulus ſerpens.parte 4. 29.A.
diaboli requies lectulus tentationis.parte 4. 32. F.
diabolus dicitur rex ſenex & ſtultus.parte 3. 347.C.
diabolus mors dicitur.parte 3. 11.A.
diabolus dicitur ſerpens tortuoſus. & quare. parte 3. 11.E.& 338.B.
diabolus dicitur coluber tortuoſus, parte 3. 51.C.
diabolus Aquilonis nomine ſignificatur. parte tertia. 50. G. in med.
diabolus quomodo caudam ſtringere dicitur in Antichriſto, & etiam in peccatore.parte 3. 77.E.F.& G.
diabolus ſignificatur per Pharaonem, & quare. parte tertia. folio. 289.F.
diabolus ſignificatur per regem Ierico, & contra illam ordinat Chriſtus exercitum, parte 2. 9. H.
diabolus ſignificatur per Madian, qui propter excellentiam in malitia non ſolum iniquus, ſed etiam iniquitas nominatur. parte 2. fo. 38.D.
diabolus ſignificatur per Naas &cæte. & quærit oculos dextros virorum in charitate feruentium. parte ſecunda. 74. H. & 75. B.C.
diabolus in tenebris peccatorum & inferni regnans, ſignificatur per regem Aegypti.parte 2. 152.D.
diabolus ſignificatur per regem Syriæ, qui ſublimis interpretatur &cæte. parte ſecunda. 157. H. & 158. E. H.& 167.D.in fine.& H.
diabolus qui per Leuiathan & per cetum denotatur: non occidetur morte naturæ, cum ſit immortalis, ſed morte gehennæ. nec poterit homines tentare: & in hoc creſcit pœna eius &c. parte 4. 50. G in fine.
diabolus qui captionem Chriſti procurauerat per Iudæos, per aliqua ſigna perpendit, quòd ipſe eſſet uerus Chriſtus, & per conſequens, quòd per eius mortem expoliaretur infernus: & unde ſigna percepit: ideoque ad eius liberationem per uxorem Pilati attentauit. parte 5. 84.D.
diabolus omnium diſcutit conſuetudines, uentilat curas, ſcrutatur affectus, & ibi quærit cauſas nocendi, vbi quenq; viderit ſtudioſius occupari.parte 6. 97.C.
dialectica minutis & ſubtilibus verborum ſtimulis animas terebrat, & tanta calliditate circumuenit, vt deceptus nec uideat nec intelligat unde decipiatur: comparatur cyniphibus.parte 1. 140. B.
dialectica arte ſubuertitur & probatur eſſe nihili, quod putabatur eſſe firmiſſimum: & quicquid ad terrenam ſcientiam pertinet, et putatur eſſe robuſtum.parte 4. 247.F.
diana quid & unde dicitur & quomodo pingitur.parte 6. 197. H.
dicendi optimus modus eſt, quo fit ut qui audit, ueritatem audiat & intelligat: boniq; ingenii inſignis indoles in uerbis uerum amare, non uerba.parte 1. 280. C.
non omnibus omnia dicenda ſunt, ſed pro capacitate audientium doctor diſpenſare debet uerbum.parte 3. 137. B. Item parte 4. 327.C.
dicere uerè & propriè, non eſt hoc, ubi prolatio diſcordat a uolũtate. parte 5. 29.C.
dicere uere, dominus Ieſus, eſt in corde credere, ore cõfiteri, operibus atteſtari.Ibidem. B.
dicere in ſpirituſancto poteſt aliquid dupliciter.parte 6. 52.C.D.
dicere Chriſti, eſt liberare hominem, naturam hominis aſſumendo & liberam demonſtrare &c. parte 3. 62.G.
dicere Dei eſt facere, unde. Quoniam ipſe dixit & facti ſunt. Dicere vero noſtrum, non eſt facere.parte 6. 61.H. Item parte 5. 221.H.
dicere Dei non importat aliquam uocẽ ſenſibilem, ſed intelligere Dei practicum, quod includit ipſum uelle: quia ſecundum formam ſuę diſpoſitionis & uoluntatis, ſequitur effectus. parte 1. 24.D.Item parte 4. 186.B. circa fine.
dicitur aliquid bene, aut quia congruit dicenti, aut rei dictæ, aut congruit utriq;.parte 5. 225.C.
dicta Hebræorum recipienda ſunt, & eis inhærendum eſt quantum cõſonant rationi & literæ ueritati. Imo recurrere debemus ad textum hebraicum, tanquam originale pro ueritate textus declaranda in dubijs &c.parte 1. 3.G.
dicta omnia non ſolum ex ſermone, qui dicitur penſanda ſunt, ſed ex perſona dicentis.parte 1. 320.A. in fi.
dicta utilitatem non habent, ſi intellectu carent, parte 3. 31 B.
dictamen rectæ rationis eſt quaſi quoddam ueſtigium impreſſum mentibus humanis.parte 3. 48. C.
dictamen legis naturalis eſt quædam impreſſio diuinæ legis in nobis. parte 3. 228.H.
dictio vna in diuerſis idiomatibus diuerſa ſignificat. Sicut hæc dictio iam, in Hebræo ſignificat mare. In Latino eſt aduerbium temporis. parte 1. 107.H.
dictiones multæ ſacræ ſcripturæ ſecundũ Hebræos ſunt æquiuocę, propter quod eadem litera aliquando uariis ſignificationibus & ſenſibus accipitur.parte 1. 67.G.
dictio excluſiua addita uni perſonæ in diuinis reſpectu termini eſſentialis non excludit aliam, ſed potius includit &cæt. parte quinta. 40.D.& 206.D.
didymus Alexandrinus, captus a parua ætate oculis, & ob id elementorum ignarus, tantum miraculum ſui omnibus prebuit, ut dialecticam & geometricam (quæ maxime viſu indiget) uſq; ad perfectum didicit. Is plura opera nobilia conſcripſit.parte 2. 11. A.
didrachma duplex reddenda eſt imperatori omnium.ſ.pœnalitas corporis, ut fames & ſitis. Item pęnalitas mentis.ſ.timor, & triſtitia &c. parte 5. 55.D.
didrachmæ, myſtice & moraliter uario modo exponũtur.parte 1. 263. A.& B.
dies & nox diſtinguuntur per lucem & tenebras.parte 1. 24.D.
dies quid eſt.parte 1. 24.F.
dies hebdomadæ apud Hebræos denominantur a ſabbato, quia denominatio fit a digniori.parte 5. 86.H & 120.D.& 240.F.
dies omnes hebdomadę paſchalis uocabantur ſabbata, & quare prima tantum dies & ſeptimo erant celebriores intermediis.parte 5. 119 H.
dies hoc nomen in plurali inuenitur acceptum pro duobus diebus naturalibus, & pro anno uel annis indeterminate. parte 2. 93.B.
dies ſex diſtinctos habet unuſquiſq; noſtrum in rectis operibus & recta uita, poſt quos debet quietem ſperare.parte 1. 25 E.F.G.& 24. F.& 34.A.
dies quare ubiq; repetitur in aſſignatione primorum ſex dierum temporis.parte 1. 24.E.
dies unus dicitur quo fecit Deus cœlum & terram: & inſinuata eſt omnis creatura ante peccatum animæ.parte 1. 33.C.
dies an longior fuit ſub Ioſue, uel ſub Ezechia. Et de hoc narrãtur opiniones &c.parte 2. 17.A.B.C.D.
diem dicere non fuiſſe longiorem nec breuiorem ſolito, & ſolem nõ retroceſſiſſe tempore Ezechiæ, an & quomodo probari poſſit.parte 2. 131. G.H.& 182.A.B.D.E.& G.
diebus ſex creationis mundi adaptantur ſex dies recreationis hominis. parte 1. 22.F.& G.
dies ſex pertinent ad uſum, ſeptima ad fruitionem.parte 1. 39.F.
in die ſecundo quare non dicitur: Et uidit Deus, quod eſſet bonum ſicut in aliis diebus.parte 1. 25.B.D.
dies duo ſunt attributi mundo uiſibili, ſupremæ ſcilicet & infimæ parti mundi, tres reliqui deputati ſunt uiſibilibus & mobilibus mundi partibus, quæ intra mundum creantur. parte prima.fo. 26.A.
dies illi primi ſex utrum præterierunt, & addito ſeptimo nunc per uolumina temporum non re, ſed nomine repetantur. parte prima. 34.B.
dies ſex prȩcedentes ſicut dicuntur tempus productionis, ita dies ſeptimus & deinceps dicuntur tempus gubernationis. Ibidem.D.
diem ſeptimum ſanctificauit dominus in quo requieuit: & non illum quo facienda inchoauit, nec illum quo fecit ea, & quare. Ibidem.E.
dies ſeptimus an & quomodo mane & ueſperam habet parte 1. 34.E. & 35.A.& B.
diem ſeptimum quando creauit dominus: In ipſo enim nihil fecit, ſed ab his, quę fecerat requieuit. Quomodo ergo requieuit in die quem non creauit &c.parte 1. 34.F.G.& 35. A.
dies ſeptima ad hoc deputatur, ut homo vacet & occupetur in cõtemplatione creatoris ſui, & per hoc beatitudo in præſenti uita inchoatur quodammodo.parte 1. 34.H.
diei ſeptimi requies poſt opera ſex dierum, ſignauit diem ſabbati, quo Chriſtus in ſepulchro quieturus mundum reſtaurauit. parte 1. 35.B.
dies naturalis.xxiiij.habet horas, & ex duabus partibus integratur, quia complectitur diem & noctem. parte 1. 24. F.
dies artificialis, quis dicatur.parte 3. 115.G.
dies artificialis ſecundum Hebręos incipit ab ipſo mane, & terminatur in ueſpere ſequẽti. Dies autem naturalis ſecundum eoſdem incipit a principio primæ noctis & terminatur in principio noctis ſequentis.parte 1. 31. B.
dies ſecundũ doctores noſtros computantur a mane uſq; ad mane &c. Et de hoc rationes dantur, Ibidem.
dies more antiquorum a pręcedente nocte incœpit. parte 5. 43.B.
diebus ſingulis facere debemus opus Dei, ſcilicet ipſi Deo & proximo: & quomodo.parte 2. 241.G.
dies præſciti nec augeri nec minui poſſunt, niſi contingat ut ita pręſciantur, vt uel cum operibus optimis ſint lõgiores, uel cum peſſimis breuiores.parte 3. 35.G.
Quiſq; ſibi pręſtat ut in bonis diebus ſit aut malis; & habeat dies Ieſu uel iuſtorum aut impiorum, & quomodo dies Ieſu aſſequamur &c. parte 2. 32.G.in princ.
dies in ſacra ſcriptura, aliquando accipitur pro anno, aliquando pro mẽſe.parte 1. 134.D.Item parte 4. 217.G.H.& 328.B.
dies pro omni tempore ponitur, ut cum Apoſtolus dicit: Ecce nunc dies ſalutis, ſignificat totum tempus quo hic uiuimus. parte prima. 35.B.
dies quomodo & pro quo accipitur, cum dicitur: In die quo fecit dominus Deus cœlum & terram & omne virgultum &c. Ibi.
dies Chriſti uel tempus intelligitur tempus paſſionis & reſurrectionis, ſecundum quod ipſe dixit imminente paſſione: Tempus meum prope eſt &c.parte 1. 65. C.
dies dominica quibus priuilegijs ſit dotata.parte 1. 279 B.& C.
dies dominica ſabbato Iudæorum comparatur, & declaratur dominica noſtra ſuo ſabbato prælata.parte 1. 156. E.
dies dominica non obſeruatur cum tanto rigore, ſcilicet vacatio ab operibus manualibus, ſicut in ue.le. quia poſſunt parari cibaria & aliqua alia fieri die dominica, quæ non erant licita in ſabbato. Et quare.parte 1. 164. F.
dies dominica ſeruatur loco ſabbati. Et quare.parte 1. 164.G.
die dominica qui adulteratur tranſgreſſor eſt duplicis pręcepti.parte 1. 164.F.
die ſabbati non ſolum manibus proprijs, ſed nec per manus gentilium licebat Iudæis operari, exceptis his, quę ad ueſcendum pertinebant. parte 2. 141.G.
die ſabbati non erat licitum vaſa locare uel accõmodare gentilibus ad faciendum opera ſua, puta ſecurim ad ſcindendum ligna, & ſimilia. parte 1. 172.F.
die ſabbati non erat licitum Iudæis conducere uel accõmodare genti li iumentum ad opus faciendum.parte 1. 164.D.
dies ſolennes omnes, qui ſemel celebrantur in anno, ut Paſcha, Pentecoſte & huiuſmodi, & qui in qualibet hebdomada, vt ſabbata, & qui in quolibet menſe ut neomeniæ, & dies determinati ad ſolennizandum, ſicut ſunt dies uictoriæ de interfectione Holofernis, & de interfectione Aman, omnes dies prædicti apud Iudæos fuerunt immunitatis ab omni exactione & uexatione. parte 4. 449.C.
die claro Noe ingreſſus eſt in arcam ad oſtendendum, quod poterat Deus eum tueri a malis hominibus illis temporibus, qui cogitauerũt eum occidere.parte 1. 54.G.
dies pro labore dierum accipitur ſecundum illud. Et videbantur illi pauci dies præ amoris magnitudine, quia labor alleuiabatur. & uidebatur paruus propter amorem.parte 1. 91. C.
dies peregrinationis vitæ meæ parui & mali &c. Sic dixit Iacob patriarcha. Et dixit dies malos ſextuplici de cauſa.parte 1. 114.C.
dies quatuordecim fluxerunt ad minus a receſſu Moyſi a Pharaone & percuſſione primogenitorum Aegypti: in quibus populus ſe præparauit ad celebrandum paſcha & ad recedendum de Aegypto.parte 1. 145.D.
dies mercennarii non ſunt appetibiles ratione laboris, ſed ratione mercedis poſt laborem recipiendæ: & ideo dies optata mercenarij, eſt dies pro præmio.parte 3. 33.C.
dies notat nouum Teſta. in quo eſt ueritas reuelata, & nox deſignat uetus, & quare.parte 3. 111.F.
dies & nox, quæ cauſantur ex motu ſolis: proprie non erit in generali reſurrectione, quia ceſſabit motus cœli: ſed dies cauſatur ex latione ſolis ſuper noſtrum hemiſpherium &c.parte 4. 421.D.
dies iudicij hominibus exiſtentibus in conuiuijs & feſtiuitatibus tamquam ſecuris & nihil timentibus repentine veniet.parte 5. 176.C.
diem iudicii non eſt opus ſcire poſt quantum temporis futurus ſit, ſed quo modo.parte 6. 112.E.
dies nouiſſimus erit dies reſurrectionis uniuerſalis, quæ quidem reſurrectio ordinatur ad hoc, quòd electi ſint perfecte beati. parte 5. 209. D.
dies nouiſſimus mundi, in hoc quemq; comprehendet, in quo inuenerit eum ſuus nouiſſimus dies.parte 6. 114 E.
in die iudicii ſi fiduciam habeamus, probare poteſt quicunq; quantum in charitate profecerit.parte 6. 133. F.
dies decem notant tribulationem perfectam, uel decem tribulationes, vel decem præcepta decalogi. parte 6. 243. H. & fol. 244.E.
dies dicitur mundi proſperitas vel peccati delectatio.parte 3. 10.F.
dies iudicij in ſcriptura ueteris & no. Teſt. dicitur dies mala & terribilis denotans genus humanum, in quo ſunt plures mali quàm boni. parte 3. 154. C.




VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

dies feſtos ſuos habet Deus.parte 1. 314.G.
dies feſtus omnis,qui hic agitur in parte geritur: non in integro:ſed cũ exieris de Aegypto,tunc erit tibi perfecta feſtiuitas.parte 1. 322.C.
diem ſuum habet hic anima peruerſa, & pacem habet in die ſua. Sed in die aliena reſtat æterna damnatio.parte 4. 188.B.
diem quendam gratiæ ſpiritualem fecit præſentia Chriſti,qui eſt ſol iuſtitię in humanitate aſſumpta,ſicut præſentia ſolis ſuper terram facit diem. Et durauit dies illa a Chriſti natiuitate uſq; ad eius aſcenſionem.parte 5. 214.B.
dies una eſt tota vita præſens.parte 2. 8.A.
dies bonos quidam incipiunt,ſed in malis continue perſeuerant;alij dimidiant,alij implent dies bonos, & alij moriuntur in Aegypto, alij in deſerto,alij in terra ſancta &c.parte 3. 163.A.
dies dicũtur mali quare,quando,& unde inceperunt mali dici. parte 6. 96.G.
dies mali dicuntur breuiare,longæui autem & multi ſpacij, dies boni, in quibus domino ſeruimus.parte 2. 33.B.& 214. A.
diebus ſolennibus & feſtiuis licitum eſt lautius uiuere quàm alijs temporibus.parte 9. 262.H.
diebus ſolennibus diabolus fortius impugnat homines ſanctos, & quare.parte 4. 447.F.
dierę tres ſunt accipiendæ procedendo per uicos ciuitatis Niniue ubique.Sic enim Ionas habebat facere, denunciando populo ſubuerſionem ciuitatis.parte 4. 375.H.

D I F F

difficile eſt valde in bonis operibus patenter factis,vanam gloriam totaliter euitare.parte 5. 23.C.
difficile eſt magna agere, & de magnis apud ſe fiduciam non habere. parte 3. 8.B.
difficile eſt plures eſſe bonos.parte 4. 115.C.in fine.
difficile eſt potentes & eloquentes in mundo ad Chriſti humilitatem conuerti.parte 4. 376.A.in princ.
difficile intus uincitur,quod exterius iudicatur.parte 3. 18.G.
difficilius extirpatur ſpiritalis belli.i.iactantia,ſuperbia, vel uanagloria,quàm carnalia uitia.parte 1. 340.E.
difficultas diſcendorum poteſt contingere dupliciter.parte 6. 142.F.
difficultas triplex in pœnitentibus ad opera virtutum. Prima,corruptio naturę,ſecunda,habitus vel inclinatio, tertia, difficultas operis virtuoſi. parte 5. 161.D.
difficultas qua homo a peccato nõ poteſt reſurgere non eſt ex parte diuinæ potentiæ,ſed ex parte peccatoris.Et quare.parte 4. 359.C.
diffidentia de adiutorio Dei peccatum eſt.parte 2. 23.E.
diffidentia de Deo quantum ipſi Deo diſpliceat, in Iacob patriarcha oſtenditur.parte 1. 96.F. Et in Ioſeph patriarcha 106.E.
diffuſio gloriæ ipſius animæ in reſurrectione redundabit ad corpus & per conſequens ad vires ſenſitiuas, quæ ſunt totius coniuncti. parte 3. 388.F.
diffuſio ſiue dilatatio diuini cultus in Ieruſalem per bonum odorem ſignatur.parte 3. 412.D.

D I G

digero multa ſignificat.parte 6. 209.F.
digitus Dei eſt hic,quomodo intelligendum ſit,vel pro diuina uirtute, uel pro uirtute alicuius dæmonis ſuperioris per artem magicam operationem inferioris impedientis. parte 1. 140.G.
digiti ſcribentes in pariete,mane,techel,phares, quid notant moraliter.parte 4. 306.B.
dignitas & gloria prælati conſiſtit in bonitate ſubditorum,ita delectio ſui honoris,eſt in eorum peruerſitate.parte 1. 198.G.
dignitas omnis ſeculi,diabolicæ ſubiacet poteſtati,parte 5. 136.E.
dignitas ſacerdotalis & regia conſiſtebant in hoc, quòd inſtituebantur reges & ſacerdotes per ſacram unctionem. parte 4. 100.B.
dignitas ſacerdotalis & regia debent plenè & legis & euangelij doctrinam habere & perfecte ſeruare.parte 2. 209.F.
dignitatis ſuę gradum quem a domino perceperunt,qui cupiditate corrupti non cuſtodiunt,ſignificantur per Abiathar &c.parte 2. 212.B.
dignitatem perdidiſſe propenſius malum eſt, quàm non habuiſſe. parte 6. 20.E.
dignitatum nomina in conſummatione mundi tollentur, & vnus grex humilis ſub manſueto paſtore manebit.parte 4. 400.F.
dignus eſt,qui ſaluat indignum,& ex dignitate ſua facit dignum,quem culpabilis uitæ tractus faciebat indignum.parte 2. 239.C.

D I L

dilatatio Perſarum,Medorum,& Grecorum ad alias partes intelligitur per hoc quòd animalia & rotæ ad quatuor partes ibant & non reuertebantur.parte 4. 112.E.
dilectio fortis eſt ut mors,& quomodo, & quare.parte 6. 126.B.
dilectio Dei fons eſt omnium virtutum. Dilectio mundi omnium uitiorum.parte 6. 230.F.
dilectio Dei dedit nobis vt diligeremus eum.parte 6. 233.F.
dilectio Dei per timores naſcitur,ſed in affectu creſcendo mutatur.parte 1. 338.C.
dilectio compaginat corpus Chriſti, ut ſit unus Chriſtus. parte 6. 234.A.
dilectionis cauſa eſt aliquid dupliciter.primo quia eſt ratio diligendi. Secundo quia eſt uia quędam ad acquirendum dilectionem.parte 6. 233.H
dilectio eſt certum ſignum,quo diſcernitur filii Dei & filij diaboli &c. parte 6. 231.F.
dilectionis diuinę actus quomodo prior eſt nobis,et quomodo dicitur. Appropinquate Deo,& appropinquabit vobis.parte 6. 215.B.
dilectio fratru,qui videtur ſi non habetur,Dei dilectio minimè haberi arguitur: ſed hoc quomodo,cum Deus prior diligendus ſit.parte 6. 234.B.
dilectionem ordinatam qui habet,ille ſancte & iuſte viuit.ſ.quæ qualiter,& quomodo. parte 6. 116.F.
ex dilectione Dei principaliter, & ex dilectione proximi cõſequenter, in operabilibus omnia dependent, ſicut in ſpeculatiuis omnes concluſiones dependent ex hoc principio.De quolibet affirmatio vel negatio &c.parte 5. 7.C.D.
dilectionis ſui ipſius præceptum an & vbi datum ſit.parte 6. 116.F. Item parte 1. 338.A.
dilectionis præceptum ex toto corde &c.importat interiorem motum cum magna promptitudine, & hoc eſt difficillimum: ideo expreſſio huius præcepti rationabiliter fuit reſeruata ad tempus ultimum totius doctrinæ Moſaicæ &c.parte 1. 339.H.
dilectionis Dei præceptum ex toto corde &c.quare præcipitur illa perfectio,quamuis in hac uita non poſſit haberi.parte 1. 338.A.& 339. G.Item parte 6. 102.C.
dilectionem Dei & proximi tantum monere videtur Iohannes ut fratres diligamus,cum dominus dicat,& pro inimicis orandum, quomodo intelligendum,parte 5. 23.B.Item parte 6. 2.& 233. E.& F.
dilectionis cauſa per ſe eſt ſimilitudo.parte 3. 66.D.
dilectio amici intelligenda eſt per imitationis ſimilitudinem, & non per æqualitatem.parte 1. 247.G.
dilectio alicuius rei facit de illa re frequẽter meditari. parte 3.265.G.
dilectio qua diligenda diliguntur,ita amanda eſt,ſicut odienda eſt dilectio qua non diligenda diliguntur.parte 3. 263.F. in fine.
dilectionis vires homo ignorat, niſi experimento cognoſcat. parte 1. 77.A.
dilectio proximi ordinatur finaliter ad dilectionem Dei,ex quo ſequitur,quòd præceptum de dilectione Dei habet rationem finis, & per conſequens principij:reſpectu omnium præceptorũ.parte 6.338.C.
dilectio Dei maxime nutritur mititate & humilitate.parte 6. 40.F.
in dilectione Dei neceſſaria eſt fides & vita.In dilectione proximi patientia & benignitas.parte 4. 272.per totum.
dilectio Dei ſpecialis ad populum Iſrael deſcendit a Iacob,& alio nomine dictus eſt Iſrael.parte 4. 423.G.
dilectio Dei erga Iacob, & odium erga Eſau fuerunt ſigna electionis & reprobationis æternæ. parte 6. 21.F. Item parte quarta. 423.H.
dilectio Chriſti fuit gratuita,& diſcreta & neceſſaria.parte 5. 224.F.
dilectores mundi nihil habent niſi tria,quibus omnia vitiorum genera comprehenduntur.parte 6. 230.A.
dilexit Deus Iacob,& odiuit Eſau,cum nondum nati &c.quare,& propter quid parte 6. 21.F.
diligamus filios Dei,ut diligamus filium Dei,cuius membra ſunt. parte 6. 234.A.
diligendus omnis homo.Sed cum omnibus prodeſſe non poſſis,iis potiſſimè conſulendum eſt,qui pro locorum & temporum uel quarumlibet rerum oportunitatibus conſtrictius tibi coniunguntur.parte 6. 88.F.& 116.F.Item parte 1. 338.C.
diligendus eſt inimicus,& quomodo.parte 6. 88.F.
Nihil diligendum diligitur, ſi ipſa dilectio non diligitur parte tertia. 363.G.
diligendi ſunt,qui perſequuntur,& amici vitandi ſunt,qui mala ſuadẽt. parte 3. 270.A.
diligenda ſunt quatuor ex dilectione.ſ. Deus,anima,proximus, & corpus proprium.parte 5. 230.H.Item parte 6. 232.C.
diligendus eſt peccator,non inquantum peccator eſt,ſed omnis homo inquantum homo eſt,propter Deum diligendus.parte 1. 338.A.
diligere eſt alicui velle bonum.parte 5. 142.B.
diligere poſſumus inuiſa,incognita autem nequaquam.parte 5.166.G.
diligere conditorem ſe fruſtra credunt, qui eius monita contemnunt. parte 3. 356.A.
diligere debes Deum ex toto corde &c.proximum uero ſicut teipſum, inimicos non ex tota virtute,non ſicut teipſum,ſed ſimpliciter.Sufficit enim quòd diligamus, & non odio habeamus.parte 3. 357.H.
ſicut non poteſt diligere proximum,qui non diligit ſe.Se autem non diligit,qui diligit iniquitatem.parte 6. 78.B.
diligere dicitur ordinate,qui quod non eſt diligendum,non diligit, & diligẽda diligit:nec plus quod minus eſt diligendum,nec æqualiter, quod plus uel minus,nec plus uel minus,quod æque eſt diligendum. parte 1. 338.A.
diligere proximum: & præceptum de dilectione proximi erga proximum adimplere,utrum ſit perfectius quàm implere cætera mandata circa eum,præter præceptum dilectionis.parte 1. 149.C.
diligere proximum utrum ſit de præceptis iuris naturalis primo per ſe notis Ibidem.
diligere proximum,utrum ſit præceptum difficilius cæteris præceptis quæ ordinant ad proximum.Ibidem.
diligere iubetur anima tripliciter,q̃a triplicis eſt naturæ.par.1.338.C.
diligere Deum ex toto corde contingit dupliciter &cæ.Vno modo in actu.Alio modo habitualiter.Vt hoc iterum dupliciter.&c. parte 1. 339.E.
diligitur Deus non omnino ex tota anima, cum ineſt aliquid carnalis concupiſcentiæ,uel quod continendo frænetur.parte 1. 338.A.
diligere Deum ex toto corde &c.quomodo totalitas illa ſit intelligenda.parte 1. 339.E.
diligitur per odium, qui carnaliter ſapiens dum praua nobis indigerit non auditur.parte 5. 163.H.
Quæritur quis de duobus melior: an qui minus diligit Chriſtum,& ab eo plus diligitur:an quem minus diligit Chriſtus,cum ipſe eum plus diligat?parte 5. 243.E.& F.
diligens in proſperitate,incertum eſt,an proſperitas,an perſona diligatur.In bonis enim non agnoſcitur amicus,& in malis non abſconditur inimicus.parte 1. 338.C.
diligentia nimia in operibus humanis & negligentia in diuinis reprehenditur.parte 4. 403.C.
diluculum eſt diei principium,quando.ſ.primo incipit lux ſolis apparere. Sed aurora quando lux procedens irradiat uapores exiſtentes in aere in parte orientiali.parte 3.71.D.Item parte 2. 44.B.
diluculum deſignat pueritiam ſicut ueſpera ſenectutem.parte 4.192.B.
diluuium ex tribus elementis proceſſit.ſ.aqua, terra & aere. parte 6. 227.C.Item parte 4. 352.F.
diluuium generale non proceſſit ex cauſa naturali, ſed ſupernaturali, nec generale poteſt eſſe natura quamuis particulare in aliqua parte terrarum habeat cauſam naturalem.Et ideo deridendi ſunt, qui huius diluuii uolunt cauſam naturalem aſſignare &c.parte 1. 53.F.
diluuium quando incœpit deſinere,ſ.aquæ quolibet die decreſcebant æqualiter,& hoc eſt ſatis probabile.parte 1. 54.G.
diluuium & ſi fuit vnum de maximis euentibus mundi narratione dignis,non tamen ſcriptura faciens mentionem de eius initio computat annos a creatione mundi,quia non dicit:In tali anno poſt creationem mundi contigit diluuium,& quare.parte 1. 149.G.
diluuium venit propter peccata hominum,& fuit in pęnam hominum non dæmonum.parte 1. 50.D.
diluuium principaliter inundauit propter peccata gigantum. parte 3. 380.H.
diluuium terræ ſterilitatem induxit. parte 1. 50.H.

D I M

diminutio populi Iudaici per Romanos facta fuit tanta, immo maior quàm illa,quæ fuit facta per Aſſyrios & Chaldæos &c.parte 4. 344. C.D.Vide in Iudæi quot a principio &c.
dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimit. Dimiſſio peccatorum poteſt intelligi dupliciter. Vno modo quantum ad offenſam,& hoc eſt neceſſitatis.Alio modo quantum ad iniuriam,& hoc eſt ſupererogationis.parte 5. 25.H.

D I N

dina filia Iacob in die ſolennitatis uolens uidere mulieres ornatas & ſibi emere ornamenta, per Sichen filium Emor rapta fuit. parte 1. 97.H.

D I O

diogenes quomodo adulationem aſpernatus ſit.parte 5. 39.B.
dionyſius tyrannus quomodo probauit anxietatem & timorem preſentis vitæ,& quomodo ipſe eſſet in continua anxietate probauit amico per gladiũ acutiſſimum ſuſpenſum ſuper eundẽ.parte 3. 35.C.D.
dionyſius tyrannus cum pene totius Siciliæ tyrannidem accepiſſet,maximarum opum dominus,exercituum dux,& rector claſſium, equitatuum potens,propter inopiam literas puerulos Corinthi docuit. parte 1. 10.F.
dionyſius Ariopagita quomodo uidit lunam retrocedentem ab oriente, & ſupponere ſe ſoli tempore eclipſis in crucifixione Chriſti &c. parte 6. 195.B.& C.
diotrepes hæreſiarcha tempore beati Iohannis apoſtoli,aſſerens inutilem hoſpitalitatem,parte 6. 236.E.
dioſcorus menſis apud Grecos,qui apud Latinos vocatur Iunius,& quare ſic dicitur.parte 4. 474.A.

D I P

dipondius quid ſit.parte 5. 157.B.D.
dipſas genus aſpidis,quæ Latinè dicitur ſitula, quemcunq; momorderit ſiti perit &c.parte 1. 341.E.& F.
dirigi quiſquis voluerit magis optet audire,quàm loqui.parte 3.395.E.
dirigit non ſolum opera, ſed & cogitationes dominus, quando (quem nihil latere nouimus)in cunctis,quæ agimus, in memoriam reducimus,& illius flagitamus auxilium.parte 3. 324.B.

D I S

diſcendorum difficultas poteſt contingere dupliciter.parte 6. 142.F.
diſcere debet quilibet in præſenti uita,ne quid indiſcuſſum relinquat, ne cum non poſſit, diſcere incipiat.parte 1. 157.E.
diſciplina duplex.Vna quando pro peccatis ſuis mala quis patitur, ut corrigatur.Alia quæ ſcientia dicitur a diſcendo.parte 6. 159.B.
diſciplina vel miſericordia multum deſtituitur,ſi vna ſine altera teneatur.parte 1. 298.G.
diſciplinæ cẽſura ſi quis nõ premitur quaſi uas immundum pollutumque reprobatur.parte 1. 297.A.
diſciplinis ſecularibus,maxime philoſophicis, melius eſt ſe tradere, quàm in eccleſia illa permanere in qua omnis populus hęreticorum gladio & peſte hæretica moritur.parte 4. 140.A.
diſciplina omnis,quæ falſum aſſerit etiam ſi vehemens videatur & veriſimilis,tamen non debet ſapientia dici.parte 2. 308.E.
diſciplinam uel aſtrologicæ, vel magicæ,vel cuiuslibet doctrinæ, quæ contra pietatem eſt,baptizatus amplius non ſumat, qui abrenunciauit diabolo & pompis eius,& operibus eius & omni ſeruitio & uoluptatibus eius.parte 1. 332.E.
diſciplinę gentilium nihil mundum habent, quia nulla apud eos diſciplina eſt,cui non ſit aliquid immunditiæ,vel ſuperſtitionis admixtũ. parte 1. 354.E.
diſciplina rationabilis apud gentiles inuenta, ſignificatur per mulierẽ pulchram,cuius cæſaries radenda fuit & vngues circuncidendi.parte 1. 354.E.
diſcipulatus Chriſti dupliciter poteſt intelligi, vno modo generaliter ſecundum communem ſtatum fidelium,alio modo cum hoc,per obſeruationem conſiliorum parte 5. 163.G.
diſcipuli docilis modus eſt aurem ſuam humiliter inclinare ad uerba magiſtri ſui.parte 3. 197.F.
diſcipulis non ſtatim profunda & ſecretiora tradenda ſunt ſacramenta,ſed morum correctio & diſciplinę emendatio.parte 2. 36.E.
diſcipulorum differentia eſt ſicut in primogenitis mundis vel immundis:quidam cum obedientia,legis meditationem & ſcientiam acquirunt,quidam ſolam ſapientiam habent.parte 1. 264.E.
diſcipuli noſtri,quãdo ſunt pfecti nihil noſtri egẽt magiſterii.Ibidẽ.G.
diſcipulus audiens deuotè & intentè,accipit fructum ſacrę ſcripturæ a doctore: ſed quando habituatus incipit docere, tunc dat huiuſmodi fructum alijs tempore ſuæ doctrinæ.parte 3. 87.D.
diſcipulus mollis & effœminatus doctori peſtifero ſe ſubijciens comparatur mulieri,quæ ſuccumbit uiro.&c. 246.D.
diſcipulus doctrinam doctorum verboſorum ſequens & approbans, ſignificatur per pollutum ſuper mortuo,& iſti ſunt eiiciendi de ſcholis & fidelium collegijs.parte 1. 273.C.
diſcipuli ſub benigno magiſtro ſuperbientes, & contra perſonam eius vel doctrinam irreuerenter loquentes,grauiter ſunt obiurgandi, ſicut Aaron & Maria &c.parte 1. 282.H.
diſcipuli Iohannis Bap.in tribus deficiebant. primo,quia de abſtinentia ſe iactabant, ſecũdo,quia Phariſæis ſe coniungebant,tertio,quia Chriſtum arguebant ex defectu abſtinentiæ parte 5. 33.G.
diſcipuli Chriſti in charitate dinoſcuntur,non in prophetia,fide & alijs, quæ habent & non diſcipuli.parte 6. 54.A.
diſcipuli, qui adhæſerunt Chriſto ante miracula ipſi adhæſerunt ex Iohannis teſtimonio inchoatiue.parte 5. 194.D.
diſcipuli Chriſti duplici de cauſa dæmoniacum quendam non poterãt curare.parte 5. 54.H.& 150.D.
diſcipuli Chriſti nondum in bono confirmari erant aliquid humanum paſſi, quia moti fuerunt quodam zęlo inuidiæ contra tres, qui aſſumpti fuerunt in transfiguratione &c.parte 5. 150.D.
diſcipuli prophetarum dicuntur eorum pueri ſiue filii.parte 4. 23.C.
diſcipuli Chriſti propter perſecutionem quando debent fugere,& dare locum iræ,& quando non parte 5. 37.F.& 201.G.
diſcipuli adhuc imperfecti dicuntur pulli,& quare.parte 3. 76.H.
diſcipuli ſermonem dominicæ paſſionis totiens replicatum intelligere non ualent,& quare.parte 5. 171.F.G.
diſcipuli duo euntes in Emaus,vnus erat Cleophas,alter Lucas,ſed nomen ſuum tacetur.parte 1. 182.D.
diſcipulus humilis ſignificatur per Nicodemũ,& quare.parte 5.194.H.
diſcit modo libenter dicere,quod didicerit non libenter audiri.Hoc de detractore dicitur.parte 3. 333.E.
doctor alicuius apud Iudæos & Latinos habetur ſicut pater eius. parte 3. 432.G.
doctores Iudæorum tempus Meſſiæ determinantes quomodo cæcitatem incurrunt, & quæ ſit cauſa huius cæcitatis. parte 4. 54.H
doctores Iudæorum moderni temporis multa illicita in lege relaxauerunt, & multa licita reſtrinxerunt, male interpretantes ſcripturam. parte 1. 219.C.
doctrina duplex eſt. Quædam non excedit facultatem humani intellectus, Alia excedit facultatem humanam &c. parte 5. 17.D.& 30.B.& 194.B.G.& 121.C.& 138.C.& 203.C.
doctrinæ excellentiam faciunt mirabilem duo: primum, quando ille qui docet, ætatis eſt teneræ, ſecundum, quando illi qui docent ſunt ſimplices & idiotę. parte 1. 12.G.
doctrina aliqua confirmatur per aliquid quod eſt minoris autoritatis, & quare. parte 3. 203.A.

doctores

doctrinæ

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

doctrinæ omni non conuenit idem modus.parte 6. 34.G.Item parte 2. 208.E.
doctrina nulla adeo falſa eſt, quæ non aliqua uera intermiſceat.parte 6. 80.B.& 161.E.Item parte 1. 37.H.& 273.A.
doctrina non capitur niſi in quiete.parte 5. 225.C.
doctrina ſine vita non eſt integra.parte 3. 261.B.
doctrina bona confirmatur per opera bona docentis.parte 3. 392.D.
doctrina ſapientum in principio non videtur pulchra, quia difficilis eſt ad capiendum & tædioſa &c.ſed habitis principijs efficitur delectabilis,& videtur pulchra.parte 3. 330.G.
doctrinæ rectæ aliquid prauæ intentionis addere uel aliquid veritatis ſubtrahere vetatur:& hoc quo ad additionem deprauantem intellectum legis, non autem de declarante, aut elucidante intelligitur. parte 1. 334.E.& F.
doctrinę euangelicæ excellentia oſtenditur ex quatuor, & veritas eiuſdem oſtenditur.parte 6. 57.B.in fine.
doctrinæ donis aliquos replet Deus, qui inde ſuperbientes eum prouocant, qui & per ſe prædones, peruerſe uerba iuſtorum vſurpant, & tamen bona quæ habent a Deo acceperunt.parte 3. 30.A.
doctrinæ prauæ ſpecies ſunt multę, & per quæ ſignificantur. parte 1. 140 F.
doctrinæ peruerſæ proceſſus ſecundum gradus quot & qui ſunt. parte 3. 87.C.D.
doctrinæ ſanæ progreſſus ſecundum gradus, quot & qui ſunt. Ibidem D.
doctrina falſa Phariſæorum ſimilis eſt veræ, vt ſtannum argento. parte 4. 6.E.
doctrina veritatis impeditur per tria: primo ſcilicet, per malam vitam doctoris. ſecundo, quia timet vel erubeſcit tangere vitia magnorum. tertio, per acceptionem perſonarum.parte 3. 392.C.D.
doctrinam ſanctorum patrum non debemus declinare & nouellos doctores audire. parte 3. 396.F.
doctrina alia debet eſſe qua rudes imbuuntur ad fidem, & alia qua iam perfecti inſtruuntur ad ſcientię plenitudinem: & per quid ſignificatur, parte 2. 172.E.
doctrina euangelij ita condita eſt per ſcriptores noui Teſtamenti, vt ſanctæ trinitatis fides pleniſſime in ea contineretur, & totius decalogi ſumma perfectio in duobus præceptis charitatis demonſtraretur. parte 2. 311 A.
doctrina eccleſiaſtica ſi eſſet ſimplex, & nullis extrinſecus hæreticorũ dogmatum aſſertionibus ſcinderetur, non tam clara & tam examinata videretur fides noſtra, parte 1. 291.C.
doctrina eccleſiaſtica per patientiam doctorum quàm ſit perfecta monſtratur. quia dum magis afflictionibus ac morti corpus ſubdere quã a docendo ceſſare voluerunt, oſtendebant quantum eſſet ſalutaris quam tanta conſtantia defenſare curabant, parte 3. 327.B.
doctrinam catholicam contradicentes oppugnant, vt fides noſtra non ocio torpeſcat, ſed exercitijs elimetur.parte 1. 291.C.
doctrina hæretica quæ nec veteri nec nouo Teſtamento concordat, & auditorum corda conturbat, & de gente in gentem pergens ſeditionem excitat.parte 3. 417.A.
doctrina ſacra condemnat doctrinas falſas & ſuperſtitioſas, & quidquid in doctrinis alijs ſibi contrarium reperitur.parte 1. 138.D.
doctrinæ perfectæ capaces nõdum ſumus, ſed poſt longa exercitia, poſt profectum plurimum, cum proximi ſumus ad perfectionis fidem: tunc ſolidioris cibi capaces efficimur.parte 1. 157. A.
doctrinæ quam diligis, ſi vis conferri bonam opinionem, noli fugere officioſum laborem.parte 1. 92.F.
doctrinæ ſermonem pleriquæ ſecundum proprias paſſiones temperãt, & quos ipſi diligunt commendant, & ergo ſic docentes, doctrinam ſuam corrumpunt, nec Deo filios faciunt.parte 1. 240.F.
doctrinæ Chriſti diuerſus fuit effectus, in bonis & malis, parte quinta. 216.H.
doctrina & ueritas erat in rationali, & fuit habitus pectoris ſummi ſacerdotis &c.quid & quomodo. Vide in Rationale iudicij.
doctrina ſacri eloquij per munda prædicatorum ora miniſtratur &c. Et ſignificatur per labium aureum arcæ,&c.parte 1. 478.A.
doctrinæ cæleſtis ſubtilitas aſſimilatur ad minutam manna, quæ pilo tonditur vt literalis ſenſus extirpatur.parte 1. 157 E.
doctrinæ panem non habent Iudæi exceptis decem præceptis: quia veram prophetarum expoſitionem Chriſtum in plerisque prophetatum prædicantem fugiunt: alia quæ ſunt in lege nolunt ſpiritualiter accipere, Locus enim deſtructus eſt in quo ſacrificia fiebant & oblationes &c.parte 1. 261.E.
doctrina in auditorio Chriſti legis & prophetarum, comparatur nuci, & quare. 292.C.
doctrina legis pluuiæ & rori comparatur, & quare. parte 1. 369.A. in fine, & B. in princ.
doctrina euangelica in pomis & rore cæli ſignatur.parte 1. 374.E.
doctrina legalis in vertice antiquorum montium & pomis collium æternorum ſignatur. Ibidem.
doctrina doctorum eccleſię per quam fides defenditur & roboratur, & fideles de moribus inſtruuntur, ſignificatur per columnas &c. parte 2. 139.D.
doctrina intelligitur per aquas quæ amaræ ſunt & quandoque dulces & potabiles.parte 2. 163.D.& 165.E.
doctrinæ ſanctæ latior & apertior ſermo ſignificatur per phialas hauſtum ſapientiæ pie ſitientibus impendit, parte 2. 217.G.
doctrina ſapientiæ comparatur meli & fauo.parte 3. 332.A.
doctrina ſacra per virgam ſignificatur, quæ meram continet veritatem parte 1. 137.H & 292.D.
doctrinæ celeſtis initium accipimus a principibus populi Chriſtiani id eſt angelis, cum primum ad cultum Dei venimus. Et de hoc ſimile, parte 2. 37.A.
doctrina & inſtructione ſacerdotis prius gubernamur, ſed poſtea proficere & intellectum noſtrum adijcere debemus, parte 1. 263.F.
doctrina Chriſti comparatur ſemini, cuius tres partes dicuntur infructuoſę, & tantum quarta pars facit fructum.parte 5. 44.C.
doctrina euangelica notatur per lucernam, quæ occultari non debet, ſed potius manifeſtari coram gentibus.parte 5. 146.G.
doctrina Chriſti, & eius facta iudicabunt infideles, quia oſtendent eos dignos damnatione, quemadmodum lex ciuilis dicitur iudicare latronem, inquantum oſtendit eum dignum iudicio, & condemnatione.parte 5. 223.G.
doctrina Chriſti fuit munda, pura, & perfecta, dictis prophetarum conſona, & ipſorum impletiua, & confirmata miraculis ſoli Deo poſſibilibus, quod ſufficienter debebat conuincere audientes ad credendum.parte 5. 231.D.
doctrina & eruditio an ceſſabunt in futura vita. parte quarta. 54.A.& C.
doctrina legis ordinabatur ad tria, ſcilicet ad cognitionem Chriſti, ad conſecutionem ſalutis, ad vnius Dei cultum.parte 5. 91.C.
doctrina prælatorum qualis debeat eſſe per conformitatem ad Chriſtum.parte 5. 20.D.
doctrinam curioſam in qua nunc multi theologizantes laborant, quale malum ſequatur.parte 4. 131.D.
doctrina eſt quoddam donum bonum, ſecundum illud Auguſtini: Tunc enim melius aliquid dabis, cum iniuſte petentem correxeris. parte 5. 22.G.
doctrinam & doctores veritatis quærentes deſtruere per quem ſignificantur.parte 4. 160 D.
doctrina habens commixtionem falſorum cum veris, eſt occaſio mœroris: illa uero quæ pura eſt, & ſana, gaudij & fructificationis. parte 1. 273 H.
doctrinæ corruptor & doctrinæ Iudæorum & idololatriæ ſeminator per quid ſignificatur, parte 1. 241.A.E.& G.
doctrina gentilium per ſata intelligitur, in qua ſunt multæ ſpicę.i.dicta philoſophica habentia grana ueritatis, paleis tamen vanitatis & falſitatis admixta.parte 5. 40.H.
doctrinæ gentium quæ non inutili ſtudio diſcuntur, ſignificantur per uaſa aurea.parte 1. 148.E.
doctrina philoſophorum eſt ſanguis.parte 1. 140.B.
doctrina ſtultorum fatuitas eſt: quia & ſi qua bona vſu eruditionis didicerint, quæ dicunt bona, fatuo corde contemnunt.parte 2. 325.A.
doctus tanto quiſque minus oſtenditur, quanto minus patiens.parte 3. 317.E.
docti multi qui ad docendum idonei videbantur, ob negligentiam ſuam inter indoctos reputabuntur.parte 5. 172.E.
docti ſeu literati non debent deſpicere ſimplices Chriſtianos circa terrena occupatos, & per quos ſignificantur.parte 1. 337.H.
documenta bona quorumcunque ſimplicium, verbis, aut exemplis ad bonos mores inducentium per quid deſignantur.parte 1. 37.H.

D O G

dogma omne contrarium veritati adorat opera manuum ſuarum. parte 4. 10.A.
dogmata gentilium quibus diſciplinæ liberales continentur, Chriſtus a gentilitate abſtulit, & in ſeruitium eccleſiæ conuertit: proſunt enim ad expugnationem erroris: & confirmationem veritatis. parte 2. 206.B.
dogmata impiorum & ſyllogiſmi philoſophorum dicuntur ciuitates & muri, quibus aſtruant impia quæque & diuinæ legi contraria. parte 2. 21.A.
dogmata hæretica ſignificantur per fermentum Phariſæorum, & cibus quibus populus Dei nutritus eſt, ſignificat ueram & integram doctrinam.parte 5. 104.E.& F.
dogmata ueritatis uectibus vrbium aſſimilantur.parte 2. 257. A.
dogmata erratica & lubrica philoſophorum, paruulos ſenſu & intelligentia decipiunt, & ſignificantur per aquas Aegypti. parte prima. 132.F.
dogmatum peruerſorum inuentores dicuntur torrentes, & quare. parte 3. 56. F.
dogmata peruerſa comparantur ſculptili & conflatili. parte 4. fo. 393.B.
dogmata falſa philoſophorum vel hæreticorum & ſuorum complicũ congregata comparantur diuitijs conſeruatis in malum domini ſui. parte 3. 348.A.
dogmatum prauorum peſtifera uerba per aurea vaſa Nabuchodonoſor intelliguntur, quæ eloquentiæ habent decorem, & inijciunt uenenum idololatriæ & turpiloquij, & eorum dogmatum, quæ animam occidunt.parte 4. 174.G.
dogmata praua dicuntur filij.parte 4. 344.A
dogmata execranda hæretici proferunt aliquando, ut etiam pagani ſtulti, qui diuina cognitione carent illorum deteſtentur infamiam. parte 6. 226. A.
dogmata hæreticorum turri babylonica deſignantur, qui mortua uero lumine ſuperbiam erigunt dogmatis contra Deum, volentes illicita curioſitate cœli altitudinem penetrare &c.parte 1. 58 F.

D O L

dolia & ſcyphi ſunt vaſa vinorum contentiua, & diliguntur propter uinum contentum.parte 4. 336.H.
dolens animus debet ſe cuſtodire, non de igne probatorio murmuret. parte 3. 8.E.
dolentem non poteſt conſolari, qui non concordat dolori. parte 3. 10 A.
dolentis conceptus ſolet exprimi pluribus modis: aliquando interrogatiue, aliquando optatiue, & aliquando aſſertiue, & alijs modis pluribus.parte 3. 26.C.
dolor duplex eſt, ſcilicet informis & formatus. parte 3. 141.B.& 229.B.
doloris & mœſtitiæ duplex ſpecies eſt, ſcilicet dolor bonus, & dolor malus.parte 4. 201.F.
dolor non ſinit placere, quod adeſt, & iam hoc expertus graue, conſolante deſiderio, aliud expectat.parte 3. 21.A.
dolor clauſus in corde intenditur quaſi intus violenter retentus & incluſus, ſed quando aperitur exterius per fletus, ſiue per querulationem minuitur & alleuiatur.parte 4. 216.G.Item parte 3. 25. G.& 32.C.& 36.G.
dolor & triſtitia facilius ſuſtinetur, quando habet quis ſibi amicos compatientes, quaſi partem doloris ſecum portantes. parte tertia. 20. C.in fi.
doloris vis exaggeratur, quando delectatio qua ſe ſolebant homines conſolari ſuſpenditur.parte 3. 290.B.
dolor ſolet mitigari per amœnitatem ſuauitatem loci, parte 3. 9.D.
doloris vim mitigat, æquitas & potentia ferientis, parte 3. 15.A.
dolorem duo releuant.ſ. ſomnus corporalis, & meditatio ſpeculatiua in vigilia, parte 3. 21.H.
dolorem interiorem & exteriorem mitigat ratio deliberatiua differenter.parte 3. 114.G.& 116.F.
dolorem minorem ingerunt mala quæ ab extraneis, maiorem, quæ ab illis patimur, de quorum mentibus præſumebamus, quia cum damno corporis, mala nos cruciant amiſſæ charitatis. parte 5. 37.B.
dolor medius eſt, quando ſeruatur conſuetudo in luctu. parte quarta, 246.F.
dolorum nimietas, aliquando grauat animam, ne poſſit æſtimare mala quæ patitur, & fit ſine mœrore.parte 3. 27.E.
dolor non eſt tantus in filia ſtuprata quantus in vxore polluta, nec tantus in occiſa vxore, quantus in filijs trucidatis. parte quarta. 364.E.
dolor foris cruciat quos cæcitas mentis intus obſcurat.parte 3. 27.E.
dolor & pœnalis anguſtia frequenter in ſacra ſcriptura ſignificatur per calicem.parte 4. 174.H.
dolor ſenſibilis in Chriſto fuit maximus inter dolores præſentis vitæ. parte 3. 116.B.
dolorem ſuper mortuos diuerſimode habent fideles & infideles. parte 3. 8.D.
non dolere de amicis mortuis uidetur eſſe duri & inſenſibilis cordis. Ibidem.C.
dolus quid eſt.parte 6.218.E.Item parte 3. 105.A.
dolus eſt occultus gladius.parte 1. 247.E.
In dolo iurat qui aliter facturus eſt quàm promittit. parte 3. 118. B.Interlinearis.

D O M

domeſtici ſi boni ſunt filijs malis in ordine charitatis pręponendi ſunt. parte 3. 157.F.G.
domitianus imperator ſecundam mouit perſequutionem contra eccleſiam poſt Neronem.parte 6. 249 G.
dominantur in homine nimis ſuperbia & luxuria: vnum eſt ſpiritus, alterum carnis.parte 3. 78.C.in fi.
dominator omnium aut hic per pœnitentiam conuerſis miſericordiam impertit: aut incorrectis ęternam pœnam infligit. parte 3. 374.F.
dominatum qua vtilitate homo inter cętera animantia percepit, & ad quos vſus, & ad quæ ſolatia ſunt hæc creata homini ſicut non peccaſſet.parte 1. 28.G.
in dominationibus & ſeruitutibus hæc clara iuſtitia eſt, vt qui excellunt ratione, excellant dominatione: ſed hoc in iſto ſeculo perturbatur.parte 1. 114 A.
dominium naturale fuit homini, vt quamdiu ſtaret in obedientia ipſius Dei, inferiora obedirent ei. Et hoc tribus rationibus. parte 1. 18.B.in fi.
dominus vbicunque ſecundo ponitur iuxta lxx. primum nomen tetragrammaton eſt: quod proprie ad Deum pertinet, & ineffabile dicitur: ſecundum commune, quod ſępe & in hominibus inuenitur. parte 4.251.A.Item parte 2. 304.A.
dominos multos habuit gentilis populus, qui non vni ſuperſtitioni deditus, ſed pro libitu immundorum ſpirituum raptabatur ad varios errores.parte 5. 173.B.
dominus ſic intendit ſingulis acſi vacet a cunctis, & ſic intendit omnibus acſi vacet a ſingulis.parte 3. 65.A.
dominus in ſuis eſt vt faciat templum & cęlum id eſt arcana ſcientes. parte 3. 101.E.
dominus cui eſt fortitudo & laudatio, tam non cadit quàm non cadit dominus. Illi vero cadunt qui ſibi volunt eſſe fortitudo & laudatio. parte 3. 260.E.
dominis multis obnoxius erit, cum ſemel quis cuilibet ſe manciparit vitio. Et de hoc figura.parte 2. 185.B.& 237.F.
dominus tantos de Iudæa collegit ad fidem quanti ſufficerent ad exemplum uiuendi uel ad miniſterium prædicandi, donec in gentibus eccleſiæ fundamenta locarentur.parte 2. 288.B.
dominus poſuit ſignum in Cain.ſ.tremorem horribilem omniũ membrorum, & in faciem ſignum impreſſit quo cognito ſciebatur ab hominibus fratrem ſuum innocentem occidiſſe, & ſic abominabilis omnibus reddebatur.parte 1. 46.D.
dominus apparuit Abrahæ ſedenti, in ſignum quòd filij ſui tanquam iudices ſedeant in conſilio.parte 1. 69.G.
dominus aliquando inſinuauit factis futura, aliquando uerbo uerbis, & a ſimili prophetæ cuius ſpiritu loquuti ſunt. Ibidem.F.
dominus innixus ſcalæ quam uidit Iacob ex multis gradibus, conſtituitur: & ſignificabat gradus generationum, per quos Chriſtus ſecundum carnem deſcendit ab Abraham vſque ad virginem Mariam, & gradus huius ſcalæ nominat Mattheus. Latera ſcalæ ſunt iuſtitia & peccatores &c.parte 1. 89.H.
deus non eſt cauſa obdurationis &c. Vide in Obdurare aliquem quomodo dicitur Deus.
dominus voluit occidere Moyſen, vt aliqui dicunt propter Eliezer filium ſuum, eo quòd ducebat eum ſecum incircunciſum ſecundum quod aliqui aſſerunt.parte 1. 133.D.
dominus non regnauit ab æterno, ſicut non fuit creator ab æterno, nec dominus, quia talia nomina & verba conſignant creaturam ſubiectam, quæ non fuit ab æterno. parte 1. 155.D.
dominus regnabit in æternum & vltra, quomodo intelligitur. Ibidem.
dominus comparat ſe aquilæ. Et quare. Nam cum voluit transferre filios Iſrael per mare rubrum, exhibuit ſe ſicut aquila &c. parte 1. 161.G.
dominus quare voluit ſibi pinguedinem offerri. Et quid per hoc figurabatur.parte 1. 193.C.
dominus apparuit in nube caliginoſa, & quare.parte 1. 161.H.Item parte 6. 54.G.
dominus populum Iſrael tripliciter gubernauit poſt ingreſſum terræ promiſſionis. primo per iudices, ſecundo per reges, tertio per ſacerdotes.parte 2. 240.C.
dominus reſpondens pro Iob de turbine, an voce formata miniſterio angelico uirtute diuina, vel per inſpirationem, quod per turbinem denotatur.parte 3. 70.B.C.
dominus præcepit interfici habitatores terræ Chanaan, ne per eos filij Iſrael ad idololatriam traherentur, ſed ipſi cupiditate ducti permiſerunt eos uiuere propter tributum quod eis dabant. parte 3. 243.G.
dominus ſemper paratus eſt releuare corruentes in culpam: licet aliquando renuant aliqui. ipſe quantum eſt in ſe ſemper eſt paratus. Releuantur denique diuerſo modo.parte 3. 301.G.
dominus ante ingreſſum filiorum Iſrael in terram promiſſionis, ſecundum aliquos miſit ueſpas habentes aculeos venenatos, quę plures Chananæorum interfecerunt, & per hoc aliquam occaſionem pœnitendi de peccatis habuerunt. Sed dicunt alij aliter. parte 3. 378.H.
dominus odit tria.ſ. pauperem ſuperbum, diuitem mendacem, & ſenẽ fatuum. Odit dico, non quantum ad naturam, ſed quantum ad vitia, parte 3. 413.H.
dominus per Moyſen præcepit holocauſta & victimas ſibi offerri a populo, ne talia offerrent idolis ad quod erant proni, & ad experiẽdam obedientiam populi, & ad præfigurandum futuram immolationem, parte 4. 122.G.
dominus filijs Iſrael inſtituit ſacerdotium ad colendum dominum, & docendum de lege domini populum. Similiter inſtituit lxx. viros de ſenioribus Iſrael ad regendum populum cum Moyſe, & ex tunc vſque ad deſtructionem ciuitatis & templi, fuerunt ſic ſtatuti. lxx. viri, qui cum rege & ſummo ſacerdote determinabant cauſas arduas. Similiter promiſit populo dare prophetas per ſucceſſionem temporis. parte 4. 137.F.Vide etiam in Canhedrin.
dominus auertit dexteram a facie inimici. Vno modo referendo ad Deum eò quod non defendit populum Iſrael a ſuis inimicis. Alio modo referendo ad populum.ſ. ſubtrahendo virtutem & induſtriam defendendi.parte 4. 185.B.in fi.
dominus maledixit templo inquantum per Chaldæos combuſſit ſecundum ordinationem ſuæ iuſtitiæ. Licet autem Deus non ſit autor mali culpæ, eſt tamen autor mali pœnę, & ſic maledixit templo, parte 4. 186.B.circa fi.
dominus qui plus dat quàm ab eo petatur, abundanti non ſolum reuelauit Danieli liberationem populi Iſrael a captiuitate Babylonica: ſed etiam ſibi reuelauit reuelationem fiendam per Chriſtum cuius erat figura illa liberatio a captiuitate Babylonica. parte 4. 315.H.
dominus in tempeſtate & turbine dicitur venire ad puniendum peccatores obſtinatos, in quo oſtenditur vigor diuinę potentiæ.parte 4. 385.H.
dominus uenit ad iudicium: primo in morte cuiuſlibet, quia talis præſentabitur in iudicio, qualis inuenitur in morte quantum ad gratiam & ad culpam.parte 5. 158.G.
dominus venit ad iudicium particulariter in morte cuiuſlibet, & vniuerſaliter in fine.parte 6. 35.H.
domini dies, dicitur dies iudicij. Et accipitur pro die mortis, quia qualis vnuſquiſque in die mortis inuenitur.ſ. in ſtatu ſaluandorum vel damnandorum, talis in die iudicij præſentabitur. Ibidem.
domus eſt res fundata & ſtabilis, & certis terminis ſepta. parte prima. 307.E.
domus publicatur quando publico cenſu proſcribitur. parte ſecunda. 248.A
domus ſuæ proſperitatem ſolent homines primo deſiderare, quæ conſiſtit in fœcunditate prolis & in abundantia temporalium bonorum. parte 1. 36.C. Et in proſperitatem refugiunt. Ibidem.G.H.
domus ſpecies vulgariter inter Hebræos dicitur vxor.parte 3. 180.C.
domus noſtra, hic mundus vel caro.parte [illegible] 113.F.
domus bona diſpoſitio conſiſtit in corporis incolumitate, ſine qua reliqua bona parum valent.parte 1. 364.C.
domum domino ſanctificat, qui familiam ſuam & cognationem tam ſenſibilem quàm intelligibilem pure & ſancte vult conuerſari, vt ſit eccleſia Dei.parte 1. 263.C.
domum quadruplicem habet Deus, ſcilicet corporalem, moralem, allegoricam, & anagogicam, & quæ vnius cuiuſque porta. parte 2. 175.D.
domus libertatis, eſt cæleſtis Ieruſalem, ſed totus mundus & quæ in eo ſunt dicuntur domus ſeruitutis, ſicut Aegyptus terrena fuit filijs Iſrael domus ſeruitutis, ad comparationem Iudeę & Ieruſalem. parte 1. 163.A.
ſicut domus ſeruitutis, eſt negotia ſecularia, actus carnis, ſic relinquere ſecularia, & ſecundum Deum viuere, domus libertatis eſt.parte 1. 163.A.
domus domini limen audacter ingredi, & erecta ſtare ceruice, quid prodeſt, & non ſolum cor, ſed & manus habere pollutas. parte 4. 122.A.
domus Dei in nobis non ædificatur, niſi prius mala opera finiantur.parte 4. 404.G.
domus mentis eſt quælibet res quam per dilectionem habitat animus. parte 4. 23.B.
domus dominj dupliciter ædificatur ſcilicet corporaliter ex lignis & ex lapidibus, & ſpiritualiter in fide & moribus.parte 3. 281.C.
ad domum Dei pertinet, qui eſt charitate compaginatus cum alijs. parte 3. 284.F.
ad domum (quæ eccleſia vniuerſalis dicitur) pertinent angeli, pertinet & Chriſtus, pertinemus & nos, ſed differenti aliter. parte 2. 214.F.
domus Dei dicitur locus diuino cultui deputatus. parte prima. 90.D.


domus

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

domus domini ſpiritualiter ędificatur per morum & fidei prædicationem.parte 2. 245.H.
domus eadem pœnitentium poſt reuerſionem ad eccleſiam & domus domini poſt incendium reædificata eſt,& ciuitas reſtaurata.parte 2. 241.A.
domum cęleſtem ſi contingit vendere Chriſtifideli,ſtatim redimat dicens ſicut Dauid,Peccaui &c.parte 1. 259.G.
domus non manufacta in cælis,quomodo,& per qualem ædificatur,inhabitatur,venundatur,redimitur,murata eſt &c.Ibidem.E.
domum pauperis confringit & nudat, qui eum quem per potentiam conterit, expoliare per auaritiam non erubeſcit. parte 3. 43.A.
domus iuramenti dicitur tabernaculum Moyſi vel templum Salomonis.parte 2. 194.D.
domus ſiue templum Salomonis cuius longitudinis fuerit,& quot cubitorum.parte 2. 133.G.
domus ſiue ædificium per rapinam ędificatum non eſt ſtabile ſimpliciter.parte 3. 407.G.
domus ſolis erat templum in quo colebatur ſol: quod templum erat in ciuitate Eliopoleos,& quare ſic dicitur. parte 4. 165.F.
domus vicina dicitur regnum tribuum, quod immediate erat coniunctum regno decem tribuum, & accepit malitiam idololatrię ab eo, & per conſequens occaſionem pœnę ſequentis, & etiam planctus. parte 4. 378.C.
domus in qua paralyticus miſſus eſt ante Ieſum in capharnaum quale tectum habuit:& ſimiliter alię domus illius territorij. parte 5.93.H. Vide etiam in Tecta,& in Paleſtinorum mos &c.

D O N

donaria quidam accipiunt,immo proh dolor exigunt,& iniquitates populi non aſportant, nec caſtigant, cum ob hoc ſolum ſunt mere carnalia,quia miniſtrant ſpiritualia. parte 1. 191.E.
donariorum coadunata myſteria in tabernaculo domini id eſt eccleſia, qui & quæ proferunt. parte 1. 209.G.
donatio eſt duplex ſcilicet vna naturalis, alia gratuita. parte 6. 100.C.
donatiſtæ hæretici vt conuerterentur ſtatutum fuit per concilium Africanum, vt leuius cum eis ageretur, & ſi reſipiſcerent de diaboli laqueis, captiuati ab ipſo, in Dei voluntatem. parte quarta. 475.C.& E.
donec,quale tempus & quomodo ſignificat.parte 5. 8.F.Item parte 6. 135.G.& 168 H.
donum vel verbum, rationabiliter vel irrationabiliter petenti eſt tribuendum.parte 5. 142.D.
donum ſpirituſſancti habuit efficaciam reſpectu ipſius mundi, apoſtolorum,& Chriſti.parte 5. 230.D.
donum linguarum & donum prophetiæ ordinantur ad conuerſionem infidelium,& vtrum iſtorum altero eminentius ſit. parte 6. 55.B.C.& D.
donum ſpirituſſancti in die quinquageſimo fuit datum,quod habuit figuram in die dationis legis in monte Sinai.parte 6. 166.H.
dona ſpiritus quædam ſunt, ſine quibus ad vitam non venitur, vt humilitas, fides &c. ſecundum quæ ſpiritus ſemper manet. Alia quibus vitæ ſanctitas pro aliorum vtilitate declaratur, vt prophetia, linguæ, curationes: ſecundum quæ non ſemper manet ſpiritus, ſed ſubtrahit ſe aliquando a ſignorum oſtenſione, ne mens eleuetur &c.parte 3. 8.E.
donorum ſpirituſſancti ſufficientia. parte 4. 28.F.
dona ſeptem quare enumerantur ab Iſaia vniatim. Non enim dicit, ſpiritus ſapientiæ, & ſpiritus intellectus, ſed ſpiritus ſapientiæ & intellectus, omittendo ſpiritus in ſecundo dono &c. parte 4. 30.C.in fi.
dona cur non aliqua ponuntur pertinentia ad theologicas virtutes, ſicut ponuntur dona ad quæ ſe extendunt virtutes intellectuales & morales.parte 4. 30.C.
dona ſeptem ſpirituſſancti per ſeptem lucernas deſignantur. parte 1. 179.F.& 277.F.
dona ſpirituſſancti dicuntur mulieres,& quare.parte 4. 13.A.
dona præſentia per læuam ſignificantur, ut eſt opulentia rerum, pax, ſoſpitas,ſcripturarum ſcientia &c.parte 3. 340.B.
dona tribuit Deus cuique pro viribus, & ſemper ad perfectiora prouocat.parte 5. 101.E.
dona Dei multi habent,& neſciendo a quo habeant, impia vanitate iactantur.parte 6. 36.E.
donis Dei nemo beatus,qui danti eſt ingratus.Ibidem.
donis corporis naturalibus (vt eſt ſanitas,robur,agilitas &c.) Item donis animæ naturalibus (ut eſt,perſpicacitas ingenij, & viuacitas eloquij) homines abutuntur,& per ea frequenter Deus & proximus impugnatur:& per quæ illa figurantur.parte 4. 249.D.
dona Dei quæ ſine periculo nobis ab ipſo ſubtrahuntur, tunc recte nos habuiſſe oſtendimus, cum ſublata æquo animo toleramus. parte 3. 8.F.

D O R

dormire non bene valent ſenes,& huius ratio.parte 3. 354.A.C.
dormire & dormitare differunt, & quomodo.parte 3. 264.E.
dormitat Chriſtus quando in fide tepeſcimus:talis nobis quales nos ei, parte 3. 277.A.
dormire ab hominibus Deus dicitur, quando peſſimos homines differt punire. & vigilat cum præuidet tempus debitum punitionis, parte 3. 362.G.Item parte 2. 310.H.
dormire in domino,qua ratione dicuntur iuſti & ſancti, poſtquam ab hac uita decedunt:& patres veteris Teſtamenti,etiam ſancti poſt ipſorum obitum, congregari & apponi ad populum ſuum, & non in domino dormire leguntur,parte 1. 84.F.& G.
dormire ſolebant antiquitus gentiles ſuper corium hoſtiæ immolatæ ad habendum reuelationes in ſomnis.parte 4. 104.per totum.
dorſum dat fuganti qui fugit.parte 2. 67.C.

D O T

dotes corporis ſunt ſubtilitas,agilitas, claritas, & impaſſibilitas, quę non habentur niſi in ſpe,parte 6. 59.D.F.& 243.G.
dotes quatuor non inerunt corpori glorioſo ex compoſitione corporis cœleſtis ſed ex gloria animæ in corpus redundante. parte 6. 59.F.& G.
dotes ſeptem reſeruantur dandæ poſt hanc vitam, quæ ſunt, clara Dei uiſio,fruitio,tentio,quantum ad animam impaſſibilitas,ſubtilitas,agilitas, & claritas, quantum ad corpus in reſurrectione:& ſignificantur per ſeptem ſportas.parte 5. 104.D.
dotes animæ ſunt aperta viſio,firma tentio,continua fruitio,quæ habētur in patria perfecte, & hic a viris perfectis habentur inchoatiue.ſ. in ſpe & charitate.parte 6. 143.G.

D R A

draco a Gręco dorce vel dorcas.i.uidere,quia videt acutius cæteris animalibus.parte 1. 138.A.
draco (ut fertur) in terra ſerpit, natat in aquis, volat in aere. parte 4. 50.F.in princ.
drachma eſt duplex,quia drachma eſt octaua pars unciæ,quæ valet ſex obolos.parte 5. 55.C.
drachma eſt natura humana ad imaginem Dei facta, & ideo capax ipſius per cognitionem & amorem,quæ fuit drachma decima perdita per peccata primorum parentum.parte 5. 164.G.
dromedarius uel dromas eſt animal camelo minus, ſed velocius. parte 4. 98.A.

D V B

dubia ſunt in meliorem partem interpretanda, & vnde hoc trahitur. parte 1. 357.C.
dubitare melius eſt de occultis,quàm litigare de incertis. parte prima. 106.F.G.
In dubijs Chriſtiani debent ad pontifices recurrere quantum ad ſpiritualia, & ad principes quantum ad temporalia, & eorum firmiter tenere ſententiam, niſi errorem contineat manifeſtum. parte 1. 350.D.
dubium cui hoc eſt quòd inter tres,gentilem,hæreticum, & eccleſiaſticum, multo maioribus pœnis dignus ſit qui maioris dignitatis eſt. parte 4. 233.A.
dubia ſacræ ſcripturæ vtrum etiam ex autoritatibus librorum non canonicorum Bibliæ determinari valeant.parte 1. 2.A.B.
dubia,ſiue in rebus dubijs,non eſt præcipitanter agendum exemplo legiſlatoris Moyſi.parte 1. 279.C.D.

D V C

ducere aliam poſt ſacramentum ſponſionis ſi quis permittitur:diſpenſationis eſt,& ſi nunquam debitum ſoluere poſſit. parte 5. 8.A.
ductile feriendo producitur.parte 1. 179.F.poſt med.

D V E

duæ gentes & duo populi intra nos ſunt.ſ.vitiorum & virtutum,iſte minor,ille maior.Plures enim ſunt mali quam boni, & vitia plura virtutibus &c. parte 1. 84.B.
duellum an ſit licitum vel illicitum.Arguitur pro vtraque parte, & ſoluuntur rationes ſecundum theologos & iuriſtas,parte 2. 82.D.E.F. G.& 83.F.G.H.& 84.A.B.& C.
duellum poteſt accipi dupliciter,vno modo proprie, alio modo large. parte 2. 82.E.

D V L

dulcedo fallax eſt quam plures atque maiores pœnarum amaritudines ſequuntur.parte 3. 16.F.
dulcedinem ſpiritualis intelligentiæ quærentes, in ſcripturis per fauum ſignificantur.parte 3. 362.B.in fi.
dulcedinis Dei altitudo per trabium auream claritatem intra templum deſignatur.parte 2. 134.B.
dulcedinis ſupernæ admiratio per manna filijs Iſrael deſuper datum deſignatur,parte 1. 157.E.
dulcedo ſpiritualis tanta eſt in verbis diuinorum eloquiorum. quanta corporalis & in melle & lacte.parte 3. 361.E.in fine.
dulcedo Dei multiplex, & qualiter & quare eſt abſcondita. parte 3. 127.A.
dulcedo diuinæ viſionis quæ animam diu deſiderantem conſolatur comparatur aquæ frigidæ ſitientem refrigeranti,& nuncio &c.parte 3. 333.F.
dulcedo miſericordiæ ſine rectitudine iuſtitiæ, non eſt miſericordia ſed puſillanimitas, & iuſtitia ſine miſericordia eſt crudelitas. parte 3. 119.G.
de dulcedine Chriſti qui nihil guſtat, non eſt mirum ſi hunc terreſtribus deſiderijs ſordidare non euitat.parte 6. 218.F.in prin.

D V O

duodecim tribus Iſrael quæ in Aegypto iunctę fuerunt,poſtea in duas & decem tribus diuiſæ ſunt. duæ Iudas, decem Iſrael appellantur, Inde de tribu Dauid regnauit Roboam filius Salomonis in Ieruſalem,vbi templum & ſacerdotes & magna pars tribus Leui. Decem autem tribus in Samaria, Ieroboam filius Nabath ex tribu Ephraim & Ioſeph.&c.parte 4. 243.E.
duodecim prophetæ per duodecim patriarchas figurantur. parte 4. 332.F.
duodecim prophetarum libri (qui prophetæ minores dicuntur) liber vnus dicitur,& quare in vnum volumen ſunt redacti,& quid liber ille ſummarie tractet.parte 1. 15.E.
duodenarius quomodo conſurgat,& quid ſignificet.parte 5. 132.C.Et numerus ſacratus eſt.207.B.Item parte 4. 154.E. Item parte 2 221. F.& 248.E.Item parte 1. 63.B.
duodenarius vnumquemque hominem & temporis plenitudinem, & ſitum orbis videtur complecti.parte 2. 276.A.
duodenarius numerus apoſtolorum ſignanter exprimitur, & in ſacra ſcriptura multipliciter deſignatur.parte 5.35.G.H.& 36.A.Item parte 6.265.A.Et.266.C.& 276.A.B.Item parte 1. 199.C

D V R

duratio humana licet diſtinguatur per multas ætates, tamen poteſt diſtingui principaliter in tres partes,ſcilicet in tempus augmenti,& in tempus medium,& tempus diminutionis.parte 3. 223.C.
duratio perpetua a parte finis eſt de ratione beatitudinis, quæ perpetuitas deſignatur per ſucceſſionem æſtatis,& hyemis,non quia tunc ſint differentiæ temporis, quia hic ceſſabit,ſed quia perpetuitas non poteſt ſignari a nobis niſi per partes temporis,parte 4. 421.G. Item parte 6. 241.G.
durum in corporalibus dicitur aliquid dupliciter.parte 5. 207.B.
durum dicitur dupliciter, in corporalibus & ſpiritualibus. parte 5. 207.B.

D V X

dux bonus tam in ſpiritualibus quàm in corporalibus debet ſuos monere & munire exhortationibus ſanctis, & bonorum operum exemplis. parte 4. 478.H.
dux populi Iſrael per deſertum dominus ſolus fuit, quomodo intelligendum ſit, & an miniſteria angelorum in hoc ducatu non erant neceſſaria.parte 1. 205.B.& C.
duces de Iuda, de quibus loquitur propheta Iacob, erant principes tranſmigrationis reſidentes in Babylonia.parte 2. 187.F.

E B D

EBdomada In hebdomada uide.
Ebdomadarius.Ibidem uide.

E B I

Ebionitarum error &c.parte 2. 239.G.
Ebionitarum error reprobatur, qui dixerunt Chriſtum ante Mariam non fuiſſe, & ſic eum non fuiſſe ab æterno. parte 5. 186.D.
Ebionitæ alios diſcipulos recipiunt, Paulum autem, quaſi tranſgreſſorem legis repudiant.parte 5. 94.F.& 140.E.
Ebionitæ ritum Iudaiſmi temporibus gratiæ ſequi exiſtimauerunt, qui cum euangelio legis ceremonias ſeruare volebant.parte 4.4.C.& 5. E.& 475.E. Item parte 3. 3.F.

E B R

Ebrietas eſt vitanda.parte 1. 232.D.
Ebrietas ita rationem, ſicut ſomnus tenet ſenſus ligatos. parte quarta. 352.D.
Ebrietatem ſequitur deſtructio fortitudinis corporalis, hebetatio diſcretionis, & per eam deſtruitur amicitia charitatis, & conſumitur ſubſtantia corporalis.parte 4. 399.D.
Ebrietas ſenſus quem impotentem reddit,concordiam non ſeruat.parte 3. 331.E.
Ebrietati aſſuetus poſt euigilationem cito recurrit ad potationes, inclinatus ad hoc per malam conſuetudinem vel complexionem.Ibidem.H.
ebrietas multos ſubuertit, ſenſum minuit, iram excitat, libidinem inflammat, animi ſecreta reuelat. parte 3. 419. F. Item parte prima. 231.G.
ebrietate patet naſci irritationem, iram & ruinas multas, amaritudinem animæ,& animoſam offenſionem, virtutęs minorari. parte 3. 420.A.
ebrietas, fornicatio, & huiuſmodi, cibus dæmonum ſunt, quæ blanda ſunt,& ad ſui uſum prouocant.parte 5. 165.A.
ebrietas quæ Hebraicè ſicera, ſignificat omnia quæ ſtatum mentis euertunt.parte 4. 15.E.
Inebriati ita vt inebriantur ebrioſi,nec ipſi terrę vtile eſt,quoniam maiore humore quàm ſufficit corrumpitur, ſicut vita ebrioſi qui non ſatietate ſe replet,ſed mergit diluuio.parte 1. 210.E.
ebrietas ſpiritualis quæ hominem ducit ad mortem, quæ & qualis ſit. parte 4. 352.B.
ebrietas ſumitur aliquando pro ſatietate,& ſic non eſt vitioſa. parte 1. 110.F.Item parte 3. 362.G.
ebrietas ſignificatur per Philiſtæum, & quare.parte 4. 399.D.& 34.B. D.& 34.H.& D.
ebrioſi ſolent hoc teſtimonium adhibere ſibi in patrocinium, propter Ioſeph, de quo ſcriptum eſt:Biberuntque & inebriati ſunt.parte 1. 110.E.
ebrius vino corporali,& ebrius de calice aureo Babylonis comparantur.parte 4. 174.H.
ebrij erant ergo,per vinum errorem intelligimus. parte 4. 47.A.
ebron,in Hebron uide.
ebur eſt frigidum & album,denotans occultationem iudiciorum Dei. parte 3. 364.C.in princ.

E C

eccleſia dicitur mater omnium Chriſtianorum, licet multi eorum ſint eius filij ſolo numero,& non merito.parte 2. 52.D.in fi.
eccleſiam diabolus videns inſtitui ad locum ſupplendum vnde ipſe ceciderat,eam ſubuertere nititur.parte 6. 249.A.
eccleſia quæ a Chriſto tanquam thronus poſſidetur, tanquam animalia paſcitur, honoratur, ipſa ſuper Chriſtum edificata in ſeptem cornibus exaltatur, in ſeptem oculis illuminatur. parte 6. 248.A.
eccleſiam primum intremus,cum aliquam ciuitatem fuerimus ingreſſi,imitatores Chriſti facti.parte 5. 64.H.& 110.D.
eccleſię principium eſt Chriſtus ſecundum diuinitatem. & etiam ſecundum humanitatem, quare & quomodo,parte 6. 104.F.
eccleſia nunc conſiſtit in hominibus ratione poteſtatis vel dignitatis eccleſiaſticæ vel ſecularis,quia multi principes & ſummi pontifices, & alij inferiores inuenti ſunt apoſtataſſe a fide; propter quod eccleſia conſiſtit in illis perſonis, in quibus eſt notitia vera & confeſſio fidei & veritatis.parte 1. 52.D.F.
eccleſiæ ſtatum in generali,ſeu aliquem ſtatum eccleſię in ſpeciali onerantes grauibus ſtatutis:ſine neceſſitate euidenti abutuntur ſua poteſtate.parte 5. 70.H.
eccleſia licet a principio mundi incęperit, tamen ſpecialiter nomen ſponſæ primo in datione legis in monte Sinai accepit. parte 3. 355.D.& G.
eccleſia eſt vna, quæ incępit a primo Abel iuſto vſque ad vltimum electum, qui in fine mundi eſt naſciturus, parte 6. 191, G.& 217. F.Item parte 4. 369. F. & 427. B. Item parte prima. 209. C. D. & 268.C.
eccleſia quæ eſt corpus myſticum Chriſti, habet duplicem ſtatum, ſcilicet militantem & triumphantem. parte tertia. 277. B. & 97.D.
eccleſia militans dicitur regnum,cuius ordinationem & diſtinctionem per diuerſos ſtatus & dioceſes Chriſtus apoſtolis & eorum ſucceſſoribus commiſit.parte 4. 429.H.
eccleſia militans vniuerſalis ſignificatur per ciuitatem,cuius domus deſtructæ ſunt & mutationes. Nam in eccleſijs, pro magna parte cultus Dei negligitur, & in curijs laicis iuſtitia ſubuertitur, & doctores plurimi docent curioſa & inutilia ad oſtentationem, & prædicatores multi prædicant propter quæſtum vel fauorem audientium &c.parte 4. 157.D.
eccleſia militans ſemper habuit,habet & habebit vſque ad finem mundi cum iuſtis aliquos peccatores, & cum fortibus aliquos debiles. parte 3. 356.B.
eccleſia militans multum declinauit a perfectione prima in prælatis,& clericis,etiam religioſis,& ſimiliter in numero fidelium, quæ ſunt multum dolenter audienda.parte 4. 179.H.& 187.H.
eccleſia pro magna parte deſtructa eſt ſpiritualiter & corporaliter propter peccata maiorum populi Chriſtiani. parte quarta. 303.D.
eccleſia magis tempore pacis amaricatur de clericorum & religioſorum peccatis,quam tempore tyrannorum de corporalibus tormentis,parte 4. 180.H.in med.
eccleſia vilis efficitur,cum creſcente numero malorum,non ſumma petit & cæleſtia,ſed infima & terrena.parte 4. 181.G.
eccleſiæ officiatio dum peragi debet,pauci veniunt & tarde:ſed ad recipiendum ibi pecuniam:multi ueniunt,& feſtine currunt. parte 4. 186.D.circa fi.
eccleſiæ oculus eſt clerus; & deprędatur caſtitatem mulierum, quaſi ubicunque eſt habitatio clericorum & inde ſurgit infamia clericorum.parte 4. 193.H.
eccleſiæ paſtores debent eſſe matres,filios eccleſiæ pie uerbo & exemplo,in fide & moribus & temporali ſubſidio nutrientes. Sed aliqui per contrarium coquunt eos anxietatis igne, rapientes eorum bona & inde uiuentes nimis laute,parte 4. 187.D.in fine.
In eccleſiarum regimine ſerui peccatorum conſtituti. in eos quos dominos redemit,luporum vtuntur rabie,non canum defenſione. parte 4. 201.H.
eccleſia malignantium complebit peſſima, & præpoſitas plebe peioribus, dicitur ſtare cum Iechonia ante picturas, & ſinguli tenent thuribula: nec odorem bonum,ſed fœtorem offerunt. parte 4. 223.B.
In eccleſia uides pleroſque de ignobilibus nobiles, de pauperibus diuites factos ſubito intumeſcere, priſtinæ abiectionis obliuiſci, genus quoque ſuum erubeſcere, & infirmos dedignari parentes. parte 4. 430.D.
eccleſiæ opes qui ſibi theſaurizant, & in delitijs abutuntur: & quæ ad ſuſtentationem pauperum dantur, ſibi reſeruant, rapina in domibus eorum eſt,& aliorum inopias ſuas uel ſuorum diuitias faciunt. parte 4. 12.A.
eccleſiam plus amaricant multi ſecundum ueritatem in pace nūc, quæ dotata eſt multis & magnis temporalibus bonis, quibus abutuntur peccatis enormibus, quam amaricata fuerit in tyrannorum perſecutione.parte 2. 57.D.
eccleſiarum principes diſcant ſucceſſores ſibi non propinquitate carnis teſtamento ſignare, neque principatum eccleſiæ hæreditarium tradere &c,& de hoc figura.parte 1. 314.C.in fi.
eccleſiæ militantis conſtructio per ſex præparatur, ſicut ſex ſunt quæ Dauid ad domus Dei ædificationem præparauit,& quæ ſunt iſta.parte 2. 208.D.
eccleſiam uniuerſalem ſignificat domus quam ædificauit Salomon in Ieruſalem, quia a primo electo uſque ad ultimum ædificatur. parte 2. 214.F.
eccleſia adhuc partim peregrinatur in mundo, partim iam regnat in cælo,ubi tota regnatura eſt peracto iudicio.parte 2. 214.F.
eccleſia eſt una, in qua omnes continentur electi, quamuis diſtantes meritis, & una patria cœleſtis omnibus promiſſa, quamuis ſtella a ſtella in claritate differat, & de hoc figura. parte ſecunda. 218.B,ſupra fi.
eccleſiam peregrinantem in terris, domus templi exterior deſignat, ſancta autem ſanctorum internæ patriæ felicitatem. parte ſecunda, 218.E,
eccleſia ſancta ciuitas eſt Dei viui,ubi impletur quotidie uoluntas Dei, & ſeparata ab omni errore infidelium,ſanctificatur fide & bono opere &c.parte 2. 220.E.
eccleſia fidelium,quæ in mari huius ſeculi poſita, theſauros ſapientiæ & ſcientiæ opeſque uirtutum ſtudet acquirere, ſignificatur per claſſem quam fecit Salomon &c.parte 2. 220.F.
eccleſiam de gentibus ad Chriſtum uenturam, figurabat regina Auſtri, quæ ab extremis finibus excitata uenit &c. parte ſecunda, 220.F.& G.
eccleſia conuerſa ad fidem Chriſti, adducebat gentiles tortitudine peccatorum deformes &c.& de hoc figura.parte 2. 221.A.
eccleſiæ ſtatus profectum ſumit,ubi præſules gradum ſuum rite cuſtodiunt,& magiſtros veritatis ordinant,& populos ne a docendo ceſſent, diligenter audiendo & obtemperando compellunt &c. parte 2. 244.F.
eccleſiam conſtruēs per officium prędicatorum,ſignificatur per Artaxerxen.parte 2. 255.E
In eccleſiæ miniſterium qui illos ordinant, per quos uitiorum ſordes ab electorum mentibus expurgantur, & corruptæ mentis homines ab eccleſia etiam arcentur, portam ſterquilinij dicuntur ædificare. parte 2. 257.C.
eccleſiæ maxima ſtructura eſt in munimine interioris virtutis, cum ſcilicet omni cuſtodia munimus cor noſtrum. parte ſecunda. 257.G.
eccleſię conſtructionem ſignificat conſtructio tabernaculi,ubi artifices ſponte ſe obtulerunt:ſic noſtri eccleſiaſtici intuitu Dei, & non lucri cauſa cuncta opera faciant.parte 6. 222.F.in med.
eccleſia ſancta in exordio apoſtolos & prophetas habuit, nunc habet euangeliſtas atque doctores: apoſtoli & prophetæ ſublati ſunt. parte 4. 272.B.

ecclesia

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES